Sit igitur nostri operis exordium quæstio illa cōsequens ac secūda. Vtrūm potestate unius dei mūdus regatur, an ne multorum? nemo est quidem qui sapiat, rationēq; secum putet, qui non unum deum esse intelligat, qui & condiderit omnia & eadē qua condidit, uirtute moderet'. Quid.n. multis opus est ad mūdi regimē sustinēdū? nisi forte arbitremur si plures sint, minus habere singulos neruorum atq; uirium? Quod quidē faciunt hi qui esse multos uolunt, quia necesse est imbecilles esse, siquidē singuli sine auxilio reliquorum, tantæ molis gubernaculum sustiuere non possent. Deus autem qui est æterna mens, ex omni utiq; parte perfectæ consumataeq; uirtutis est. Quod si uerum ē unus sit necesse est. Potestas enim uel uirtus absoluta, retinet suam propriam firmitatem. Id aūt solidum extimandum est, cui nihil dedere, id perfectum, cui nihil possit accedere. Quis dubitet potentissimum esse regem, qui totius orbis habeat imperium? Neq; immerito cum illius sint quæ ubiq; sunt omnia: cum ad eum solum omnes undiq; copiæ congregantur. At si plures partiantur orbem, minus certe opum, minus uiriū singuli habebūt. Cum intra præscriptam portionem se quisq; contineat. Eodem etiam modo, si dii plures sint minus ualebunt, aliis tantūdem in se habentibus. Virtutis autē perfecta natura nō potest esse nisi in eo in quo totū est, nō in eo in quo pars exigua de toto ē. Deus uero si perfectus est (nā ꝑfectus est) ut esse debet: nō pōt eē nisi unus, ut i eo sint oia. Deorū igitur uirtutes ac potestates infirmiores sint necesse ē, quia tātum singulis deerit, quantū in cæteris fuerit, ita quāto plures, tāto minores erūt. Quid quod illa summa rerū potestas ac diuina uis ne semel quidem diuidi pōt? Quicquid.n. capit diuisionem, & interitum capiat necesse est. Si aūt interitus ꝑcul est adeo, quia incorruptibilis est & æternus, consequens ē, ut diuidi potestas æterna nō possit. Deus ergo unus est, si nihil aliud eē potest, quod tantūdē capiat potestatis. At hi bñ qui multos eē arbitrantur. Officia inter se dicūt eē partitos de quibus omnibus suo loco disputabimus. Illud interim quod ad præsentem locum pertinet teneo. Si partiti sunt officia inter se, eodem reuoluitur res, ut ex his quilibet sufficere omnibus nequeat. Perfectus igitur iam nō erit qui cessantibus cæteris, non potest omnia gubernare. Ita fit ut ad regendū mundum unius perfecta uirtute magis opus sit q̄ imbecillitate multorū. Qui autem putat hanc tantam magnitudinem nō posse ab uno regi, fallitur. Nec enim quanta uis ptāsq; sit diuinæ maiestatis intelligit, si existimat singularem deum qui facere mundū potuit, eundem regere non posse: qua fecit. At si concipiat animo, quanta sit diuini

Solidū qd Perfectum quid.

Dei potestas diuidi nō potest.

huius operis immensitas, cum antea nihil esset, tamen uirtute atq; cōsilio dei ex nihilo eē conflatam: quod opus nisi ab uno incohari perficiq; non potuit, iam intelliget multo facilius ab uno regi, quod est ab uno cōstitutū. Dicat fortasse aliqs ne fabricari quidē tā imensū opus mundi, nisi a pluribus potuisse, quālibet multos, quālibet magnos faciat, quicquid in multis magnitudinis, potestatis, uirtutis, maiestatisq; posuerit, id totum in unum confero, & in uno eē dico, ut tantum in eo sit istarum rerum, quantum nec excogitari, nec dici potest. Qua in re, qm̄ & sensu deficimus & uerbis, quia neq; tantæ intelligentiæ lucem, pectus humanum, neq; explanationem tantarum rerum capit lingua mortalis: idipsum intelligere nos oportet, ac dicere. Video rursus quid e contrario dici possit. Tales esse illos plures, qualem nos uolumus unum. At hoc fieri nullo pacto potest, q̄ singulorum potestas progredi longius non ualebit, occurrentibus sibi potestatibus cæterorum. Necesse est enim ut suos quisq; limites aut transgredi nequeat, aut si trāsgressus fuerit, suis alterum finibus pellat. Non uident qui deos multos eē credunt fieri posse, ut aliquid diuersum uelint, ex qua re disceptatio inter eos & certamē oriatur. Sicut Homerus bellātes inter se deos finxit cum alii Troiam capi uellent, alii repugnarēt. Vnius igitur arbitrio mūdum regi necesse est. Nisi & singularum partium potestas ad unam prouidentiam referatur, non poterit sūma ipsa cōstare ptās, unoquoq; nihil curāte amplius, q̄ quod ad eū ꝓprie pertineat. Sicut ne res qdē militaris, nisi unum habeat ducem atq; rectorem. Quid si in uno exercitu tot fuerint imperatores, quot legiones, quot cohortes, quot cunei quot alæ? primum nec instrui poterit acies unoquoq; periculū recusante nec regi facile, aut temperari, q̄ suis propriis consiliis utantur omnes, quorum diuersitates plus noceant, q̄ prosint. Sic in hoc rerum naturæ imperio, nisi unus fuerit ad quem totius summa cura referatur: uniuersa soluentur & corruent. Dicere autem multorum arbitrio regi mundum, tale est, quale si quis affirmet, i uno corpore multas esse mentes, quoniam multa & uaria sunt ministeria membrorum: ut singulos corporis sensus, singulæ mentes regere credant'. Item multi affectus quibus commoueri solemus, uel ad iram, uel cupiditatem, uel lætitiam, uel metum, uel ad miserationem, ut in his omnibus totidem mentes putentur operari.

Deoꝝ certamina.

¶ Quod sub uno eximio deo ꝑticulares plures esse nō p̄nt. Cap. IIII.

Quod si quis profecto dicat, ne ipsam quidem quæ una est habere uideatur, quod si in uno tempore tantarum rerum gubernationē mens humana possideat, & uniuersis simul intēta est, cur aliquis existimet mūdum nō posse ab uno regi, a pluribus posse? Quod quia intelligunt isti assertores deorum ita eos præesse singulis rebus, ac partibus dicunt, ut tantum unus sit rector eximius. Iam ego cæteri dii non erunt, sed satellites ac ministri: quos ille unus maximus, & potens omnium officiis his præfecerit, ut ipsi eius imperio ac nutibus seruiant, si uniuersi pares nō sunt, non igit' dii oēs sunt. Nec.n. pōt hoc idē esse qd̄ seruit, & qd̄ dñat'. Nam sideus ē nomē sūmæ potestatis incorruptibilis, esse debet ꝑfectus ipassibilis, nul

Deos plures eē sub uno eximio non posse.

læ rei ſubiectus. Ergo dii nō ſunt, quos parere uni maximo deo neceſſitas cogit. Sed quia non fruſtra falluntur hi, qui hoc ita putant cauſam huius erroris pauló poſt aperiemus. Nunc unitatem diuinæ poteſtatis teſtimoniis comprobemus. Prophetæ qui fuerunt admodum multi, unum deum prædicant, unum loquūtur, quippe qui unius dei ſpiritu pleni, quæ futura eſſent pari & cōſona uoce prę dixerunt. At enim ueritatis expertes non putant his eſſe credendum. Illas enī nō diuinas ſed humanas uoces fuiſſe aiunt, uidelicet quia de uno deo præconium faciunt, aut inſani aut mendaces fuerunt. At qui impleta eſſe in plærīſq; cottidie illorum uaticinia uidemus, & in unam ſententiam congruēs diuinatio docet non fuiſſe furioſos. Quis enim mentis emotæ, nō modo futura præcinere, ſed etiam cohærentia loqui poſſit? Num ergo fallaces erant qui talia loquebantur? quid ab his tam longe alienum fuit, q̄ ratio fallendi? cum cæteros ab omni fraude cohibe rent. Iccirco enim á deo mittebātur, ut & præcones eſſent maieſtatis eius, & correctores prauitatis humanæ. Præterea uoluntas fingendi, ac mentiendi eorum eſt, qui opes appetūt. Lucra deſiderant, quę res proculdubio ab illis ſanctis uiris abfuit. Ita enim delegato ſibi officio functi ſunt, ut derelictis omnibus ad tutelā uitæ neceſſariis, non modo in futurum, ſed ne in diem quidē laborarent, contenti ex temporali cibo quem deus ſubminiſtraſſet, & hi non modo quæſtum ullum habuerunt, ſed etiam cruciatus atq; mortem. Amara ſunt enim uitioſis, ac male uiuentibus præcepta iuſtitiæ. Itaq; hi quorum peccata arguebantur, & prohibe bantur, excruciatos eos acerbiſſime necauerunt. Ergo a quibus abfuit ſtudium lucri, abfuit etiam uoluntas peccādi & cā fallendi. Quid quod aliqui eoꝝ princi pes aut etiā reges fuerunt, in quos cadere non poſſet ſuſpitio cupiditatis ac fraudis, & tamen præconium dei ſingularis, eadem quā cæteri diuinatione fecerunt.

Prophetārū fides ele uabatur.

Lucri ſtudiū mētiēdi uolūtatē parit.

¶ De teſtimoniis poetarum. Cap. V.

Sed omittamus ſanē teſtimonia prophetarū, ne minus idonea probatio uideatur eſſe quibus ab his oīno non creditur. Veniamus ad authores, & eos ipſos ad ueri probatiōem teſtes citemus, quibus contra nos uti ſolent, poetas dico ac philoſophos, ex his unum de um ꝓbemus neceſſe eſt. Non ꝙ illi habuerint cognitā ueritatē, ſed ꝙ ueritatis ipſius tāta uis eſt, ut nemo poſſit eē tam cæcus, qui non uideat īgerentem ſe oculis diuinā claritatē. Poetæ igit' q̄uis deos carminibus ornauerint, & eorum res geſtas amplificauerint ſūmis laudibus, ſæpiſſime tñ confitentur ſpiritu uel mente una, contineri regiq; oīa. Orpheus qui & uetuſtiſſimus poetarum, & æq̄lis ipſorum deorum. Siquidem traditur inter argonautas cum Tyndaridis & Hercule nauigaſſe, deum uerum πρωτόγονον & magnum primo genitum appellat ꝙ ante ipſum nihil ſit genitum, ſed ab ipſo ſint cuncta generata. Eundem etiam φαινῆτα, ideſt apparentem nominat. quoniam cum adhuc nihil eſſet, primus ex infinito apparuerit & extiterit. Cuius originem atq; naturam quia concipere animo non poterat, ex aere immenſo natum eſſe dixit πρωτόγονος Φαέθων πολυμήκεος ἠέρος υἱός, ideſt principio genitus Phaethon lōgo aere natus. Aliud enim amplius quod diceret nō habebat. Hūc ait eē oīum deorum parentē, quorū cā cælū cōdiderit,

Dei ꝓuidētia mundū regi.

Orpheus poetarū antiquiſſimus unus argōautarum.

Phaneta quēdixerit Orphe.

derit liberiſq; diſpexerit, ut haberēt habitaculum ſedemq; communem ἔκτισεν ἀθανάτοις δόμον ἄφθιτον. i. condidit immortalibus domum incorruptibilem. Natura igitur & ratione ducente intellexit eſſe p̄ſtantiſſimā potentiam cæli ac terræ conditricem. Non poterat. n. Iouem dicere eſſe principē rerūm, qui erat Saturno genitus, neq; ſaturnū ipſum, qui cælo natus ferebatur. Cælū aūt tanq̄ deum primum cōſtituere nō audebat, qđ uidebat eē elementū mūdi. qđ ipſum eguerit authore. Hæc eū rō perduxit ad illū deū primogenitū, cui aſſignat, & tribuit principatū. Homerus nihil nobis dare potuit, quod pertineat ad ueritatē, qui humana potius q̄ diuina cōſcripſit. Potuit Heſiodus, qui deorū generationē unius libri opere complexus eſt. Sed tñ nihil dedit, nō á deo conditore ſumēs exordiū, ſed a Chao quod eſt rudis ĩordinataq; materiæ cōfuſa congeries, cū explanare añ debuerit chaos ipſum, unde qñ, quomodo eſſe aut conſtare cœpiſſet. Nimirum ſicut ab aliquo artifice, diſpoſita, ordinata, effecta ſunt oīa, ſic ipſam materiā fictā eē ab aliquo neceſſe eſt. Quis igitur hanc niſi deus fecerit? cuius poteſtati ſubiacēt oīa. Sed refugit hoc ille dum horret incognitā ueritatē. Non. n. muſarū inſtinctu, ſicut uideri uolebat, in Helicone carmen illud effudit, ſed meditatus uenerat & paratus. Noſtrorum primus Maro nō longe fuit a ueritate, cuius de ſummo deo quem ſpiritum ac mentem nominauit hæc uerba ſunt. Principio cælum ac terras campoſq; liquentes. Lucentēq; globum lunæ titaniaq; aſtra. Spiritus intus, alit, totamq; ĩfuſa per artus. Mēs agitat molem, & magno ſe corpe miſcet. At nequis forte ignoret quis nā eſſet illi ſpiritus, qui tātū haberet poteſtatis, declarauit alio loco dicens. Deum nanq; ire per oēs, terraſq;, tractuſq;, maris, cœlūq; ꝓfundū. Hinc pecudes, armenta, uiros, genus omne ferarū. Quēq; ſibi tenuis naſcētem arceſſere uitas. Ouidius quoq; in principio præclari operis ſine ulla noīs diſſimulatione á deo quem fabricatorem mundi, quem rerum opificem uocat, mūdum fatetur iſtructū. Quod ſi uel Orpheus, uel hi noſtri quæ natura ducēte ſenſerūt in perpetuū defendiſſent, eandem quam nos ſequimur doctrinam comprehenſa ueritate tenuiſſent. Sed hactenus de poetis, ad philoſophos ueniamus, quoꝝ grauior eſt authoritas, certiuſq; iudicium, quia non rebus cōmentitiis ſed inueſtigāde ueritati ſtuduiſſe creduntē. Thales Mileſius (qui unus enumero ſeptem ſapientiū fuit, qui primus omnium quæſiſſe de cauſis naturalibus traditur, aquam dixit, á qua nata ſunt omnia. Deum autem eſſe mentem, qui ex aqua cuncta formauerit. Ita materiam oīum rerum poſuit in humore, principium cauſam q̄ naſcendi poſuit in deo. Pythagoras ita diffiniuit quid eſſet deus, animus qui ꝓ uniuerſas mundi partes omnemq; naturam commeans, atq; diffuſus, ex quo omīa quæ naſcuntur animalia, uitam capiunt. Anaxagoras deum eſſe dixit infinitam mentem, quæ per ſeipſum moueatur. Antiſthenes multos quidem eſſe populares deos, unum tamen naturalem, ſummæ totius artificem. Cleanthes & Anaximenes æthera dicunt eſſe ſummum deum, cui opinioni poeta noſter aſſenſit. Tum pater omnipotens fœcundis hymbribus æther. Coniugis ĩ gremium læ tæ deſcendit, & omnes Magnus alit, magno permixtus corpore fœtus. Chryſippus naturalē uim diuina rōne prædictā, iterdū diuinā neceſſitatē deū p̄dicat. Itē

Homer. humana potius q̄ diuina cōſcripſit.

Heſiodi Theogonia.

Chaos qđ

Vergil. Æneid. vi.

Ouid. præclarum opus metamor.

Thales mileſius.

Deus qđ

Æther ſūmus deus

Verg. locꝰ Patalis neceſſitas

Zenon diuinã naturalemq; legem. Horũ. n. oĩum ſententia q̃uis ſit incerta, eodẽ tñ ſpectat, ut ꝓuidẽtiam unã eſſe conſentiant, ſiue. n. natura, ſiue æther ſiue rõ, ſiue mens, ſiue fatalis neceſſitas, ſiue diuina lex, ſiue quid aliud dixeris, idẽ eſt qđ a nobis dicitur deus. Nec obſtat appellationũ diuerſitas, cũ ipſa ſignificatiõe ad unũ oĩa reuoluanť. Ariſtoteles q̃uis ipſe ſecũ diſſideat, ac repugnantiã ſibi & dicat & ſentiat, in ſummũ tñ unã mentẽ mundo præeſſe teſtať. Plato qui oĩum ſapientiſſimus iudicatur, monarchiã plané aptéq; defendit, nec æthera aut rõnem, aut naturam, ſed ut eſt deum noĩat, ãb eo mundum hunc perfectum atq; mirabilem eſſe fabricatum. Q uem Cicero ſecutus atq; imitatus in plurimis deum frequenter confitetur, ac ſupremum uocat in his libris, quos de legibus ſcripſit, ab có q; regi mundum argumentatur, cum diſputat de natura deorum hoc mõ. Nihil eſt præſtantius deo, ab eo igitur mundum regi neceſſe eſt. Nulli igitur eſt naturæ obediens aut ſubiectus deus. oẽm ergo regit ipſe naturam. Q uid autem ſit deus in cõſolatione diffinit. Nec uero deus ipſe q intelligitur a nobis, alio mõ intelligi põt niſi mẽs ſoluta quædam & libera & ſegregata ab oĩ cõcretione mortali, oĩa ſentiẽs & oĩa mouẽs. Annæus quoq; Seneca q ex Romanis uel acerrimus ſtoicus fuit, q̃ ſæpe ſummũ deũ merita laude ꝓſequiť. Nam cũ de ĩmatura morte diſſereret. Nõ ĩtelligis inqt authoritatẽ ac maieſtatẽ iudicis tui rectoris orbis terrarꝫ cæliq; & deorum oĩum dei, a quo iſta numina q̃ ſingula adoramus & colimus ſuſpẽſa ſunt. Itẽ in exhortatiõibus. Hic cũ prima fundamẽta molis pulcherrime iaceret, & hoc ordiretur quo neq; maius quicq̃ nouit natura, nec melius uti oĩa ſub ducibus ſuis irent, q̃uis ipſe ꝓ totũ ſe corpus ĩtẽderat, tñ miniſtros regni ſui deos genuit. Et q̃ multa alia de deo noſtris ſimilia locutus eſt, quæ nũc differo, q̃ aliis locis opportuniora ſunt. Nũc ſatis eſt demonſtrare ſummo ingenio uiros attigiſſe ueritatẽ ac penẽ tenuiſſe, niſi eos retrorſum infucata prauis opinionibus conſuetudo rapuiſſet, qua & deos alios eſſe opinabantur. Et ea quæ in uſum hoĩs deus fecit tanq̃ ſenſu prædita eſſent, pro diis habenda & colenda credebãt.

Ariſtotel. ipſe ſecũ diſſentit.

Plato oĩum ſapientiſſi.

Deus qd.

Seneca ſtoicorũ romãi generis acerrimus.

¶ De teſtimoniis prophetarum & philoſophorum & de teſtimoniis Cottæ pontificis Triſmegiſti, & de decem Sibyllis. Cap. VI.

NVnc ad diuina teſtimonia trãſeamus, ſed prius unũ ꝓferã, qđ eſt ſimile diuĩo, & ob nimiã uetuſtatẽ, & q; is quẽ noĩabo, ex hoĩbus ĩter deos relatus eſt. Apud Ciceronẽ. C. Cotta põtifex diſputãs cõtra ſtoicos de religiõibus & de uarietate opinionũ, quæ ſolẽt eſſe de diis ut more academicorũ oĩa faceret ĩcerta, quinq; fuiſſe mercurios ait & enumeratis p ordinẽ q̃tuor, qntũ fuiſſe eũ, a quo Argus occiſus ſit: ob eãq; cãm ĩ Ægyptũ ꝓfugiſſe, atq; ægyptiis leges ac lr̃as tradidiſſe. Hũc ægyptii Thoth appellãt, a quo apud eos primus anni ſui menſis. i. ſeptẽber nomẽ accepit. Idẽ condiditoppidũ, qđ ẽt nunc græce uocať Mercurii ciuitas, & ſaitæ ſeruãt, & colunt eũ religioſe. Q ui tãetſi hõ fuerit antiqſſimus, tñ & inſtructiſſimus oĩ genere doctriæ, adeó ut ei multarꝫ rerũ & artiũ ſciẽtia Triſmegiſto cognomẽ ĩponerẽt. Hic ſcripſit libros & qdẽ multos, ad cognitionẽ diuinarũ rerꝫ ꝓtinẽtes ĩ qbus maieſtatẽ ſũmi ac ſingularis dei aſſerit, hiſdẽq; noĩbus appellat qbus nos deum

Mercurii quinq.

Triſmegiſtus qui & unde

deum & patrem, ac nequis nomen eius requireret, ἀνώνυμον. i. ſine nomine eſſe dixit, eo q; noĩs ꝓprietate non egat, ob ipſam. ſ. unitatem, ipſius hæc uerba ſunt. ὁ δὲ θεὸς ἐῖς, ὁ δὲ εἷς οὐ ὀνόματος οὐ πρὸς δέ ἐστι, εἴ τι παρ' ὃ ὢν ἀνώνυμος. i. Deus aũt unus unns autem nomine non eget, eſt. n. qui eſt ſine noĩe. Deo igitur nomen non eſt, quia ſolus eſt, nec opus eſt proprio uocabulo, niſi cum diſcrimen exigit multitudo, ut unamquãq; perſonam ſua nota & appellatione deſignes. Deo autem quia ſemper unus eſt, proprium nomen eſt deus. Super eſt de reſponſis carminibuſq; ſacris teſtimonia, quæ ſunt multo certiora proferre. Nã fortaſſe hi contra quos agimus, nec poetis putant eſſe credendum, tanquam uana fingentibus, nec philoſophis, qui errare potuerunt, quia & hi homines fuerunt. M. Varro, quo nemo unquam doctior, ne apud græcos quidem neq; apud latinos uixit, in libris rerum diuinarum, quos ad. C. Cæſarem ſcripſit pontificem maximum, cum de quindecim uiris loqueretur: ſibyllinos libros ait nõ fuiſſe unius Sibyllæ, ſed appellari uno nomine ſibyllinos, q; omnes fœminæ uates. Sibyllæ ſunt a uerſibus nũcupatæ, uel ab unius Delphidis nomine: uel a conſiliis deoꝝ denunciandis. σιούς enim deos non θεούς. & conſiliũ non βουλὴν ſed βυλὴν appellabant æolico genere ſermonis. Itaq; ſibyllã dictam eſſe quaſi θεοβουλὴν. Cæteꝝ Sibyllas decẽ numero fuiſſe, eaſq; oẽs enumerauit ſub authoribus, qui de ſingulis ſcriptitarunt. Primã fuiſſe de Perſis, cuius mentionẽ fecerit Nicanor q res geſtas Alexãdri Macedonis ſcripſit. Secundã Libycã, cuius meminit Euripides in Lamiæ prologo. Tertiam Delphicam, de qua Chryſippus loquitur in eo libro, quẽ de diuinatione cõpoſuit. Q uartam Cumæam in Italia quã Neuius in libris belli punici, Piſo in annalibus nominat. Q uintam Erythræã, quam Apollodorus Erythræus affirmat ſuam fuiſſe ciuem. Eamq; graiis Ilium petentibus uaticinatam & perituram eſſe Troiam, & Homerum mẽdacia ſcripturum. Sextam ſamiam, de qua ſcripſit Erathoſtenes in antiquis annalibus ſamiorum reperiſſe ſcriptum. Septimam cumanam nomine Amalthæam, quæ ab aliis Demophile uel Herophile nominatur, eamq; nouem libros attuliſſe ad Regem Tarquiniũ Priſcum, ac pro eis trecentos philippeos poſtulaſſe. Regemque aſpernatum precii magnitudinem & deriſiſſe mulieris inſaniam illam in conſpectu Regis tres combuſiſſe, ac pro reliquis ĩidem precium poſtulaſſe. Tarquinium multo magis mulierem inſanire putaſſe. Q uæ denuo tribus aliis exuſtis. Cum in eodem precio perſeueraret, motũ eſſe regem ac reſiduos trecentis aureis emiſſe, quorum poſtea numerus ſic auctus, capitolio refecto q; ex omnibus ciuitatibus & italicis & græcis, & pręcipue erithræis coacti allatique ſunt Romam, cuiuſcunque Sibyllæ nomine fuerunt. Octauam Heleſponticam in agro Troiano natam uico Marpeſſo circa oppidũ Gergithium quam ſcribit Heraclides ponticus Solonis & Cyri fuiſſe temporibus. Nonam Phrygiam, quæ uaticinata ſit Ancyræ. Decimam Tiburtem nomine Albumeam quæ Tiburi colitur ut dea iuxta ripas Anienis, cuius in gurgite ſimulachrum eius inuentum eſſe dicitur tenens in manu librum. Cuius ſacra ſenatus in Capitolium trãſtulerit. Harum omnium Sibyllarꝫ carmina, & feruntur & habentur præterquam Cumææ, cuius libri a Romanis occuluntur nec eis ab

Sibyllæ q̃ quot & unde

Amalthæa Herophile Sibyllini libri qui

Albumæa ſibylla

Quindecim uiri sibyllini

ullo niſi quindecim uiris inſpici fas eſt. Et ſunt ſingularum ſinguli libri, qui quia Sibyllæ nomine ſcribuntur, unius eſſe creduntur, ſuntq; confuſi nec diſcerni ac ſuũ cuiq; aſſignari poteſt p̃ter, erythreæ, quæ & nomen ſuũ carmini uerum inſeruit, & erythræam ſe nominatum iri prælocuta eſt, cum eſſet orta Babyloniæ, ſed & nos confuſe ſibyllam dicemus ſicubi teſtimoniis earum fuerit abutendũ. Omnes igitur hæ ſibyllæ unum deum prædicant, maxime tamen erythræa, quę celebrior inter cæteras ac nobilior habetur, ſiquidem Feneſtella diligentiſſimus ſcriptor de .xv. uiris dicẽs ait. Reſtituto capitolio rettuliſſe ad ſenatũ. C. Curionẽ cõſ. ut legati erythręas mitterent, qui carmia ſibyllæ cõquiſita Romã reportarẽt. Itaq; miſſos eſſe. P. Gabinium. M. Octatilinm. L. Valerium, qui deſcriptos a priuatis uerſus circa mille Romã deportarunt, idem ſupra oſtendimus dixiſſe Varronem. In his ergo uerſibus quos legati Romam attulerunt, de uno deo hæc ſũt teſtimonia εἷς θεὸς ὁ μόνος ἐσσὶν ὑπερμεγέθης ἀγένητος. ideſt unus deus qui ſolus principatur, hiſq; ampliſſimus increatus. Hunc eſſe ſolum deum ſummum qui cælum fecerit, luminibuſq; diſtinxerit ἀλλὰ θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος. ὃς ποιήσειεν οὐρανὸν ἠλίοντε, ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην, καρποφόρον γαίαντε, καὶ ὑδατος ὀίδματα πόντου. i. ſed deus ſolus unus eminentiſſimus, qui fecit cælum ſolemq; & ſtellaſq; fructiferamq; terram, & aquæ maris fluctus. Q ui quomodo ſolus ſit ædificator mundi, & artifex rerum, uel quæ in eo ſunt ſolum coli oportere teſtatur, αὐτὸν μόνον δ' ἔτα σέβεσθ' ἡγήτο ρα κόσμου, ὃς μόνος εἷς αἰῶνα κὲξ αἰῶνος ἔτυχεν. ideſt ipſum qui ſolus eſt, colite principem mundi, qui ſolus eſt in ſeculum atq; a ſeculo factus. Item alia ſibylla quæcunq; eſt. Cum perferre ſe ad homines dei uocem diceret, ſit ait. μόνος γὰρ εἰμὶ θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιθεὸς ἄλλος. i. ſolus enim deus ſum, & non alius. Exequerer nunc teſtimonia cæterarum, niſi & hæc ſufficerent, & illa oportunioribus locis reſeruarem. Sed cum defendamus cauſam ueritatis apud eos qui aberrantes a ueritate falſis religionibus ſeruiũt. Q uod genus probationis aduerſus eos magis adhibere debemus, q̃ ut eos deorum ſuorum teſtimoniis reuincamus?

¶ De teſtimoniis Apollinis & deorum. Cap. VII.

Deus qd

Pollo enim quem præter cæteros diuinum maximeq; fatidícum exiſtimant, Colophonæ reſpondens quod Delphis credo emigrauerat. amœnitate ductus aſiæ, quærenti cuidam quis eſſet, aut quid eſſet omnino deus, reſpondit uiginti & unum uerſibus. Q uorum hoc principium eſt αὐτοφυὴς ἀδίδακτος ἀμήτωρ ἀσυφὲλικτος οὔνομα μηδ' ἐλόγῳ χωρούμενον ἐν πυρί ναίων. τουτὶ θεὸς μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶς ἄγγελοι ἡμεῖς. i. ex ſe ortus indoctus ſine matre inexpugnabile nomen, nec uerbo capiendũ, in igne habitas modica autem dei portio angeli nos. Nunquid poteſt ſuſpicari de ioue eſſe dictum qui matrem habuit & nomen. Q uid qd' Mercurius ille ter maximus, cuius ſupra mentionem feci. Non modo ſine matre, ut Apollo ſed ſine patre quoq; appellat deum, q̃ origo illi non ſit aliunde. nec enim poteſt ab ullo generari, qui ipſe uniuerſa generauit. Satis (ut opinor) & argumentis docui, & teſtibus confirmaui, quod per ſe ſatis clarum eſt. Vnum eſſe regem mundi, unum

unum patrem, unum deum. Sed fortaſſe quærat aliquis a nobis idem, illud quod apud Ciceronem quærit Hortenſius. Si deus unus eſt, quæ eſſe beata ſolitudo queat? tanq̃ nos qui unum eſſe dicimus deſertum ac ſolitarium eſſe dicamus? Habet enim miniſtros quos uocamus nuncios. Et eſt illud uerum quod dixiſſe in exhortationibus Senecã ſupra rettuli genuiſſe regni ſui miniſtros deum. Ve rũm hi neq; dii ſunt neq; deos ſe uocari aut coli uolunt: quippe qui nihil præter iuſſum ac uoluntatem dei faciant. Nec tamen illi ſunt qui uulgo coluntur: quorum & exiguus & certus eſt numerus. Q uod ſi cultores deorum ipſos eos ſe colere putant: quos ſummi dei miniſtros appellamus: nihil eſt q, nobis faciant inuidiam: qui unum dicamus: multos negemus. Si eos multitudo delectat: non duodecim dicimus: aut trecentos ſexagintaquinq; (ut Orpheus) ſed inumerabiles eſſe arguimus eorum errores in diuerſum: qui tam paucos putant. Sciant tamen quo nomine appellari debeant: ne deum uerum uiolent cuius nomen exponunt dum pluribus tribuunt. Credant Apollini ſuo: qui eodem illo reſponſo: ut Ioui principatum: ſic etiam cæteris diis abſtulit nomen: Tertius enim uerſus oſtẽdit dei miniſtros: nõ deos: uerũm angelos appellari oportere. De ſe quidem ille mẽtitus eſt: qui cum ſit e numero dæmonũ angelis ſe dei aggregauit: deniq; in aliis reſponſis dæmonem ſe eſſe confeſſus eſt. Nam cum interrogaretur quomodo ſibi ſupplicari uellet: ita reſpondit πάνσοφε πάντα δίδακτ' ἐνολοίσφοφε κλυθὶ δαῖμων. i. omnia ſapiens: omnia docte: qui per cũcta uerſaris exaudi dæmon. Item rurſus cum præces in Apollinem ſminthium rogatus exprimerunt: ab hoc uerſu exorſus eſt: ἀρμονίη κόσμου φαέσολε καὶ σοφέ δαιμων ideſt cantatio mundi & omnino lucide: & ſapiens dæmon, Q uid ergo ſupereſt niſi ut ſua cõfeſſione uerberibus ueri dei ac pœnæ ſubiaceat ſempiternæ? Nam in alio reſponſo ita dixit δαίμονες οἱ φοιτῶσι πρὸς χθόνα καὶ πρὸς πόντον ἀκάματοι δαμανθμοῦπαί μάστιγι θεοῖο. ideſt dæmones qui pergunt circa terram & circa pontum infeſſi: domantur ſub flagellis dei. De utriſq; generibus in .ii. li. diſſeremus. Interim nobis ſat eſt q, dum ſe honorare uult, & in cœlo collocare: confeſſus eſt id quod res ſe habet, quõ ſint appellandi qui deo aſſiſtunt. Retrahant ergo ſe homines ab erroribus & abiectis religionibus prauis, parentem ſuum dominumq; cognoſcãt, cuius nec uirtus exiſtimari poteſt, nec magnitudo perſpici, nec principium compræhendi, cum ad illum mentis humanæ intentio, & acumen & memoria peruenerit quaſi ſubactis & cõſumatis omnibus uiis ſubſiſtit: hæret deficit: nec eſt aliquid ulterius quo progredi poſſit, uerum quia fieri non poteſt. quin id quod ſit aliquando eſſe cœperit. cõſequens eſt. ut quoniam nihil ante illum fuit: ipſe ante omnia ex ſeipſo ſit, procreatus, ideo q, ab Apolline. αὐτοφυὴς ideſt ex ſe ortus. A Sibylla αὐτογενὴς: ideſt ex ſe genitus, & ἀγένητος. ideſt ingenitus, & ἀστὶνητος. ideſt nõ factus nominatur. quod Seneca uir acutus in exortationibus uidit. Nos inquit aliũde pendemus. Itaq; ad aliquem perſpicimus, cui quod eſt optimum in nobis, debeamus, Alius nos edidit, alius non inſtruxit, deus ipſe ſe fecit.

Deus unꝰ an beatus eſſe poſſit
Solitudo beata eſſe nõ poteſt
Angeli q

Dii trecẽti ſexagintaquinq;

Apollinis hymnus

Dæmonũ pœnæ

Deus ipſe ſe fecit

¶ De cæcitate eorum qui plures deos opinantur, & unde hic error habuit originem, & q, corpus deo nõ eſt neceſſariũ, nec propagatio liberorũ. Cap. VIII

Dei maiestas inæstimabilis

HIs igitur tot & tãtis testibus comprobatur unius diei potestate ac prouidentia mundũ gubernari, cuius uim maiestatemq; tantam esse dicit in Timæo Plato ut eam neq; mente concipere, neq; uerbis enarrare quisquam possit ob nimiam eius & inæstimabilẽ potestatẽ. Dubitet ergo aliquis an quicq̃ difficile aut impossibile sit deo, qui tanta tãq; mirifica opera prouidẽtia excogitauit: uirtute constituit: ratione perfecit, nũc autem spiritu sestentet, potestate moderetur, inexcogitabilis, ineffabilis, & nulli alii satis notus q̃ sibi. Vnde mihi de tanta potestate sæpius cogitanti, qui deos colunt interdum uideri solent tam cæci, tam incogitabiles, tam excordes, tam non multum a mutis animalibus differentes, qui credant eos, qui geniti sunt maris ac fœminæ coitu, aliquid maiestatis diuinæq; uirtutis habere potuisse. cum Sibylla Erythræa dicat, ὀυδ'ὑναται ἀνδρὸς ἐκμηρῶν μήτρας τεθεὸς τετυπωμένος εἶναι. ideſt non potest ex uiri femine & matricis deus formatus esse. Quod si est uerum sicuti est, apparet Herculem, Apollinem, Liberum, Mercurium, Iouemq; ipsum cum cæteris homines fuisse quando sunt ex duobus sexibus nati. Quid est autem tam remotum a deo, q̃ id opus, quod ipse ad propagandam sobolem mortalibus tribuit? eoq; sine substantia corporali nullum potest esse. Dii ergo, si sunt imortales & æterni, quid opus est altero sexu? nimirum ut generentur, ipsa progenie quid opus est, cum successione nõ egeant, qui futuri sunt semper? Nam profectõ in hominibus cæterisq; animalibus diuersitas sexus & coitio, & generatio nullam habet aliam rõnem, nisi ut omnia genera uiuentium qm̃ sunt conditione mortalitatis obitura, mutua possint successione seruari. Deo autem qui est sempiternus, neq; alter sexus neq; successio necessaria est. Dicet aliquis ut habeat ministros, uel in quos ipse possit domiari. Quid ergo opus est sexu fœmineo, cum deus qui est omnipotens, ut uocatur, sine usu, & opera fœminæ possit filios procreare? Nam si qbusdam minutis animalibus id præstitit, ut sibi e foliis natos e suauibus herbis ore legãt, cur existimet aliquis ipsum deũ nisi ex permixtione sexus alterius non posse generare, Illos igitur quos imperiti & insipiẽtes tanq̃ deos, & nuncupant & adorant: Nemo est tam incõsideratus, qui non intelligat fuisse mortales. Quo mõ ergo inquiet aliquis, dii crediti sunt? Nimirum quia reges maximi ac potentissimi fuerunt: ob merita suaq; uirtutum aut munerum aut artium repertarum: cum cari fuissent his quibus imperitauerant: in memoriam sunt consecrati, Quod si quis dubitet. res eorum gestas: & facta consideret. quæ uniuersa tam poetæ q̃ historici ueteres prodiderunt.

Incogitabilis

Coitus in aialibꝰ cur

Dii cur ex homibus

¶ De hercule & gestis eius atq; ortu eius ex Ioue & Alcmẽa & morte eius. C. IX.

Herculis res

HErcules q ob uirtutem clarissimus & q̃si africanus inter deos habet nõne orbẽ terræ, quem pagrasse ac expurgasse narrat, stupris libidinibus, adulteriis, inquinauit? nec mirum, cũ esset adulterio genitus Alcmenæ. Quid tandem potuit i eo eẽ diuini, q suis ipse uitiis mancipatus, & mares & fœminas contra omnes leges infamia dedecore: flagitio afficit? Sed ne illa quidem qua magna & mirabilia gessit talia iudicanda sunt ut uirtutibus diuinis tribuenda uideãtur? Quid. n. tam magnificum si leonẽ aprũ que

que superauit, si aues sagittis deiecit, si regium stabulum egessit, si uirginem uicit cingulumque detraxit, si equos feroces cum domino interemit? Opera sunt ista fortis uiri, hominis tamen. Illa enim quæ uicit fragilia & mortalia fuerunt. Nulla enim est (ut ait orator) tanta uis quæ non ferro, ac uiribus debilitari frangiq; possit. At animum uincere, iracundiam cohibere, fortissimi est, quæ ille nec fecit unquam, nec potuit. Hæc qui faciat non mõ ego eũ summis uiris comparo sed simillimum deo iudico. Vellem adiecisset de libidine, luxuria, cupiditate, insolentia, ut uirtutem eius impleret, quem similem deo iudicabat. Non enim fortior iudicandus est qui leonem, q̃ qui uiolentiam & in seipso inclusam feram superat iracundiam, aut qui rapacissimas uolucres deiicit, q̃ qui cupiditates auidissimas coercet. Aut qui Amazonem bellatricem, q̃ qui libidinem uincit, pudoris ac famæ debellatricem. aut qui simum de stabulo, q̃ qui uitia de corde suo egerit quæ magis sunt pernitiosa, quia domestica & propria mala sunt, q̃ illa quæ poterant uitari, & caueri. Ex quo fit ut ille solus uir fortis debeat iudicari, qui temperans, & moderatus est & iustus. Quod si cogitet aliquis quæ sint dei opera, iam hæc quæ mirantur homines ineptissimi, ridicula iudicabit. Illa enim non diuinis uirtutibus quas ignorant, sed infirmitate suarum uirium metiuntur. Nam illud quidem nemo negauit. Herculem non tantum Eurystheo seruisse regi, quod alienis honoribus dignũ, nisi q; sanauit Hippolytũ mortẽ sanè habuit clariorẽ, quia a deo meruit fulminari. Hunc Tarquitius de illustribus uiris disserẽs, ait, ĩcertis parẽtibus natũ expositũ & a uenatoribus iuẽtũ canino lacte nutritũ Chirõi traditũ didicisse medicinã, fuisse autẽ Messeniũ, sed Epidauri moratũ. Tullius ẽt Cynosuris (urbe arcadiæ

Aĩum uincere & iracũdiã fortis. est

Omphale

Lucianus irrisit etiã deos

Troia ab Hercule expugnata

¶ De Æsculapio, Apolline, Neptuno ac Marte & Castore, Polluce, atque Mercurio. Cap. X.

Æsculapiꝰ eiusq; res & cõsecratio

AEsculapius & ipse nõ sine flagitio Apollinis natus. Quid fecit aliud diuinis honoribus dignũ, nisi q; sanauit Hippolytũ mortẽ sanè habuit clariorẽ, quia a deo meruit fulminari. Hunc Tarquitius de illustribus uiris disserẽs, ait, ĩcertis parẽtibus natũ expositũ & a uenatoribus iuẽtũ canino lacte nutritũ Chirõi traditũ didicisse medicinã, fuisse autẽ Messeniũ, sed Epidauri moratũ. Tullius ẽt Cynosuris

Cynosuræ ciui.

Apollo cur admeto famulatus.

ait ſepultum. Quid Apollo pater eius? Nonne ob amorem quo flagrabat turpiſſime gregem pauit alienum, & muros Laomedonti extruxit? cum neptuno mercede conductus, quæ illi negari potuit impunè, ab eóq; primo rex perfidus quicquid cum diis pepigiſſet, didicit abnegare. Idē formoſum puerum, & dum amat uiolauit & dum ludit occidit. Homicida Mars, & per gratiam cædis crimine ab Athenienſibus liberatus ne uideretur nimis ferus & immanis adulterium, cum Venere commiſit Caſtor & Pollux dum alienas ſponſas rapiunt, eſſe gemini dicti ſunt. Nam liuore iniuriæ concitatus Idas alterum gladio tranſuerberauit, & eoſdem poetæ alternis uiuere, alternis mori narrant. ut iam ſint non deorum tantum, ſed omnium mortalium miſerrimi quibus ſemel mori non licet. Hos tamē Homerus ambos ſimpliciter (non ut poetæ ſolent) mortuos eſſe teſtatur. Nam cum faceret in muris aſſidentem Priamo Helenam cūctos græciæ principes recognoſcere, ſolos autē ſe fratres ſuos requirere, ſubiecit orationi huiuſmodi uerſum. Hæc ait, aſt alios retinebat terra ſepultos. Fur ac nebulo Mercurius qd ad famam ſui reliquit, niſi memoriam fraudum ſuarum? Cælo dignus quia palæſtram docuit, & lyram primus inuenit. Liberum patrem in ſenatu deorum ſummæ authoritatis primæq; eſſe ſententiæ neceſſe eſt, quia præter Iouem ſolus omnium triumphauit, exercitum duxit. Indos debellauit, ſed inuictus ille Impator inclytus maximus ob amorem ac libidinem turpiſſime uictus eſt. Delatus enim Diam cum ſemiuiro comitatu, nactus eſt in pudicam mulierem in littore ac fiducia uictoriæ inclytæ uir eſſe uoluit, ne nimium mollis eſſe uideretur, atq; illam patris proditricem, fratris interemptricem ab alio relictam & repudiatam in coniugiū ſibi uendicauit, & liberā fecit, & cum ea pariter aſcendit in cælum. Quid oīum hoīm pater Iuppiter, qui i ſolēni p̄catione optimus maximus noīat? Nōne a prima ſua pueritia impius ac penè parricida deprehendit? Cū p̄em regno expulit ac fugauit, non expectauit mortē decrepiti ſenis, cupiditate regnādi. Et cū paternū ſolium per uim, per arma cæpiſſet, bello eſt a Titanibus laceſſitus qd humano generi principium fuit malorum, quibus uictis & pace in perpetuum comparata reliquam ſuam uitam in ſtupris adulteriiſq; conſumpſit. Omitto uirgines quas iminuit, id enim iudicari ſolet tolerabile. Amphitryonem ac Tyndaꝛ præterire non poſſum, quoꝝ domos dedecore atq; infamia pleniſſimas reddidit, illud uero ſūmæ impietatis ac ſceleris q; regium puerum rapuit ad ſtuprum. Parum enim uidebatur ſi in expugnanda fœminarum pudicitia, maculoſus ac turpis eſſet, niſi etiam ſexui ſuo iniuriam faceret, hoc eſt uērum adulterium quod fit contra naturam, hæc qui fecit uiderimus an maximus certe optimus non eſt, quod nomen a corruptoribus, ab adulteris, ab inceſtis abeſt, niſi forte nos erramus homines, qui talia facientes ſceleratos uocamus ac perditos, omnibuſq; pœnis digniſſimos iudicamus. Stultus autē M. Tullius qui. C. Verri adulteria obiecit. Eadem enim Iuppiter quem colebat, admiſit. Quī. P. Clodio ſororis inceſtū. At illi optimo maximo eadem fuit, & ſoror & coniunx.

Mars homicida ac adulter

Caſtor & Pollux alternis uiuunt.

Mercurius fur ac nebulo.

Liberi p̄is geſta.

Iouis ipie flagitioſeq; facta.

Clodi⁹ ſororem īceſtauit.

¶ De ipſius Iouis parentibus & ortu & uita eius flagitioſiſſima, morte & ſepultura & opificio poetarum. Cap. XI.

quis eſt

QVis eſt igitur tam excors, qui hunc in cælo regnare putet, qui ne i terra quidē debuit? Nō iſulſe quidā poeta triumphū Cupidinis ſcripſit, quo in libro nō modó cōtētiſſimum deorū Cupidinē: ſed ēt uictorem facit. Enumeratis. n. amoribus ſingulorū, quibus i poteſtatem cupidinis ditionēq; ueniſſent, inſtruit pompā i qua Iuppiter cum cæteris diis ante currū triumphantis dicitur cathenatus. Eleganter id quidem dicitur a poeta figuratū, ſed tñ non multum diſtat a uēro. Qui. n. uirtutis eſt expers, qui cupiditatibus ac libidinibus malis uincítur. nō cupidini (ut ille finxit) ſed morti ſubiectus ē ſempiternæ. Sed omittamus de moribus dicere, rē cōſideremus ut intelligant hoīes, in quibus miſeri uerſent erroribus. Regnare i cælo Iouem uulgus exiſtimat, id doctis pariter, & indoctis pſuaſum eſt. Quod & religio ipſa & præcationes, & hymni, & delubra & ſimulacra demōſtrant. Eūdem tamē Saturno, & Rhea genitum cōfitentur. Quomódo poteſt deus uideri aut (ut ait poeta) hoīum rerūq; repertor? ante cuius ortum infinita hoīum millia fuerunt? Eorum ſcilicet qui Saturno regnante uixerunt: ac priores luce q̄ Iuppiter ſunt potiti? Video alium deū regem fuiſſe primis temporibus, aliū cōſequētibus. Poteſt ergo fieri, ut alius ſit poſtea futurus. Si enim regnū prius mutatum eſt, cur deſperemus, & poſterius poſſe mutari? niſi forte Saturnus generare potuit fortiorē, Iuppiter nō poteſt. Atqui diuinum imperium, aut ſemper īmutabile eſt, aut ſi eſt mutabile, quod fieri nō poteſt, ſemper utiq; mutabile eſt. Poteſt n. Iuppiter regnū amittere, ſicut & p̄ eius amiſit. Ita planè, nam cū idē neq; uirginibus neq; maritatis unq̄ peperciſſet, & abſtinuit ſe tñ una Thetide. Quā rēſum fuit maiorē patre ſuo futurū, quiſquis ex illa natus eſſet. Et primū in eo prudētia nō dei, cui niſi Themis futura dixiſſet, ipſa neſciret. Si aūt diuinus nō ſit, ne deus quidem ſit, unde ipſa diuinitas noſatur, ut ab homīe humanitas. Deinde cōſcientia imbecillitatis, timuit utiq; maiorē quod qui fecit ſcit utiq; profectó nō eſſe ſe maximū, q; quidem pōt aliqd maius exiſtere. Idem per ſtygiā paludē ſanctiſſime iurat, Vna ſupſtitio ſupis q̄ reddita diuis quæ eſt iſta ſupſtitio? aut a quo reddita eſt? Ergo aliqua poteſtas maxima eſt, quæ peierātes deos puniat, quæ tāta formido eſt paludis ſternæ, ſi ſunt īmortales? quid metuūt eā quam uiſuri nō ſunt, niſi quos mori neceſſe eſt. Quid igitur hoīes oculos ſuos in cælum tollūt? qd per ſupos deierant, cū ipſi ſuperi ad inferos deuoluant? Ibiq; habent quod uenerent, & adorēt. Illud uero quale eſt eſſe fata qbus dii oēs & ipſe Iuppiter pareat, ſi parcarū tāta uis ē, ut plus poſſint q̄ cæleſtes uniuerſi, quāq; ipſe rector ac dñs, cur non ille potius regnare dicant ē, quaꝝ legibus ac ſtatutis parere oēs deos neceſſitas cogit? Nūc cui dubiū ē qn is q alicui rei obſeqt maxīus ñ ſit, Nā ſi ſit non accipiat fata ſed faciat. Nūc ad illud qd omiſerā, redeo. In una utiq; ſola fuit cōtinētior, cū eam deperiret, & non uirtute aliqua ſed metu ſucceſſoris. Quæ fortitudo utiq; eius ē? q ſit mortalis & imbecillis, & nihil. qppe q potuit, & tūc cū naſceret extingui, ſic ut frater eius añ genitus extinctus eſt, qui ſi uiuere potuiſſet, nunq̄ minori conceſſiſſet imperiū. Ipſe aūt furto ſeruatus, furtimq; nutritus, ξεύς ſiue ξήν appellatus eſt, non ut iſti putant a feruore cæleſtis ignis, uel

Cupidinis triūphus.

Thetide' cur abſtinuit iupp. Diuinitas unde.

Fatis paret ēt iuppit.

Iuppit uñ ξεὺς

q̄ uitæ sit dator, uel q̄ animātibus inspiret animas, quæ uirtus solius dei est, quā enim possit inspirare aīam, qui ipse accipit aliunde? Sed q̄ primus ex liberis Saturni maribus uixerit. Potuerunt igitur homīes alium deum habere rectorem, si Saturnus nō fuisset ab uxore delusus. At enim poetæ ista finxerunt. Errat quisquis hoc putat. illi enim de hoibus loquebantur, sed ut eos ornarent, quorū memoriam laudibus celebrabant, deos esse dixerunt. Itaq̄ illa potius ficta sunt quæ tanquā de diis, nō illa quæ tanquā de hominibus locuti sunt. quod clarum fiet ex emplo quod inferemus, Danaen uiolaturus Iuppiter aureos nūmos largiter in sinū eius infudit. Hæc stupri merces fuit. At poetæ qui quasi de deo loquebantur, ne authoritatem creditæ maiestatis infringerent, finxerunt ipsum in aureo hymbre delapsum, eadem figura qua hymbres ferreos dicunt, cum multitudinem telorum sagittarumq̄ describunt. Rapuisse dicitur in aquila Catamitum, poeticus color est, sed aut pro legionem rapuit cuius insigne aquila est, aut nauis i qua est impositus tutelam habuit in aquila figuratā, sicut taurum figuratū cū rapuit & transuexit Europam, eodem modo conuertisse in bouem traditur Io Inachi filiam, quæ ut iram Iunonis effugeret. ut erat iam setis obsita. iam bos tranasse dicitur mare. in Ægyptumq̄ uenisset atq̄ ibi recepta pristina forma dea facta, quæ nunc Isis uocatur. Quo igitur argumento probari potest? nec Europam in tauro sedisse, nec Io factam bouem? quod certus dies habetur in fastis, quo Isidis nauigium celebratur, quæ res docet non tranasse illam, sed nauigasse. Igitur qui sapere sibi uidentur, quia intelligunt uiuum terrenúmq̄ corpus in cælo esse non posse, totam Ganymedeam fabulam pro falso repudiant, non sentiunt in terra, id esse factum, quia res ac libido ipsa terrena est. Non ergo res ipsas gestas finxerunt poetæ, q̄ si facerent essent uanissimi, sed rebus gestis addiderunt quendam colorem. Non enim obtrectantes illa dicebāt, sed ornare cupitētes hinc homīes, decipiuntur, maxime dum hæc omnia ficta esse arbitrant a poetis, colunt quod ignorant, nesciunt qui sit poeticæ licentiæ modus quousq̄ progredi fingendo liceat, quū officium poetæ sit in eo, ut ea quæ gesta sunt uerē, in aliquas species obliquis figurationibus, cum decore aliquo conuersa traducant. Totum autem quod referam fingere ideſt ineptum esse & mendacem potiusq̄ poetam, sed finxerunt ista, quæ fabulosa creduntur. Num etiam illa quæ de diis fœminis deorumq̄ connubiis dicta sunt? Cur igitur sic figurantur, sic colunt. nisi forte non tātum poetæ, sed & pictores fictoresq̄ imaginū mentiuntur. Si enim hic est Iuppiter qui a nobis dicitur deus, si non is est qui ex Saturno, & ope natus est, non oportuit nisi solius simulacrum in templis omnibus collocari. Quid sibi mulierę effigies uolunt? Quid sexus infirmus: in quem si cecidit ipse Iuppiter, tum uero ipsi lapides hoīem fatebuntur. Mentitos aiunt esse poetas, & his tamen credūt imo uero non esse mentitos re ipsa probāt. Ita enim deorum simulacra cōfingūt ut ex ipsa diuersitate sexus appareat: uera esse quæ dicūt poetæ. Nam quod est aliud argumentum imago catamiti, & effigies aquilæ, cum ante pedes Iouis ponuntur in templis? & cum ipso pariter adorantur, nisi ut nefandi sceleris ac stupri memoria maneat in æternum? Non igitur a poetis totum fictum est, aliquid

Danaæ fabula ad historiā relata.
Hymbres ferrei.
Ganym. raptus.
Europæ raptus.
Io i bouē.
Poetæ officium.
Ganym. imago ãte pedes Iouis.

fortasse

fortasse traductū: & obliqua figuratione obscuratū: quo ueritas inuoluta tegeretur sicut illud de sortitione regnoꝝ. Aiunt. n. Ioui cælū obtigisse: Neptuno mare: inferna Plutoni. Cur non terra potius in sortē tertiā uenit? nisi q̄ i terra gesta res est? Ergo illud in uero est: q̄ regnum orbis ita partiti sortitiq̄ sunt: ut orientis impiū Ioui cederet: Plutoni cui cognomē Agesilao fuit: pars occidentis obtingeret. Eo q̄ plaga orientis: ex qua lux mortalibus datur: superior: occidētis autem inferior esse uideatur. Sic ueritatē mendacio uelauerunt: ut ueritas ipsa psuasioni publicæ denegaret. De Neptuni sorte manifestū ē, cuius regnū tale fuisse dicimus: quale. M. Antonii fuit ifinitū illud imperiū, cui totius oræ maritimæ potestatē senatus decreuerat, ut prædones persequeretur, ac mare omne pacaret. Sic Neptuno maritima oīa cum īsulis obuenerunt, quomō id probari potest? Nimirū uere res historiæ docent: Antiquus autor Euhemerus, q̄ fuit ex ciuitate messana res gestas Iouis & cæterorum, qui dii putantur collegit, historiāq̄ contexuit ex titulis, & inscriptionibus sacris quæ in antiquissimis tēplis habebantur maximeq̄ in sano iouis Triphylę ubi aureā colūnam positam esse ab ipso ioue titulus īdicabat: in qua colūna gesta sua perscripsit: ut monumenta essent posteris rerum suarū. Hanc historiā iterprætatus ē Ennius & secutus: cuius hæc uerba sunt. Vbi Iuppiter impertū neptuno dat maris, ut insulis omnibus, & quæ loca sunt secus mare omnibus regnaret. Vera sunt ergo quæ loquuntur poetæ: sed obtentu aliquo speciecq̄ uelata. Potest & mons Olympus figuram poetis dedisse, ut Iouem dicerent cæli regnum esse sortitum, q̄ Olympus ambiguū nomen est, & montis & cæli. In Olympo aūt Iouē habitasse docet historia eadē: quæ dicit Eadem tempestate Iuppiter in mōte Olympo maximā partē uitæ colebat, & eō ad eum in ius ueniebāt, siquæ res in controuersia erāt. Item si quis q̄d noui inuenerat: quod ad uitam humanam utile esset: eō ueniebat, atq̄ Ioui ostendebat. Multa in hunc modū poetæ transferunt: non ut in deos mētiantur, quos colunt, sed ut figuris uersi coloribus uenustatē ac leporē carminibus suis addāt, qui aūt nō intelligunt quo modo aut quare quicq̄ figuret, poetas uelut mendaces & sacrilegos insequuntur: Hoc errore decepti, & philosophi q̄ ea quæ de ioue feruntur minime in deū cōuiuere uidebantur duos ioues fecerunt: unū naturalē, alterum fabulosum. Vi derunt ex parte quod erat uerū eum scilicet de quo poetæ loquuntur, hominem fuisse. In illo autē naturali Ioue uulgari cōsuetudine religiōis īducti errauerūt: q̄ in deū nomē hoīs trāstulerunt. q̄ (ut supra diximus) qa solus est, nō indiget noīe. Iouē aūt illū esse, qui sit ex Ope Saturnoq̄ natus negari non pōt. Vana igitur psuasio est eoꝝ, q̄ nomē iouis sūmo deo tribuūt: Solēt. n. qdā errores suos ex hac excusatione defendere, q̄ cōuicti de uno deo cū id negare non possunt, ipsū se colere affirmāt. Verū hoc sibi placere, ut iuppiter noīetur, quo qd absurdius? Iuppiter. n. sine contubernio coniugis filiæq̄ coli non solet. Vñ quid sit, apparet, nec fas est id nomē eo trāsferri, ubi nec Minerua ē ulla, nec iuno. Quid q̄ huius nominis ꝓprietas nō diuinā uim exprimit, sed hūanā? Iouem. n. iunonēq̄ a iuuādo essedictos Cicero interpretat. Et iuppiter q̄si iuuans pater dicit, qd nomē i deū minime cōgruit, quia iuuare hoīs ē, opis aliquid cōferentis in eum, qui sit alienus

Mūdi sortitio.
Plutō Agesilaus.
M. Antōii īperiū maritimum.
Euhemer⁹ Messenius Iouis Triphilæi fanum.
Neptunus imp. maris sortitus.
Olympus mons.
Olympus cælum.
Poetarum fictiones.
Ioues duo nālis & fabulosus.
Iouis nomē sūmo deo nō tribuendum
Iuppit uñ.
Iuno uñ.
Iuuare qd

& exgiui beneficii. Nemo sic deum precatur: ut se adiuuet: sed ut seruet, ut uitã salutemq; tribuat, quod multo plus ac maius est q̃ iuuare. Et quoniã de patre loquimur, nullus pater dicitur filios iuuare: cũ eos generat aut educat. Illud enim leuius est: q̃ ut eo uerbo magnitudo paterni beneficii exprimat̃: quãto id magis ĩ conueniens est deo qui uerus est pater: p quẽ sumus: & cuius toti sumus, a quo fingimur: animamur: illumiamur: qui nobis uitã impertit: salutem tribuit: uictũ multiplicem subministrat: nõ intelligit beneficia diuina: q se iuuari modo a deo putat. Ergo non imperitus modo, sed etiã impius est: qui nomine iouis uirtutem summæ potestatis imminuit. Quare si iouem ex rebus gestis & ex moribus hominem fuisse, in terraq; regnasse deprehendimus. Superest ut mortem quoque eius inuestigemus. Ennius in sacra historia de scriptis omnibus quæ in uita sua gessit, ad ultimum sic ait. Deinde iuppiter postquam terra quinquies circuiuit omnibusq; amicis atq; cognatis suis imperium diuisit: reliquitq; hominibus, leges, mores frumentaq; parauit. multaq; alia bona fecit: immortali gloria memoriaque affectus sempiterna monumenta suis reliquit, ætate pessumata in Creta, uitam commutauit, & ad deos abiit. Eumquæ Curetes filii sui cura uerunt decoraueruntque eius & sepulchrum eum est in Creta ĩ oppido Gnoso: & dicitur Vesta hanc urbem creauisse, in qua sepulchro eius est inscriptum antiquis litteris græcis ΔΕΥΣ ΤΕΚΡΟΝΟΥ: id est latine: Iuppiter Saturni filius. Hoc certe non poetæ tradunt, sed antiquarum rerum scriptores: quæ adeo uera sunt ut ea sibyllinis uersibus confirmentur. qui sunt tales,

Iouis obit⁹

Pessumata ætate.
Gnosi cõditrix uesta.
Iouis sepulchrũ, ũ

δαιμονας ἀψύχους νεκύων εἴδωλα καμόντων
ὧν κρήτη κάυχημα τάφους ἣ δύσμορος ἔχει : id est dæmones inanimes cadauerum simulacra mortuorum: quorum sepulchra habet Creta male peritura. Cicero de natura deorum cum res iouis a theologis nominari diceret ait tertium fuisse Cretensem Saturni filium. cuius in illa insula sepulchrum ostenditur. Quomodo igitur potest deus alibi esse uiuus: alibi mortuus, alibi habere templum, alibi sepulchrum? Sciant ergo romani capitolium suum: ideſt summum caput religionum suarum publicarum nihil esse aliud q̃ inane monumentum. Veniamus nunc ad eius patrem, qui ante regnauit, & qui fortasse plus habebat in se: q̃ est coitu tantorum elementorum genitus esse dicatur. Videamus quid in eo fuerit deo dignum. In primis illud q̃ aureum sæculum narratur habuisse q̃ iustitia sub eo fuerit in terra. Teneo aliquid in eo quod in eius filio nõ fuit. Quid enĩ tã conueniens deo: q̃ iustum regimen ac pium seculum? Sed cum eadem ratione natum esse cogito: nõ possum putare deum summũ: q̃ uideam esse aliquod antiquius cælum scilicet atq; terram. At ego deum quæro: ultra quem nihil est omnino, qui fons: & origo sit rerũ. Hic sit necesse est, qui cælũ ipsum cõdidit, terrã q; fundauit. Saturnus autem si ex his natus est (ut putatur) quemadmodum potest esse deus principalis, qui aliis ortum suum debet? Aut quis præfuit mundo, ante q̃ Saturnus gigneretur? Sed hoc poeticum est (ut dicebam paulo ante) figmentum: nec. n. fieri poterat, ut elemẽta ĩsensibilia, tantoq; interuallo separata in unũ coirent: ac filium p̃crearẽt, aut is q̃ natus esset non potissimum genitoribus

Capitoliũ quid.

Saturnus q̃s & unde

similis

similis existeret: sed eam formam gereret: quam parentes sui non habebant. Quæramus ergo quid ueritatis sub hac figura lateat. Minutius felix in eo libro, qui octauius inscribitur: sic argumentatus est,. Saturnum: cum fugatus esset a filio, in Italiamq; uenisset. Cæli filium dictum q̃ soleamus eos quorum uirtutem miremur, ad eos qui repentine aduenerint: de cælo cecidisse: dicere: Terræ autem q̃ ignotis parentibus natos: terræ filios nominemus. Sunt hæc quidem similia ueri: non tamen uera quia constat etiam tunc cum regnaret, ita esse habitum. Potuit & sic argumentari. Saturnum cum potentissimus rex esset: ad retinend. m parentum suorum memoriam nomina eorum cælo, terræq; indidisse. cum hæc prius aliis uocabulis appellaretur: qua ratione & montibus & fluminibus nomina sunt imposita. Neq; enim cum dicunt poetæ de progenie Atlãtis: aut Inachi fluminis id potissimum dicunt: homines ex rebus sensu carentibus. potuisse generari sed eos utiq; significant, qui nati sunt ex his hominibus qui uel uiui uel mortui, nomina montibus, aut fluminibus indiderunt. Nam id apud ueteres. maximeq; græcos usitatum fuit, sic maria eorum traxisse nomina accepimus. qui deciderant in ea: ut Ægæum: Icarium: Hellesponticum, & in Latio auentinus uocabulum monti dedit, in quo sepultus est, Tyberinus uel tyberis amni mersus est. Non ergo mirandum si nomina eorum cælo terræque attributa essent, qui reges genuerant potentissimos. Apparet ergo non ex cælo natum esse. quod fieri non potest sed ex eo nomine, cui nomen Vrano fuit. quod esse uerum, Trismegistus auctor est, qui cum diceret admodum paucos extitisse in quibus esset perfecta doctrina in his Vranum: Saturnum Mercurium cognatos suos nominauit. Hæc ille quia ignorauit: alio traduxit historiam. qui quoniam quomodo potuerit argumentari: ostendi: Nunc dicam quomodo, ubi a quo sit hoc dictum non enim Saturnus hoc, sed iuppiter fecit. in sacra historia sic Ennius tradit. Deinde pane deducit in montem qui uocat̃ cæli stella Post eó ascendit contemplatus est latum terras, ibiq; in eo mõte arã creat cælo. Primusq; in ea ara iuppiter sacrificauit. in eo loco suspexit in cælũ, quod uranos nominat̃. idq; quod supra mundum erat, quod æther uocatur. de sui aui nomine cælo nomen indidit. idq; iuppiter quod æther uocatur placãs primum cælum nominauit terræq; hostiam quam ibi sacrauit, totam adoleuit. Nec hic tantum sacrificasse iuppiter inuenitur. Cæsar quoq; in arato refert Aglaosthenem dicere iouem cũ ex insula Naxo aduersus Tiranas proficiscerẽtur: & sacrificiũ faceret in littore, aquilã ei in auspiciũ aduolasse. quam uictor bono omine acceptã tutelæ suæ sub iugarit. Sacra uero historia & ante cõsedisse illi aquilã in capite: atq; illi regnum portendisse testatur. cui ergo sacrificare potuit iuppiter nisi cælo auo quem dicit Euhemerus in oceaniam mortuum: & in oppido Aulatia sepultum.

Saturnus Cæli. F. & cur.

Terræ Filii.

Atlantis filii qui Inachi progenies que.

ægæũ mar unde.
Auentin⁹ mons uñ.
Tyberius Flunde.
Vranus Saturni pater

Pan iouis comes.
Creat pro ædificat.
Ara omnium prima
Cælũ uñ.

Terræ hostia oĩum prima.
Aqla cur ĩ tutela iouis.
Oceania regio.
Aulatia opp.

Fuit q̃ iam non est.

¶ Quo stoici figmẽta poetarũ ad phicã transferãt rõnem. Cap. XII

Quoniam reuelauimus mysteria poetarum: & saturni parentes inuenimus, ad uirtutes eius & facta redeamus. Iustus in regno fuit. primum ex hoc ipso iam deus non est: qui fuit. Deniq; q̃ ne iustus quidem fuit: sed impius non modo in filios quos necauit, uerum etiã in

Saturni res gestæ.

patrem:cui dicitur abscidisse genitalia.quod forsitan uere acciderit. Sed homines respectu elementi quod dicitur cælum.totam fabulā explodunt tanq̄ ineptissime fictam quam tamen stoici(ut solent)ad rationē physicā conātur traducere: quorum sententiā Cicero de natura deor̄ disserēs posuit. Cælestē inq̄t:altissimā ætheriamq; naturam: ideſt igneam quæ per sese omnia gigneret uacari uolue runt ea parte corporis:quæ coniunctione alterius egeret ad procreandum.Q uæ ratio in uestam potuit conuenire si mas diceretur. Iccirco, enim uirginem putant Vestam quia ignis inuiolabile sit elemētum, nihilq; nasci possit ex eo:quippe qui omnia quæ arripuerit:absumat:Ouidius in fastis.

Vesta cur uirgo

¶ Nec tu aliud Vestam q̄ uiuam intellige flammam.
¶ Nataq; de flamma,corpora nulla uides.
¶ Iure igitur uirgo est:quæ semina nulla remittit:
¶ Nec capit:& comites uirginitatis amat. Vulcanoq; id potuit ascribi, qui quidem putatur ignis,& tamen poetæ non assenserunt.Potuit & soli: in quo est natura & causa gignentium,nam sine solis igneo calore neq; nasci quicq̄: neq; augeri potest ut nulli elemento magis opus sit genitalibus:q̄ calori:cuius fetu concipiuntur:nascuntur,sustentātur omnia, postremo etiā si ita sit(ut uolunt)qui magis abscisum eē cælum putet,q̄ omnino sine genitalibus natum. Nam si per se gignit,non indigebat utiq; genitalibus cum saturnum ipsum procrearet.Si uero habuit,& a filio abscisa sunt, ortus rerum & natura omnis interisset.Q uid q; ipsi Saturno non diuinum modo sensum sed humanam quoq; adimunt,cum affirmāt esse eum saturnum,qui cursum & conuersionem spaciorum & temporū continet.Eumq; græce idipsum nomen habere, χρόνος enim dicitur quod est idē quod κρόνος :ideſt spacium temporis,Saturnus enim est appellatus,q; saturetur annis.Hæc Ciceronis uerba sunt exponentis sententiam stoicorum, quæ q̄uana sit cuiuis intelligere promptissimum ē.Si enim saturnus cæli est filius quomodo potuit aut tempus a cælo gigni,aut cælum a tempore abscidi,aut postea tempus imperio spoliari a filio Ioue? Aut quomodo iuppiter natus est ex tempore, aut quibus annis saturari possit æternitas,cui nullus est finis? ;

Sol causa oīum q̄ gignuntur

Colore cōcipiuntur omnia

Saturnus idē qd ips

Saturn⁹ uñ

¶ Q uomodo poetæ & historici euacuant stoicorum traditionem de Ioue & Saturno & aliis diis. Cap. XIII.

Rhea q̄ & ops

Carnis humāæ esus

I ergo uanæ sunt istæ rationes philosophorum quid supereſt nisi ut uere factum esse credamus,ideſt hominū ab homine abscissū: nisi forte aliquis existimet deum fuisse qui timuit cohæredem? cum siquid diuinitatis habuisset, nō patris genitalia debuerit amputare,sed propria:ne Iuppiter nasceret,qui eum regni possessione priuauit.idem sororem suam Rheā,quam latine Opem dicimus,cum haberet uxorem,responso ueritus est dicitur mares liberos educare:q; futurum esset ut a filio pelleretur,quam rem metuens,natos sibi filios non utiq; deuorabat (ut ferunt fabulæ)sed necabat, quanquam scriptum sit in historia sacra Saturnum & Opem,cæteroſque tunc homines humanam carnem solitos esitare

Verum

Verum primum Iouem leges hominibus moresq; condentem: edicto prohibuisse ne liceret eo cibo uesci:quod si uerum est:quæ potest in eo fuisse iustitia? Sed fictum sane putemus saturnum filios deuorasse modo cum aliqua ratione Nunc iccirco q; ait uulgus:comedisse filios suos eum qui extulerit: sepulturæq; mandauerit. Ops autem cum Iouem peperisset:subtraxit infantem: eumq; nutriendum furtim misit in Cretam.Rursum imprudentiam reprehendam necesse est.Cur enim responsum ab alio accepit potius? Cur in cælo cōstitutus q̄ gerebantur in terra non uidebat? Cur eum corybantes cymbalis fefellerunt? Postremo cur extit aliqua uis potentior aut maior,quæ illius uinceret potestatem? Nimirum senex a iuuene facile uictus est ac spoliatus imperio. Fugit expulsus:& in Italiam nauigio uenit:cum erraſſet diu sicut Ouidius in fastorum libris refert.

Saturn⁹.F. uorabat.

¶ Causa ratis supereſt thuscum rate uenit ad amnem:
¶ Ante pererrato falcifer orbe deus.Hunc errantem atq; inopem Ianus excepit cuius rei argumenta sunt nummi ueteres,in quibus est cū duplici fronte ianus, & in altera parte nauis,sicut idem poeta subiecit.

Ianus hospes Saturni. Nūmi ueteres īpressi sub imagine iani & manii.

¶ At bona posteritas puppim formauit in æte:
¶ Hospitis aduētum testificata dei. Omnes ergo non tantum poetæ:sed historiarum quoq; ac rerum antiquarum scriptores,hominem fuisse consentiunt:qui res eius in italia gestas memoriæ ꝓdiderunt,græci Diodorus & Thallus:Latini Nepos & Cassus & Varro.Nam cum agresti quodam more in italia uiueretur.
¶ Is genus indocile ac dispersum montibus altis
¶ Composuit:legesq; dedit,Latiumq; uocari

Latiū uſt.

¶ Maluit:his quonam tutus latuisset in oris. Censet ne aliquis deū esse,qui pulsus est,qui fugit,qui latuit? Nemo tam stultus est.qui enī fugit aut latet,& uim & mortem timeat necesse est. Orpheus qui tēporibus eius recentior fuit,aperte saturnum in terra & apud homines regnasse commemorat.

πρῶτισος μὲν ἄναξ ἐπιχθονίων κρόνος ἀνδρῶν.
ἐκδὲ κρόνου γένητ' αὐτὸς ἀναξ εὐρύοπα ζεύς ideſt primus quidem regnauit terrestrium saturnus uirorum,Ex saturno autem generatur rex magnus:& latis uisibus iuppiter sonans.item Maro noster.

Saturnus rex oīum primus. Rex oīum primus. Iuppit⁹ saturni.F.

¶ Aureus hanc uitam in terris saturnus agebat: Et alio loco
¶ Aureaq;(ut perhibent)illo sub rege fuere
¶ Secula sic placida populos, in pace regebat. Neque superius dixit in cælo ægisse uitam:neq; inferius superos in pace rexisse. Vnde apparet illum regem fuisse terrenum quod alibi apertius declarat
¶ Aurea condet Secula,qui rursus latio regnata per arua.

Aurea secula. Rex oīum primus.

¶ Saturno quondam: Ennius quidem in Euhemero non primum dicit regnasse saturnum, sed Vranum patrem. Initio inquit primus in terris imperium summum Vranus habuit,is id regnum una cum fratribus suis instituit atq; parauit.Non magna dissensio, siquidem maximorum auctorum de filio patreque dubitatio est:sed tamen utrumque fieri potest, ut & primus Vranus eminere inter cæteros potentia cœperit, & principatum habere non regnum,

postea Saturnus maiores sibi opes comparauerit: ac regiũ nomen asciuerit.

¶ Quid idem Ennius docet in sacra historia. Cap. XIIII.

Vnc quoniã ab his quæ rettulimus: aliquantulum sacra história dessentit: apperiamus ea quæ ueris litteris cõtinentur: ne poetarũ ineptias in accusandis religionibus seq; ꝓbare uideamur. hæc Ennii uerba sunt. Exin Saturnus uxorem duxit opẽ. Titan qui maior natu erat postulat ut ipse regnaret: ibi Vesta mater eorum & sorores Ceres atq; Ops suadent saturno: ut de regno nõ concedat fratri: Ibi titã: q facile deterior esset: q̃ saturnus iccirco & q; uidebat matrem atq; sorores suas operam dare: ut saturnus regnaret concessit ei, ut is regnaret: Itaq; pactus est cum Saturno uti siquid liberorum uirilis sexus ei natum esset, neque educaret. id eius rei causa fecit, uti ad suos gnatos regnum rediret. Tum Saturno filius qui primus natus est eum necauerunt. Deinde posterius nati sunt gemini Iuppiter atq; Iuno. Tum iunonem saturno in conspectum dedere, atq; iouem clam abscondunt. dantq; eum Veste educandum cælantes Saturnum. Item neptunum clam Saturno Ops parit: eumq; clanculum abscondit ad eundem modum Tertio partu Ops parit geminos Plutonem & Glaucam. Pluton latine est diespiter: alii Orchum dicunt, ibi Glaucam filiam saturno ostendunt ac filiũ Plutonem cælant atq; abscondunt. Deinde Glauca parua emoritur. Hæc (ut scripta sunt) iouis fratrumq; eius stirps atq; cognatio in hunc modum nobis ex sacra scriptione traditum est. Item paulo post hæc refert. Deinde Titan postq̃ resciuit Saturno filios procreatos atq; educatos esse clam seducit secum filios suos qui Titani uocantur: fratremque suum Saturnum atq; Opem comprehendit: eosque muro circumagit: & custodiam his apponit. Hæc historia q̃ uera sit docet Sibylla Erythræa eadem fere dicens nisi q; in paucis quæ ad rem non pertinent, discrepat. Iuppiter ergo liberatur summi sceleris crimine, q; patrem uinxisse compedibus, perhibetur. Id enim Titan patruus fecit: q; ille cõtra pactionem iusq; iurandum mares liberos sustulisset. Reliqua historia sic contexitur. Iouem adultum cum audiuisset patrem atq; matrem custodiis circũseptos: atq; in uincula coniectos, uenisse cũ magna cretensium multitudine, titanũq; ac filios eius pugnando uicisse, parentes uinculis exemisse: patri regnũ reddidisse, atq; ita in cretam remeasse. Post hæc deinde Saturno datam sortem ut caueret ne filius eum regno expelleret illum eleuandæ sortis atq; effugiendi piculi gra in sidiatũ Ioui, ut eũ necaret. Iouem cognitis insidiis regnũ sibi denuo uẽdicasse. ac fugisse saturnũ, q cũ iactatus esset p oẽs terras psequentibus armatis, quos ad eũ cõphendẽdũ uel necãdũ iuppiter mi serat: uix i Italia locũ in quo lateret, inuenit.

Saturni generis & res ab eo geste.
Titan saturni frater
Iuppiter atq; Iuno gemini.
Pluton q.
Titani q.
Saturnus a Ioue fugatus & cur.

¶ Qua ratione homines dii cœperint nominari. Cap. XV.

Vibus ex rebus cum constet illos homines fuisse non est obscurum qua ratione dii cœperint nominari. Si enim nulli reges ante Saturnum uel Vranum fuerunt propter hominum raritatem: qui agrestem uitam sine ullo rectore uiuebant, non est dubium quin illis temporibus homines regem ipsum totamque gentem summis

summis laudibus ac nouis honoribus iactare cœperint: ut etiam deos appellarent: siue ob miraculum uirtutis hoc uere putant rudes adhuc & simplices: siue (ut fieri solet) in adulationem ꝑsentis potẽtiæ: siue ob bñficia qbus erãt ad humanitatem compositi. Deinde ipsi reges cum cari fuissent his, quorum uitam composuerant: magnum sui desiderium mortui reliquerunt. Itaq; homines eorum simulacra finxerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium. Progressiq; longius per amorem meriti, memoriam defunctorum colere cœperunt: ut & gratiam referre benemeritis uiderentur & successores eorum allicerent ad bene imperandi cupiditatem. Quod Cicero de natura deorum docet dicens: Suscæpit autem uita hominum consuetudoque communis: ut beneficiis excellentes uiros in cælum fama ac uoluntate tolleret. Hinc Hercules: hinc Castor: hinc Pollux: hinc Æsculapius: hinc Liber. Et alio loco atq; alio in plærisq; ciuitatibus intelligi potest acuendæ uirtutis gratia: aut quo libentius reipublicæ causa periculum adiret optimus quisque, uirorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam. Hac scilicet ratione Romani Cæsares suos consecrauerũt: & Mauri reges suos. Sic paulatim religiones esse cœpere: dum illi primi qui eos nouerant: eo ritu suos liberos ac nepotes deinde omnes posteros imbuerunt. Et hi tamen summi reges ob celebritatem nominis in prouinciis omnibus colebantur. Priuatim uero singuli populi gentus aut urbis conditores: seu uiri fortitudine insignes erant: seu fœminæ castitate mirabiles: summa ueneratione coluerunt: ut Ægyptii Isidem: Mauri Iubam. Macedones Gabyrim Pœni Vranum, latini Faunum: Sabini sanctum Romani Quirinum. Eodem utique modo Athenæ Mineruam. Samos Iunonem: Paphos Venerem, Lemnos Vulcanum, Naxos liberum, Apollinem Delphi. Sic per populos atque regiones uaria sacra suscepta sunt, dum grati homines esse in suos principes cupiunt. Et quos alios honores uita carentibus deferant, inuenire non possunt. Præterea pietas eorum qui successerant, plurimum contulit ad errorem. quiscut diuina stirpe nati uiderentur) diuinos honores parentibus detulerunt: deferrique iusserunt. An ne potest aliquis dubitare quomodo religiones deorum sint institute cum apud Maronem legat Æneæ uerba sociis imperãtis?

Dii cur ex hominib⁹ Hoies uñ cõsecrati.
Reges a suis cõsecrati
alĩ Carantũ
Græcorũ leuitas.

¶ Nunc pateras libate ioui, præcibusq; uocate
¶ Anchisen genitorẽ. Cui non tñ imortalitatem, ueꝝ ẽt uentoꝝ tribuit ptãtem:
¶ Poscamus uentos, atq; hæc mea sacra quot annis:
¶ Vrbe uelit posita templis sibi ferre dicatis.

Vir. Æneidos. v.

Idẽ scilicet de Ioue Liber & Pan. & Mercurius & Apollo fecerunt. Ac postea de his ipsis successores eorum: Accesserunt etiam poetæ & compositis ad uoluptatem carminibus in cælum eos sustulerunt: sicut faciunt qui apud reges etiam malos panegerycis mendacibus adulantur: quod malum a græcis ortum est: quorum leuitas instructa dicendi facultate & copia: incredibile est quantas mendaciorum nebulas excitauerit. Itaq; admirati eos & susceperunt primi sacra illorum: & uniuersis gentibus tradiderunt. Ob hanc uanitatem Sibylla sic eos increpat.

ἑλλὰς δὴ τί πεποιθας ἐπ' ἀνδράσιν ἡγεμόνεσι, πρός τί δὲ δῶρα μάταια καταφθιμένοις ἀνατίθης, θύεις εἰδώλοις τίς τόι ἐν νῶ πλάνην ἔβαλεν ὥστε σε τάδε ποιεῖν μεγάλου θεοῦ προσώπου ἀπολελειμμένου .i. Græcia quid confidis in uiros principes? ad quid dona inania mortuis ac quiris? immolas idolis, quis tibi in mentẽ errorem imposuit? ut hæc perficias magni dei ore relicto? M. Tullius qui non tantum perfectus orator: sed philosophus fuit. Siquidem solus extitit Platonis imitator. in eos libro quo seipsum de morte filiæ consolatus est: non dubitauit dicere deos qui publice colerentur homines fuisse. Quod ipsius testimonium eo debet grauissimum iudicari: qꝙ & augurale habuit sacerdotium: & eosdem se colere uenerarique testatur. Itaque intra paucos uersiculos duas res nobis dedit. Nam dum imaginem filiæ eodem se modo consecraturum esse profitetur, quo illi a ueteribus sunt consecrati, & illos mortuos esse docuit, & originem uanæ superstitionis ostendit. Cum uero inquit & mares & fœminas complures ex hominibus in deorum numero esse uideamus: & in eorum urbibus atque agris augustissima delubra ueneremur: assentiam eorum sapientiæ: quorum ingeniis & inuentis omnem uitam legibus & institutis excultam constitutamque habemus. Quod si ullum unq̃ animal consecrandum fuit: illud profecto fuit si Cadmi aut amphitryonis progenies aut Tyndari in cælum tollenda fama fuit: huic idem honos certe dicandus est, quod quidem faciam. Teque omnium optimam doctissimamq; approbantibus diis immortalibus ipsis: in eorum cætu locatam ad opinionem omnium mortalium consecrabo. Fortasse dicat aliquis pro nimio luctu delirasse Ciceronem. Atqui omnis illa oratio: & doctrina, & exemplis & ipso loquendi genere perfecta nõ ægri sed constantis animi ac iudicii fuit. Et hæc ipsa sententia nullum præfert indicium doloris. Neque enim puto illum tam uarie, tam copiose, tam ornate scribere potuisse, nisi luctum eius & ratio ipsa & consolatio amicorum, & temporis longitudo mitigasset. Quid qꝙidem dicit in libris de republica? idem de gloria? Nam de legibus, quo in opere Platonem secutus est leges uoluit ponere: quibus putaret: usuram esse iustam, & sapientem ciuitatem de religione ita sanxit. Diuos & eos qui cælestes semper habiti sunt colunto. Et illos quos in cælum merita locauerunt: Herculem, Liberum, Æsculapium, Pollucem: Castorem: quirinum. Item in Tusculanis cum diceret totum penẽ cælum humano genere completum. Si uoluero inquit scrutari uetera: & ex illis ea quæ scriptores Græciæ prodiderunt, eruere coner: ipsi illi maiorum gẽtium dii qui habentur, hinc a nobis profecti in cælum reperientur. Quære quorum demonstrantur sepulchra in Græcia: reminiscere quoniam ex initiatus quæ traduntur mysteriis. Tum denique q̃ hoc late pateat intelliges. Testatus est, uidelicet Attici conscientiam ex ipsis mysteriis intelligi posse qꝙ omnes illi homines fuerunt qui coluntur, & de Hercule: Libero: Æsculapio: Castore Polluce, incontanter fatentur. De Apolline ac ioue patribus eorum: item de Neptuno, Vulcano, Marte, Mercurio quos maiorum gentium deos appellauit timuit aperte confiteri. Et iccirco ait late hoc patere ut idem de ioue, cæterisqꝙ antiquarum

M. Tullius nõ tm̃ pfectus orator: sed philosophus.

Tulliolã consecrare Cic. statuit

Cicer. libri de legib⁹.

Ciceron. locus ex Tusc.

Maiorũ gẽtium dii.

que antiquioribus diis intelligamus, quorum memoriam si eadem ratione ueteres consecrauerunt, qua se imaginem nomenq; filiæ consecraturum esse dicit, ignosci mærentibus potest, credentibus non potest. Quis enim tam demens: qui consensu & placito innumerabilium stultorum, aperiri cælum mortuis arbitretur? aut aliquid, quod ipse non habeat dare alteri posse? Apud Romanos deus Iulius, quia hoc scelerato homini placuit Antonio. deus Quirinus, qa hoc pastoribus uisum est, cum alter germani fratris extiterit, alter patriæ parricida, quod si consul non fuisset Antonius. C. Cæsar pro suis in rempublicam meritis & defuncti hominis honore caruisset. Et quidem consilio Pisonis soceri: & L. Cæsaris propinqui: qui uetabant funus fieri. Et Dolabellæ consulis, qui columnam in foro, id est titulum eius euertit, ac forum expiauit. Nam Romulum desiderio suis fuisse declarat Ennius, apud quem populus amissum regem dolens hæc loquitur.

O Romule Romule dic, o,
Qualem te patriæ custodem dii genuerunt?
Tu produxisti nos intra luminis oras.
O pater: o genitor: o sanguen diis oriundum. Ob hoc desiderium facilius creditum est Iulio proculo mentienti, qui sub ornatus a patribus est, ut nunciaret plæbi suæ uidisse se regem humano habitu augustiorem, eumque mandasse ad populum, ut sibi delubrum fieret, se deum esse & Quirinum uocari. Quo facto & ipsi populo persuasit Romulum ad deos abiisse: & senatum suspitiõe cædis regie liberauit.

Cæsar ab Antonio cõsecratus

Columna cæsaris euersa

Romulus desiderio suis fuit.

Sanguen.

Quirin⁹q

¶ Qua ratione dii esse non possunt, quos secus discernit. Et qꝙ in naturam dei non accedit aut sexus, aut coitus officium generandi. Cap. XVI.

Secus pro sexu.

POterã his quæ rettuli esse contentus: sed supersunt adhuc multa suscepto operi necessaria. Nam quamuis ipso religionum capite destructo uniuersa sustulerim: libet tamen prosequi cætera: & redarguere plenius inueteratam persuasionem: ut tandem homines pudeat suorum ac pœniteat errorũ. Magnũ hoc opus & homine dignum. Religionum animos nodis exoluere pergo (ut ait Lucretius) qui quidem hoc efficere non poterat, quia nihil ueri afferebat. Nostrum est hoc officium, qui & uerum deum asserimus, & falsos refutamus. Illi ergo qui poetas finxisse de diis fabulas opinãtur: & deas fœminas esse credunt, & colunt: reuoluũtur imprudentes ad id quod negauerant, coire illos ac parere. Nec enim fieri potest: quin duo sexus generandi causa sint instituti. Recepta uero sexuum diuersitate, non intelligunt consequens esse, ut concipiant, quod in deum cadere non potest ut isti putant: nam & iouis esse filios dicunt & cæterorum deorũ. Nascuntur ergo & cottidie quidem dii noui. n. nec uincuntur ab hoibus fœcunditate. Igitur deorum innumerabilium plena sunt oia nullo scilicet morientẽ. Nam eũ hoium uix icredibilis numerus sit & inestimabilis, quos tamẽ sicuti nascũtur:

mori neceſſe eſt. Quid deorum eſſe tandem putemus: qui tot ſæculis nati ſunt, immortaleſq; manſerunt? Cur ergo tam pauci coluntur? niſi forte arbitramur non generandi cauſa ſed tantummodo capiendæ uoluptatis duos eſſe ſexus deorum, & ea exercere quæ homunculos & facere & pati pudet. Cum uero dicantur aliqui ex aliquibus nati, conſequens eſt ut ſemper naſcantur, ſiquidem aliquando ſunt nati, uel ſi aliquando naſci deſierunt, ſcire nos conuenit cur aut quando deſierint. Non illepide Seneca in libris moralibus philoſophiæ. Quid ergo eſt inqt quare apud poetas ſalaciſſimus iuppiter deſierit liberos tollere? Vtrum ſexagenarius factus eſt: & illi lex Papia fabulam impoſuit? an impetrauit ius triũ liberorum? An tandem illi uenit in mentem, ab alio expectes, alteri quod feceris. Et timet ne quis ſibi faciat, quod ipſe Saturno? At iſti qui deos aſſerunt, uideant quomodo reſpondeant huic argumento: quod iferemus. Si duo ſunt ſexus deorum, ſequitur concubitus. Et ſi coeunt: & domos habeant neceſſe eſt. Nec enim carent uirtute ac pudore, ut hoc promiſcue aut in propatulo faciant, ſicut muta uidemus facere animalia, ſi domos habent: conſequens eſt ut & urbes habeant, & quidem auctore Naſone, qui ait.

Iuppiter ſalaciſſimus. Lex Papia. Ius triũ liberorum.

Deorum duo ſexus eẽ nõ pñt.

Plæbs habitat diuerſa locis, hac fronte potentes
Cælicolæ: clariq; ſuos poſuere penates.

Si habent urbes, & agros igitur habebunt. Iam quis nõ uideat quæ ſequantur? arare illos & colere, quod quidẽ uictus cauſa fit, ergo mortales ſunt. quod argumentũ retrouerſum idem ualet. Si enim agros nõ habent, ne urbes quidem. Si urbes non habẽt, ne domos quidem. Si domibus carent, ergo & concubitu. Si concubitus ab his abeſt: & ſexus igitur fœmineus. In diis autem uidemus & fœminas eſſe: ergo dii non ſunt. Diſſoluat hoc argumentum ſi quis põt. Ita enim res rem ſequit̃ ut hæc ultima neceſſe ſit confiteri. Sed ne illud qdem diſſoluet aliquis ex duobus ſexibus alter fortior alter ifirmior eſt. Robuſtiores enim mares: ſunt fœminæ imbecilliores. Imbecillitas aũt non cadit in deum, ergo nec fœmineus ſexus. Huic additur ſuperioris argumẽti extrema illa concluſio: ut dii non ſint, qm̃ in diis & fœminæ ſunt.

Mares robuſti. Fœminæ ibecillæ.

¶ Quã ſtoici fidẽ hiſtoriaꝝ & poetarũ figmẽta inani phyſica rõne puertunt: & quæ miſeriæ & turpitudines de diis referantur. Cap. XVII.

OBas rationes ſtoici alio uerſu in deos interpretantur. Et quia non præuident quid ſit in uero, conantur eos cum rerum naturalium ratione coniungere, quos Cice. ſecutus de diis ac religionis eorum hanc ſententiam tulit. Videtis ne igitur: ut a phyſicis rebus bene atq; utiliter inuentis trahat ratio, ad commentitios ac fictos deos? quæ res genuit falſas opiniones erroreſq; turbulentos: ſuperſtitiones pene aniles: & formæ enim deorum nobis & ætates & ueſtitus ornatuſq; noti ſunt. Genera præterea: coniugia: cognationes omnes, omniaq; traducta ad ſimilitudinem imbecillitatis humanæ. Quid planius: qd uerius dici poteſt? Romanæ philoſophiæ princeps, & ampliſſimo ſacerdotio præditus commentitios ac fictos deos redarguit quoꝝ cultus ſuperſtitiones pene aniles eſſe teſtatur, falſis opinionibus erroribuſq;

Cicero romãæ phiæ princeps.

erroribuſq; turbulentis implicatos eſſe homines queriť. Nam totus liber tertius de natura deoꝝ oẽs funditus religiones euertit ac delet. Quid ergo a nobis expectatur amplius? Nũ eloquẽtia ſupare poſſumus Ciceronẽ? minime id qdẽ ſed fiduciã illi defuit ignorantis ueritatẽ: quod ipſe ſimpliciter in eodem opere cõfiteť. Ait. n. facilius ſe poſſe dicere: qd non ſit q̃ quid ſit: hoc eſt falſa ſe intelligere, uera neſcire. Claꝝ eſt igitur homines fuiſſe illos: qui dii putanť. Et eoꝝ memoriã poſt mortem conſecratã eſſe, ideo ẽt ætates diuerſæ ſũt. Et certæ imagines, ſingulorũ q̃ in eo habitu & ætate ſingulorum ſimulachra configurata ſunt: in qua quemq; mors deprehendit: cõſideremus (ſi placet) erũnas infælicium deoꝝ. Iſis filium pdidit, Ceres filiam: expulſa & per orbem terræ iactata Latona uix inſulam paruã in qua pareret inuenit. Deum mater & amauit formoſum adoleſcentẽ, & eundẽ cum pellice deprehenſum ex ſectis uirilibus ſemiuirũ reddidit. Et nunc a gallis ſacerdotibus ſacra eius celebrantur. uno pellices acerrime perſecuta eſt, quia parere ipſa non potuit ex fratre. Inſulam Samum ſcribit Varro prius partheniam noiatã, q̃ ibi iuno adoleuerit, ibiq; etiam ioui nupſerit. Itaq; nobiliſſimum & antiquiſſimum templum eius eſt Sami & ſimulachrum in habitu nubentis figuratum? & ſacra eius anniuerſaria nuptiarũ ritu celebrãtur. Si ergo adoleuit: ſi fuit uirgo primo poſtea mulier hominem fuiſſe: q non intelligit, pecudẽ ſe fateretur? Quid loquar obſcœnitatẽ Veneris omnium proſtitutæ libidinibus: non deorũ tm̃ ſed & hominum. Hæc enim ex famoſo Martis ſtupro genuit Harmoniã ex Mercurio Hermaphroditum, qui eſt natus Androgynus. Ex ioue Cupidinẽ. Ex anchiſa Æneã, & ex Bute Erycen. Ex adone quidẽ nullũ potuit qui ẽt tum puer ab apro ictus occiſus eſt, quæ prima (ut in hiſtoria ſacra continetur) artem meretriciam inſtituit, auctorq; mulieribus in cypro fuit, uti uulgo corporũ quæſtũ facerẽt. Quod iccirco impauit, ne ſola præter alias mulieres impudica & uirorũ appetens uideret. Etiã ne habet hæc aliquid numinis? cuius plura numerantur adulteria: q̃ partus? Sed ne illæ quidẽ uirgines illibatã caſtitatẽ ſeruare potuerũt. Vnde. n. putemus Erichthoniũ eſſe natũ? An ex terra (ut poetæ uideri uolunt) At res ipſa clamat. Nam cũ Vulcanus diis arma feciſſet, eiq; iuppiter optionẽ dediſſet præmii (quod uellet) poſtulandi, iuraſſetq; (ut ſolebat) per infernam paludẽ ſe nihil negaturum tum faber claudus Mineruæ nuptias poſtulauit. Hic iuppiter optimus maximus tanta religione conſtrictus, abnuere non potuit, Mineruam tamen monuit repugnare pudicitiamq; defendere: Tũ in illo colluctatione Vulcanũ in terram pfudiſſe aiunt ſemen unde ſit Erichthonius natus. Idq; illi nomẽ impoſitum ἐριθὼνιος ἔριδος καὶ χθονος. ideſt ex certamine atq; humo. Cur igiť uirgo eum puerum cum dracone concluſum & obſignatũ tribus uirginibus Cecropidis cõmendauit? euidens (ut opinor) incæſtum, quod nullo modo poſſit colorari, Altera cum pene amatorem ſuũ perdidiſſet, qui erat turbatis diſtractus equis, præſtãtiſſimum medicũ Æſculapiũ curando iuueni aduocauit: eumq; ſanatum Secretis alma recondit.
Sedibus, & nymphæ Egeriæ, nemoriq; relegat
Solus ubi in ſyluis italis ignobilis æuum

Cice. de deorum natura

Latonæ errores

Attis

Samos inſula

Parthenia inſula

Iũo ſamia

Veneris adulteria

Harmonia

Hermaphroditus

Cupido

Eryx

Erichthoniꝰ q & uñ

Hippolytꝰ a diana amatus

Virbius.

Exigeret: uersosq; ibi nomine uirbius esset. Quid sibi uult hæc tam diligēs: tam sollicita curatio? quid secretæ sedes? quid relegatio uel tam longe: uel ad mulierem: uel in solitudinem? quid deinde nominis cōmutatio? Postremo quid equorum tam pertinax abominatio? Quid significant hæc omnia, nisi conscientiam stupri? aut amorem minime uirginalem. Erant plane: cur tātum laborem pro tā fideli iuuene susciperet, quia amanti nouercæ obsequium pernegaret.

Quōo refellantur hi qui deos esse factos ex hoibus mentiātur. Cap XVIII.

Virtus hominē tollit in cælū.

Hoc in loco refellendi sunt etiam hi, qui deos ex hoibus esse factos non tantū fatentur: sed ut eos laudent, etiam gloriantur, aut uirtutis gratia, ut Herculem, aut munerum ut Cererem ac Liberum, aut artium repertarum, ut Æsculapium uel Mineruam. Hæc uero, q̄ inepta sint, quāq; non digna, propter quæ homines inexpiabili se scelere contaminent, hostesq; deo uero fiant, quo contempto mortuorū sacra suscipiunt: ex singulis rebus ostendam. uirtutem esse dicunt, quæ hominem tollat in cælum, non illam de qua philosophi dixerunt: quæ posita est in bonis animi sed hanc corporalem quæ dicitur fortitudo: quæ quoniam p̄cipua in Hercule fuit īmortalitatē meruisse creditur. Quis tam stulte ineptus est, ut corporis uires diuinum uel etiam humanum bonum iudicet: cū sint & maiores pecudibus attributæ & uno morbo sæpe frangātur: uel ipsa senectute occultū minuātur & corruant. Itaq; idem cū ille deformari ulceribus toros suos cerneret, nec sanari se uoluit: nec senem fieri neq̄ seipso minor aut deformior uideretur. Hunc ergo qui uiuum seipsum cōbusserat, ascēdisse in cælum putauerūt, eaq; ipse quæ stultissime admirati sunt simulachris & imaginibus compræssa & consecrata posuerunt ut in perpetuum uanitatis eor monumenta pstarent, qui ob necem bestiar deos fieri credidissent. Sed hæc græcor fortasse culpa, qui res leuissimas pro maximis semper habuerunt. Quid nostri num sapiētiores? qui athleticam quidem uirtutē contēnunt: quia nihil obest, sed regiā (quia late solet nocere) sic admirātur: ut fortes & bellicosos duces in deor cœtum locari arbitrent. Nec esse ullam aliā ad īmortalitatē uiam: q̄ exercitus ducere: aliena uastare, urbes delere: oppida excidere, liberos populos aut trucidare aut subiicere seruituti, uidelicet quo plures homines afflixerint spoliauerint, occiderint, eo se nobiliores & clariores putant. & inanis gloriæ species capti sceleribus suis nomen uirtutis īponunt. Iā malem ut a ferarum cedibus deos sibi fingerēt: q̄ īmortalitatem tam cruentam p̄barent. Siquis unum hominem iugulauerit, pro contaminato ac nefario habetur: nec ad terrenum hoc domicilium deorum admitti eū fas putant. Ille aūt qui infinita hominum milia trucidauerint: cruore campos inundauerit: flumina infecerit: non modo in templum, sed etiam in cælum admittitur: apud Enniū sic loquitur Aphricanus: Si fas cædendo cælestia scandere cuiq̄ est: Mi soli cæli maxima porta patet. Scilicet quia magnam partem generis humani extinxit ac perdidit. O q̄tis in tenebris Aphricane uersatus es, uel potius o poeta qui per cædes & sanguinem patere hoibus in cælum ascensum putaueris: Cui uanitati & Ci. assentit

Herculi bustum.

Græci res leuissimas p̄ max. habent.

Aphricani epitaph.

sentit. Est uero inquit Aphricane: nam & Herculi eadem ipsa porta patuit: tanq̄ ipse planē cum id fieret: ianitor fuerit in cælo. Equidem statuere non possum: dolendum ne potius an ridendum putem cum uideam & graues & doctos & (ut sibi uidentur) sapientes uiros: in tam miserandis errorum fluctibus uolutari. Si hæc est uirtus quæ nos immortales facit: mori equidem malim: q̄ exitio eē q̄ plurimis. Si aliter parari immortalitas non potest nisi per sanguinem. quid fiet si omnes in concordiam consenserint? Quod certe fieri poterit si pernicioso & impio furore proiecto innocentes esse ac iusti uelint. Nū igitur nemo erit cælo dignus? num peribit uirtus, quia hominibus in homines sæuire nō dabitur? Sed isti qui euersiones urbium populorumq; summam gloriam cōputant ocium publicum non ferrent: rapient, sæuient & iniuriis insolenter illatis humanæ societatis fœdus irrumpent: ut habere hostem possint: quē sceleratius deleant q̄ lascessierint. Nunc ad reliqua pergamus. Nomē deorum Cereri ac libero traditio munerum fecit. Possum diuinis docere litteris uinum atq; fruges ante progeniem cæli atq; Saturni fuisse in usum hominum, sed ab his sane inuenta esse fingamus. Num potest plus aut minus uideri collegisse fruges, hisq; factis panē facere docuisse, aut uuas de uitibus lectas expressisse, uinumq; fecisse, q̄ fruges ipsas aut uites generasse aut protulisse de terra? Reliquit hæc sane deus humanis ingeniis eruenda: tamen fieri non potest quin ipsius sint omnia qui tribuit sapientiam homini ut inueniret: & ipsa illa quæ possent inueniri: primus inuenit. Artes quoq; suis in uentoribus īmortalitatem peperisse dicuntur: ut Æsculapio medicina. Vulcano fabrica. Colamus igitur & illos: qui fullonicam, sutrināq; docuerunt. Cur aūt figuline repertori honos non habet? An quia isti diuites uasa samia contemnunt? Sunt & aliæ artes: quarum repertores humanæ uitæ plurimum posuerunt. Cur non etiam illis attributa sunt tēpla? sed nimirum Minerua est quæ oēs repperit. Ideoq; illi opifices supplicant. Ergo ab his sordibus Minerua ascēdit in cælum. Est uero causa cur quisq̄ derelinquat eum, qui terram cum animantibus, cælum cum astris & luminibus exorsus est ut eam ueneretur, quæ telam docuit ordiri? Quid ille qui uulnera in corporibus sanare docuit? Num potest esse p̄stantior: q̄ qui corpora ipsa formauit, sentiendi, ac uiuendi rationē dedit? Herbas denique ipsas & cætera: quibus medendi ars constat: excogitauit ac protulit?

Herculem uirtus ī cælū sustulit

Ceres iuēntrix frugū Vini inuētor.

Vulcanus inuentor fabricæ

Samia uasa

Minerua artium inuentrix

Æsculapius a ioue fulminatus

Quod deos uanos & deum uerū nemo simul potest colere. Cap. XIX.

Atenim dicit aliquis & huic summo q̄ fecit oīa, & illis qui partim profuerunt, suam ueneratione esse tribuēdā. Primū nec factū est unq̄, ut qui hos colit, etiam deum coluerit, neq; fieri potest: quoniā si honos idē tribuitur aliis: ipse omnino nō colit. cuius religio est illum esse unum ac solum deum credere. Clamat summus poeta eos omnes qui inuentas uitam excoluere per artes: apud inferos esse. ipsumq; illū medicinæ repertorem talis & artis ad stygias undas fulmine esse detrusum: ut intelligamus quātum ualeat pater oīpotens qui & deos fulminibus extinguat sed homines ingenioſi hanc secū habebant fortasse rationē quia deus fulminari non potest; apparet non esse factum: immo uero quia factum est apparet homi-

nem fuisse non deum. Mendacium enim poetarum non in facto est: sed in nomine. Metuebant enim malum si contra publicam persuasionem faterentur quod erat uerum. Quod si hoc constat inter ipsos ex hominibus deos factos: cur ergo non credunt poetis: si quando illorum fugas & uulnera, & mortes: & bella & adulteria describunt? Quibus ex rebus intelligi datur: non potuisse ullo pacto fieri deos quia ne homines quidem ꝓbi fuerũt, eaq; in uita sua gesserunt: quæ mortem pariunt sempiternam.

¶ De propria Romanorum religione Cap. XX.

Lupa romuli nutrie

VEnio nunc ad proprias romanorum religiones: quoniam de communibus dixi, Romuli nutrix Lupa honoribus est affecta diuini. Et ferrem si uero id animal ipsum fuisset, cuius figuram gerit auctor est Liuius larentiæ esse simulacrum & quidem non corporis, sed mentis ac morum. Fuit enim Faustuli uxor: q̃ propter uulgari nominis uilitatem Lupa inter pastores, ideſt meretrix nuncupata est, unde etiam Lupanar dicitur, exemplum, scilicet Athenienſium in ea figuranda romani secuti sunt: apud quos meretrix quædam nomine Leæna cum tyrannum occidisset quia nefas erat simulacrum constitui meretricis in templo: animalis effigiem posuerunt, cuius nomen gerebat. Itaque ut illi monumentum ex nomine: sic isti ex professione fecerunt. Huius nominis etiam dies festus dicatus est, & larentinalia constituta. Nec hanc solam Romani meretricem colunt: sed Faulam quoque quam Herculis scortum fuisse Verrius scribit. Iam quanta ista immortalitas putanda sit, quam etiam meretrices assequantur. Flora cum magnas opes ex arte meretricia quæsiuisset: Populum romanum scripsit hæredem, certam pecuniam reliquit: cuius ex annuo fœnore suus natalis dies celebraretur: editione ludoꝝ quos appellant Floralia. Quod quia senatui flagitiosum uidebatur: ab ipso nomine argumentũ sumi placuit: ut pudendæ rei quædam dignitas adderet. Deam finxerunt esse quæ floribus præsit, eamq; oportere placari: ut fruges cum arboribus aut uitibus benè prosperéq; floresc erent: Eum colorem secutus in fastis poeta non ignobilẽ nympham narrauit, quæ sit Chloris uocitata, eãq; zephyro nuptam quasi dotis loco id accepisse muneris a marito: ut hẽret oĩum florum potestatem: Honeste quidem ista dicũtur sed inhoneste turpiterq; creduntur. Non debent (cum ueritas quæritur) hmõi nos uelamenta decipere. Celebrantur ergo illi ludi cum omni lasciuia: conuenientes memoriæ meretricis. Nam præter uerboꝝ licentiam: quibus obscœnitas omnis effunditur: exuũtur etiam uestibus populo flagitante meretrices, quæ tunc minorum funguntur officio: & in conspectu populi usq; ad sacietatem impudicorum luminum cum pudendis motibus detinent. Cloacinæ simulacrum in cloaca maxima repertum Tatius consecrauit: & quia cuius esset effigies ignorabat, ex loco illi nomen imposuit. Pauorẽ Pallorẽq; Tullus Hostilius figurauit & coluit. Quid de hoc dicam, nisi dignum fuisse qui semper deos suos (sicut optari solet) præsentes haberet? Ab hoc illud M. Marcelli de cõsecratione honoris atq; uirtutis honestate nomine differre cõgruit. Eadem uanitate mentem quoq; inter deos collocauit senatus, quam profecto si

Leæna meretricis simulacrum

Larentinalia Faula herculis scortũ de quo Plutar. in problem. Floralia cur ſtituti

Flora deæ quæ. Chloris dea quæ.

Cloacina dea quæ Pauor deꝰ Pallor deꝰ Honoris ædes Virtutis ædes Mens dea

ćto si habuisset: eiusmodi sacra nunquam suscepisset: Magnum Cicero audaxq; consilium suscepisse Græciam dicit: quod cupidinum & amorum simulacra in gymnasiis cõsecrasset: adulatus est uidelicet Attico: & irrisit hominẽ familiarem Non est enim illud magnum: aut oĩno consilium dicẽdum fuit: Sed impudicoꝝ hominum perdita & deplorata nequitia: qui liberos suos quos erudire ad honesta deberent: prostituerunt libidini iuuentutis: a quibus flagitioꝝ deos & in illis potissimum loci: ubi nuda corpora corruptorum luminibus patent & in illa coli ætate uoluerunt: quæ simplex & inprouida prius irretiri. & in laqueos potest cadere: quam cauere. Quid mirum si ab hac gente uniuersa flagitia manarunt? apud quam ipsa uitia religiosa sunt eaq; non modo non uitantur uerum etiã coluntur. Et ideo huic sententiæ tanquam græcos prudentia uinceret, adiecit. Virtutes enim oportet non uitia consecrari. Quod si recipis o. M. Ttulli: non uides fore ut irrumpant uitia cum uirtutibus, quia mala bonis adhærent: & in animis hominum potentiora sunt: quæ si uetas consecrari: respondebit tibi illa eadem Græcia se alios deos colere, ut prosint, alios ne noceant, Hæc enim semper excusatio est eorum, qui mala sua pro diis habẽt ut Romani Rubiginem ac Febrem. Sic ergo uitia consecranda non sunt, in quo tibi assentior ne uirtutes quidem. Non enim per se sapiunt aut sentiunt: neque intra parietes, aut ædiculas luto factas, sed intra pectus collocandæ sunt, & interius compræhendendæ ne sint falsæ, si extra hominem fuerint collocatæ. Itaque præclaram illam legem tuam derideo, quam ponis his uerbis. Ast illa propter quæ datur homini ascensus in cælum, mentem, uirtutem pietatem, fidem, earumque laudum delubra sunto. Atqui hæc separari ab homine non possunt. Si enim colenda sunt in homine ipso sint necesse est. Si autem sunt extra hominem: quid opus est ea colere, quibus careamus? Virtus colenda est, non imago uirtutis, & colenda est non sacrificio aliquo, aut thure aut præcatione soleni, sed uoluntate sola atque proposito. Nam quid est aliud colere uirtutem, nisi eam comprehendere animo & tenere? Quod unusquisq; simul occepit uelle consequitur. His solus uirtutis est cultus, nam religio & ueneratio nulla alia nisi unius dei tenenda est. Quid igitur opus est, o uir sapientissime superuacuis extructionibus loca occupare, quæ possint humanis usibus cedere, quid sacerdotes constituere uana & insensibilia culturos, quid immolare uictimas? Quid tantos sumptus, uel fingendis uel colendis imaginibus impendere? Firmius & incorruptius templum est pectus humanum, hoc potius ornetur hoc ueris illis numinibus impleatur. Has ergo falsas consecrationes esse sequitur: quod necesse est. Qui enim uirtutes sic colũt ideſt qui umbras atq; imagines uirtutum consectantur: ea ipsa quæ uera sunt tenere non possunt. Itaq; nulla in quoq̃ uirtus est: uitiis ubiq; dominantibus nulla fides: uno omnia pro se quoq; rapiente, nulla pietas nec consanguinei, nec parentibus parcẽte auaritia & cupiditate in uenenum & ferrum ruente, nulla pax, nulla cõcordia, publice bellis sæuientibus, priuatis inimiciciis usq; ad sanguinem furentibus. Nulla pudicitia libidinibus effrænatis oẽm sexum & omnes corporis partes contaminantibus, nec tamen desinunt ea colere quæ fugiunt & oderunt.

Cupidinũ simulacra in gymnasiis.

Græciom niũ flagitiorũ magistri

Rubigo dea Febris dea Ædicula

Virtꝰ qũo colenda

Secula peritissima: qualia sũt hæc

Veneri cal uæ ædes.

Colunt enim thure ac ſummis digitis: quæ ſenſibus intimis colere debuerunt: q̄ error oīs ex illius principalis ac ſummi boni ignoratione deſcēdit. Vrbe a gallis occupata obſeſſi in capitolio romani: cum ex mulierum capillis tormenta feciſſent ædē Veneri caluæ conſecrarunt. Nō igitur intelligunt q̄ uanæ ſint religiōes uel ex eo ipſo q̄ eas his ineptiis cauillantur. A lacedæmoniis fortaſſe didicerant deos ſibi ex euentis fingere. Q ui cum Meſſenios obſiderent, & illi furtim decep tis obſeſſoribus egreſſi ad diripiendam Lacedæmonem cucurriſſent, a ſpartanis mulieribus fugati ſunt. Cognitis autem hoſtium inſidiis lacedæmonii ſequebantur. His armatæ mulieres obuiā longius exiuerunt, quæ cum uiros ſuos cernerent parare ſe ad pugnam, qui putarent Meſſenios eſſe: corpora ſua nudauerunt. At illi uxoribus cognitis, & aſpectu in libidinē concitati: ſicut erant armati permixti ſunt utiq; p̄miſcue. Nec enim uacabat diſcernere, ſic iuuenes ab iiſdē antea miſſi cum uirginibus, ex q̄bus ſunt parthenii nati. Propter huius facti memoriam ædem Veneri armatæ ſimulachrum poſuerunt: quod tametſi ex cauſa turpi: tñ honeſtius uidetur armatam Venerem conſecraſſe: q̄ caluam. Eodem tē

Venus armata lacedēone cut

pore ioui quoq; piſtori ara appoſita eſt, q̄ eos i quiete monuiſſet: ut ex omni frumento quod haberent, panem facerent, & in hoſtium caſtra iactarēt, eoq; facto ſoluta eſt obſidio, deſperātibus Gallis inopia ſubigi poſſe Romanos. Q uæ iſta religionum deriſio eſt, ſi eorum defenſor eſſem: quid tam grauiter queri poſſem q̄ deorum nomen in tantum ueniſſe contentum, ut turpiſſimis nominibus ludibrio habeatur? Q uis non rideat Fornacem deam? uel potius doctos uiros celebrandis fornacalibus operari? quis cum audiat deā Mutam: tenere riſum queat? Hanc eſſe dicunt ex qua ſint nati lares: & ipſam Laram nominant uel larundam Q uid præſtare colenti poteſt, quæ loqui non poteſt? Colitur & Caca, quæ herculi fecit iudicium de furto boum: diuinitatem conſecuta, quia perdidit fratrem. Et cunina quæ ifantes incunis tuetur, ac faſcinum ſummouet, & Stercullius qui ſtercorandi agri rōnē primus induxit. Et tutinus, in cuius ſinu pudendo nubentes præſident, ut illarum pudicitiam prior deus delibaſſe uideatur. Et mille alia portēta, ut iam uaniores qui hæc colenda ſuſceperint, q̄ ægyptios eſſe dicamus: qui monſtruoſa & ridicula quædam ſimulacra uenerantur & colunt quæ tamen habent aliquam imaginem. Q uid q̄ lapidem colunt informē atque rudem: cui nomen erat Terminus? Hic eſt quem pro ioue ſaturnus dicitur deuoraſſe, nec immerito illi honos tribuitur. Nam cum Tarquinus capitolium facere uellet, eo q̄ in loco multorum deorum ſacella eſſent, conſuluit eos per auguria, utrum ioui cedere uellent, & cedētibus cæteris, ſolus Terminus manſit. Vnde illum poeta capitolii immobile ſaxum uocat. Iam ex hoc ipſo q̄ magnus iuppiter inueniatur, cui non ceſſit lapis, ea fortaſſe fiducia q̄ illum de paternis faucibus liberauerat. Facto itaq; capitolio: ſupra ipſum Terminum foramen eſt in tecto relictum: ut quia nō ceſſarat: libero cælo frueretur: quo ne ipſi quidem fruebātur: qui lapidem frui putauerūt. Et huic ergo publice ſupplicatur quaſi cuſtodi finium deo: qui non tantum lapis ſed etiam ſtipes interdum eſt. Q uid de his dicam: qui colunt talia? niſi ipſos potiſſimum lapides ac ſtipites eſſe?

Lara dea Larunda dea.
Muta deæ
Caca caci ſoror.
Cumina deæ.
Sterculius deus.
Tutin⁹ de⁹
Termini ſacellum.
Verg. loc⁹

¶ De

Iouis piſtoris ædes.

De ſacrificiis & myſteriis eorum. Cap. XXI.

Humanæ hoſtiæ.
Teucer apud Cyprum.
Tauri ſcythæ.
Eſus & teutates.
Iuppiter latialis.

Argeorū ſacra.

Saturno cut īmolarent ifātes

Hiſtoriæ p ſatyram.
Carthaginēſes hoſtias hūanas ſaturno īmolabāt.
Agathocles ſiciliæ rex.

DIximus de diis ipſis qui coluntur. Nunc de ſacris ac myſteriis eorum pauca dicenda ſunt. Apud Cypri ſalaminem humanam hoſtiam Ioui Teucrus immolauit. Idq; ſacrificium poſteris tradidit qđ eſt nuper Hadriano imperāte ſublatū. Erat lex apud Tauros in humanā & feram gentē uti Dianæ hoſpites īmolarent, & id ſacrificium multis temporibus celebratū eſt. Galli Eſum atq; Teutatem humano cruore placabāt. Nec latini quidē huius īmanitatis expertes fuerunt. Siquidem latialis Iuppiter ēt nunc ſanguine colit̄ humano. Q uid ab his boni precaī q̄bus ſic ſacrificant? Aut quid tales dii hoibus præſtare poſſunt, quoꝝ pœnis p̄pitiantur? Sed de barbaris nō eſt adeō mirandū, quorum religio cū moribus cōgruit. Noſtri uero q̄ ſemp māſuetudinis & humanitatis gloriā ſibi uendicarunt, nōne ſacrilegis his ſacris īmaniores reperiūtur? Hi. n. potius ſcelerati ſunt habēdi, qui cū ſint liberaliū diſciplinaꝝ ſtudiis expoliti ab humanitate deſciſcūt: q̄ qui rudes & iperiti ad mala facinora bonorū ignoratiōe labuntur. Apparet tamen antiquū eſſe hunc immolandorum hominum ritum. Siquidem Saturnus in Latio eodē genere ſacrificii cultus eſt, non quidem ut homo ad aram immolaretur, ſed uti in Tyberim de pōte miluio mitteretur. Q uod ex reſponſo quodā factitatum Varro autor eſt. Cuius reſpōſi ultimus uerſus eſt talis. κὼ κεφαλὰς κρονίδηκὼ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα. i. Et capita Saturnio & p̄ri mittite lumina. i. hominem. Q uod qa uidetur ambiguū & faxilli & hō iaci ſolet. Verūm id genus ſacrificii ab Herc. cū ex Hiſpania rediret dicitur eſſe ſublatum, ritu tamē permanente, ut pro ueris hominibus imagines iacerentur ex ſcyrpo ut Ouidi. in faſtis docet.

Donec inde uenit Thyrintius arua quot annis.
Triſtia leucadio ſacra parata modo. ¶ Illū ſtramineos in aquā miſiſſe quirites
Herculis exēplo corpora falſa iace. ¶ Hæc ſacra ueſtales uirgines faciūt ut ait idē
Tū quoq; priſcorū uirgo ſimulacra uiroꝝ ¶ Mittere roboreo ſcyrpea pōte ſolet

Nā de infantibus q̄ eidē ſaturno īmolabant̄ p̄pter odiū Iouis qđ dicā non inuento. Tā barbaros tā īmanes fuiſſe hoīes ut paricidiū ſuū, i. tetrū atq; execrabile humano generi facinus ſacrificiū uocarēt. Cū teneras atq; īnocentes aīas q̄ maxie eſt ætas parentibus dulcior, ſine ullo reſpectu pietatis extinguerent, īmanitatēq; oīum beſtiaꝝ, quæ tñ fœtus ſuos amant, feritate ſuperarēt. O demētiā inſanabilē, quid illis iſti dii amplius facere poſſent, ſi eſſent iratiſſimi, q̄ faciunt propitii? Cū ſuos cultores parricidiis inq̄nant, orbitatibus mactāt, humanis ſenſibus ſpoliāt? Q uid pōt eē his hoibus ſancti? Aut qđ i p̄phāis locis faciēt, q̄ iter aras deoꝝ ſūma ſcelera cōmittūt? Peſcenius Feſtus i libris hiſtoriaꝝ p ſatyrā refert. Carthaginēſes Saturno humanas hoſtias ſolitos immorale, & cum uicti eſſent ab Agathocle rege ſiculorum, iratum ſibi deum putauiſſe. Itaq; ut diligētius piaculum ſoluerent, ducentos nobilium filios immolaſſe.

Tantum religio potuit ſuadere malorum:
Q uæ peperit ſæpe ſceleroſa atq; impia facta.

Cui ergo dementiſſimi homines illo ſacrificio conſulebant? cum tantam partem

Galli cybeles. Bellona dea quæ. Fanatici bello næ. Isidis sacra

ciuitatis occiderẽt. quãta fortasse ne Aghatocles quidẽ uictor occiderat? Ab isto gñe sacroꝝ nõ minoris ĩsaniæ iudicãda sunt publica illa sacra, quoꝝ alia sũt mris deũ, ĩ quibus hoies suis ipsi uirilibus lităt. Amputato. n. sexu nõ uiros se, nec fœminas faciũt. Alia uirtutis, quã eandẽ Bellonã uocãt. In quibus ipsi sacerdotes nõ alieno sed suo cruore sacrificãt. Sectis nãq; humeris & utraq; mãu districtos gladios exerentes currũt, & efferunt & ĩsaniunt. Optime igit Q uin. fanatico bello. istud inqt si deus cogit, iratus ẽ, ẽt ne hæc sacra sunt? Nõne satius ẽ pecudũ more uiuere, q̃ deos tã ipos, tã ꝓfanos, tã sanguinarios colere? Sed unde isti errores & hæc tãta flagitia manauerũt, suo loco disseremus, iterim uideamus cætera, q̃ carẽt scelere ne studio ĩsectãdi uideamur eligere peiora. Isidis egyptia sacra sunt q̃tenus filiũ paruulũ uel ꝓdiderit uel inuenerit. Nã primo sacerdotes eius deglabrato corpore sua pectora tũdunt, lamentant sicut ipsa cũ ꝓdidit fecerat. Deide puer prodicitur quasi inuentus, & in lætitiam luctus Ille mutatur, ideo Lucanus.

¶ Nunquamq; satis quæsitus Osiris. Semper. n. perdunt & semper inueniunt.

Referẽ ergo in sacris imago rei, q̃ uera gesta est, quæ ꝓfecto si quid sapimus declarat mortalẽ mulierẽ fuisse, ac penẽ orbã, nisi unicũ repisset, qd illũ ipsum poetã minime fugit, apud quẽ Pompeius adolescẽs morte prĩs audita hæc loquitur.

Euoluam busto iam numen gentibus ĩsim.
Et tectum ligno spargam per uulgus osirim.

Osiris q. Serapis q. Quirinus ex Romulo. Nemesis ex Leda. Marica ex Circe. Leucothea ex Ino. Palemõ ex Melicer. Proserpiæ raptus. Priapi uictima cur asellus. Vestæ sacra.

Hic est Osiris, quẽ Serapin & Serapidẽ uulgus appellat. Solent. n. mortuis consecratis noĩa ĩmutari, credo nequis putet eos hoies fuisse. Nam & Romulus post mortem Q uirinus dictus est, & Leda Nemesis, & Circe Marica & Ino postq̃ se præcipitauit Leucothea, materq; Matuta. Et Melicertes filius eius Palæmõ, atq; Portunus. Sacra uero Cereris Eleusinæ nõ sunt his dissimilia. Nam sicut ibi Osiris puer planctu mris inquiritur, ita hic ad incæstũ patrui matrimoniũ rapta Proserpina, quam quia facibus ex Ætnæ uertice accensis quæsisse in Sicilia Ceres dicitur, iccirco sacra eius ardentiũ Tedarũ iactatione celebrantur. Apud Lãpsacũ Priapo lætabilis uictima est asellus. Cuius sacrificii rõ ifastis hæc reddit. Cũ dii oẽs ad festũ mris magnæ conuenissent, epulisq; satiati noctẽ lusibus ducerẽt, qeuisse humi Vestã somnũq; cæpisse, ibi Priapũ somno eius ac pudicitiæ ĩsidatum sed illã intẽpestiuo clamore asselli, quo Silenus uehebat excitatã: libidinẽ uero ĩsidiatoris eẽ detectã. Hac de cã Lampsacenos asellũ Priapo quasi ĩ ultionẽ mactare cõsueuisse. Apud Romanos uero eundẽ uestalibus sacris in honorẽ pudicitiæ conseruatæ panibus coronari. Q uid turpius? Q uid flagitiosius, q̃ si Vesta beneficio asini uirgo est? At poeta fabulã finxit. Num ergo illud est uerius quod referunt hi qui phænomena conscripserunt? cum de duabus cãcri stellis loquũtur, quas græci ὄνους uocant asellos, fuisse, qui liberum patrem transuexerint, cum amnem transire non posset, quorum alteri hoc præmium dederit, ut humana uoce loqueretur. Itaq; inter eum Priapumq; ortum esse certamen de membri obscœni magnitudine. Priapum uictum & iratum interemisse uictorem. Hoc uero multo magis ineptum est sed poetis licet quicquid uelint. Non excutio tam deforme mysterium. Nec Priapum denudo, nequid appareat risu dignum.

Asselli ĩ cæ lo cur.

Finxerunt

Finxerunt hæc sane poetæ, sed necesse est alicuius maioris turpitudinis tegendæ gratia ficta sint. Q uæ sint ergo queramus. At ea profecto manifesta est. Nam sicut Lunæ taurus mactatur, quia similiter habet cornua, &

Lunæ taurus mactat

Placat equo persis radiis Hyperiona cinctum:
Ne detur celeri uictima tarda deo.

Ita ĩ hoc quia magnitudo mẽbri uirilis enormis est, nõ potuit ei monstro aptior uictima reperiri, q̃ quæ ipsum cui mactatur posset imitari. Apud Lindum quod est oppidum Rhodi: Herculis sacra sunt, quorũ a cæteris lõge diuersus ẽ ritus. Siquidem non Euphemia (ut græci appellant) sed maledictis & execratione celebrantur. Eaq; pro uiolatis habent, si quando inter solemnes ritus uel impruden ti alicui exciderit bonũ uerbũ. Cuius rei hæc ratio redditur, si tamẽ ulla esse in rebus uanissimis potest. Hercules cum eo delatus esset, famẽq; pateretur: aratorẽ quendã aspexit operantem, ab eoq; petere cœpit, ut sibi unum bouem uenderet. Enimuero ille negauit fieri posse, quia spes sua ois colendæ terræ: duobus illis iuuencis niteretur. Hercules solita uiolẽtia usus quia unũ accipere nõ potuit: utrũq; subtulit: At ille infelix cum boues suos mactari uideret, ĩiuriã suam maledictis ultus est, quod homini eleganti & urbano gratissimũ fuit. Nam dum comitibus suis epulas apparat, dũq; alienos boues deuorat illum sibi amarissime cõuiciantem, cum risu & cachinnis audiebat. Sed postq̃ Herculi diuinos honores ob admiratiõem uirtutis deferri placuit a ciuibus ei ara posita est, quam de facto βούξυτον, i. bouis iugũ nominauit. Ad quam duo iuncti boues ĩmolarentur, sicut illi quos abstulerat aratori eũq; ipsum sibi constituit sacerdotem, ac præcepit ut iisdẽ maledictis semper in celebrandis sacrificiis uteret, q̃ negaret se unq̃ epulatũ esse iocũdius. Hæc iã non sacra sunt, sed sacrilegia in quibus id factũ dr quod in aliis si fiat seueriss ime uindicat. Ipsius ãt cretici Iouis sacra qd aliud, q̃ quõ sit aut subtractus pri aut nutritus oñdũt? Capella. n. Amalthęæ nymphæ, q̃ uberibus suis aluit ifantẽ, de q̃ Germanicus Cæsar ĩ aratẽo carmie sic ait, Illa putatur.

Herculis lĩ dii sacra. Bõa uerba in sacris.

Iouis sacra

Amaltheæ capella.

Nutrix esse Iouis, si uere Iuppiier infans.
Vbera creteæ mulsit fidissima capræ.
Sidere quæ claro gratum testatur alumnum.

Huius capellæ corio usum esse pro scuto Iouem contra Titanas dimicantẽ Musæus author est. Vnde a poetis Ægiochus nominatur. Ita quicquid est gestũ in abscondendo puero. Idipsum per imaginem geritur in sacris, sed & matris eius mysterium idem continet, quod Ouidius exponit in fastis.

Ægis in ioue quid.

Ardua iam dudum resonat tinnitibus Ide.
Tutus ut infanti uagiat ore puer.
Pars clypeos fudibus, galeas pars tundit inanes.
Hoc curetes habent, hoc corybantes opus.
Res latuit, prisciq; manent imitantia facti
Æra deæ, comites raucaq; terga mouent.
Cymbala pro galeis, pro scutis tympana pulsant.
Tibia dat phrygios ut deditante modos.

Cybeles sacra.

Curetes cur Iouem dicantur aluisse.

Hanc totam opinionem quasi a poetis fictam Sallustius respuit, uoluitq; ingeniose interprætari. Cur altores Iouis dicantur curetes fuisse, & sic ait. quia principes intelligendi diuini fuerũt, uetustatem ut cætera in maius componentem altores Iouis celebrauisse. Quantum errauerit homo eruditus, iam res ipsa declarat. Si enim princeps est Iuppiter, deorum & religionum: si ante illum dii nulli colebantur uulgo, quia nondum nati fuerant: qui coluntur apparet Curetes ex diuerso principes fuisse diuini non intelligendi, per quos error omnis inductus ẽ, & dei ueri memoria sublata. Ex ipsis itaq; mysteriis & cerimõiis itelligere debuerunt hominibus se mortuis supplicare. Non igitur exigo, ut aliquis poetarum fictionibus credat qui hoc mentiri putat: pontificum ipsorum scripta consideret, & quicquid est litterarũ ad sacra pertinentium reuoluat, plura fortasse q̃ nos afferimus inueniet in quibus intelligat inania inepta, dementia esse omnia, quæ pro sanctis habentur. Si quis autem percepta sapientia deposuerit errorem profecto ridebit ineptias hominũ penẽ dementium. illos dico qui uel inhoneſto saltatu tripudiant, uel qui nudi, uncti coronati, personati, aut luto obliti currunt. Quid de scutis iam uetustate putridis dicã? quæ cum portãt deos ipsos se gestare humeris suis arbitrant̃. Nam Furius Bibaculus inter præcipua pietatis exempla numeratur. Qui cũ prætor esset, tamen lictoribus præeuntibus ancile portauit, cum haberet magistratus beneficio muneris uacationem. Nõ ergo ille Furius, sed planẽ furiosus fuit, qui præturam hoc ministerio se putauit ornare. Merito igitur cum hæc a uiris non imperitis ac rudibus fiant: Lucretius exclamat.

O stultas hominum mentes, o pectora cæca:
Quamlibet in tenebris uitæ, quantisq; periclis
Degitur hoc aeui quodcunq; est.

Quis hæc ludibria non deridеat, qui habeat aliquid sanitatis? Cũ uideat homines uelut mente captos ea serio facere quæ si quis faciat, in lusu nimis lasciuus & ineptus esse uideatur.

¶ Quis author prędictarum uanitatum in Italia apud Romanos fuerit, & quis apud alias gentes. Cap. XXII.

Numæ superstitões.

Egeria nympha.

Minos a Ioue leges accepit.

ARum uanitatum apud Romanos author & cõstitutor Sabinus ille rex, qui maxime animos hominũ rudes atq; imperitos nouis superstitionibus implicauit, quod (ut faceret aliqua cũ authoritate) simulauit cum dea Egeria nocturnos se hẽre cõgressus. Erat quædam spelunca peropaca i nemore Aricino, unde riuus perenni fonte manabat: huc remotis arbitris se inferre consueuerat, ut mentiri posset monitu deæ coniugis ea sacra populo se tradere, quæ acceptissima dis essent. uidelicet astutiam Minois uoluit imitari, qui se in antrum Iouis recondebat, & ibi diu moratus, leges tanq̃ sibi a Ioue traditas afferebat, ut homines ad parendum nõ modo, imperio, sed etiam religione constringeret. Nec difficile sane fuit persuadere pastoribus. Idem pontifices, flamines, salios, augures creauit, deos per familias descripsit sic noui populi feroces animos mitigauit, & ad studia pacis a rebus bellicis auocauit. Sed cum alios falleret seipsum tamen non fefellit. Nam post

post annos plurimos. Cornelio & Bebio consulibus in agro scribæ Petilii sub ianiculo arcæ duæ lapideæ sunt reperte a fossoribus, quarum in altera corpus. Numæ fuit, i altera septem latini libri de iure pontificio. Item græci totidem de disciplina sapientiæ scripti: quibus religiones nõ eas mõ, quas ipse istituerat, sed oẽs præterea dissoluit. Qua re ad senatũ delata decretum est, ut hi libri abolerentur. Ita eos. Q. Petilius prætor urbanus in concione populi concremauit. Insipienter id quidẽ, quid.n. profuit libros esse combustos? cum hoc ipsum: q̃ sunt iõ combusti, quia religionibus derogabat̃: memoriæ sit traditũ? Nemo ergo tunc in senatu non stultissimus. Potuerunt.n. & libri aboleri, & res tamen in memoriam non exire. Ita dum uolunt & posteris approbare, quanta pietate defenderint religiones authoritatẽ religionũ ipsarũ testando minuerunt. Sed ut Põpilius apud Romanos institutor ineptarũ religionum fuit. Sic ante Pompiliũ Faunus in Latio, qui & Saturno nefaria sacra constituit, & Picum patrem inter deos honorauit, & sororem suam Fatuam Faunam, eamq; coniugem cõsecrauit, quã. C. Bassus Fatuam noiatam tradit, q̃ mulieribus fata canere consueuisset, ut Faunus uiris. Eãdem Varro scribit tantæ pudicitiæ fuisse, ut nemo eam quo aduxerit (præter uirum suum) mas uiderit, nec nomẽ eius audierit. Iccirco illi mulieres i operto sacrificant, & bonam deam nominant, & Sex. Clodius in eo libro, quem græce scripsit, refert Fauni hanc uxorem fuisse, quæ quia contra morem decusque regium clam uini ollam ebiberat, & ebria facta erat uirgis myrtheis a uiro usq; ad mortem cæsa. Postea uero cum eum facti sui pœniteret, & desiderium eius ferre non posset diuinum illi honorem detulisse. Iccirco in sacris eius obuolutam uini amphoram poni. Reliquit ergo posteris Faunus quoq; non parum erroris, quem tamen prudentes quiq; perspiciunt. Nam Lucillius eorum stultitiam, qui simulacra deos putant esse, deridet his uerbis.

Terricolas Lamias Fauni quas Pompiliiq;:
Instituere Numæ tremit has, hic omnia ponit.
Vt puer infantes credunt signa omnia ahæna
Viuere, esse homines, sic isti omnia ficta
Vera putant, credunt signis cor inesse ahænis, Pergula pictorum. & c.

Poeta quidem stultos homines infantibus comparauit, at ego multo imprudentiores esse dico. Illi enim simulacra homines putant esse hi deos. Illos ætas facit putare quod non est, hos stultitia. Illi utiq; breui desinunt falli horum uanitas & durat & semper crescit. Sacra liberi patris primus Orpheus induxit in Græciam priusq; celebrauit in mõte Boetiæ Thebis, ubi liber natus est proximo, qui cum frequenter Citharæ cantu personaret, Citheron appellatus est. Ea sacra etiam nunc Orphica nominantur, in quibus ipse postea dilaceratus & carptus est, & fuit per eandem ferẽ tempora quibus Faunus. Sed quis ætate præcesserit, dubitari potest, siquidem per eosdem annos Latinus Priamusq; regnauerunt. Item patres eorum Picus & Laomedon, quo regnante, Orpheus cum Argonautis ad ilienſium littus accessit. Procedamus igitur ulterius, & quæramus quis omnino colendorum deorum primus author extitit. Didymus in libris ἐξηγήσεως

Nũæ libri.

Faunus. Picus. Fauna. Fatua.

Bona dea.

Vino latinis mulieribus interdictũ.

Lamiæ.

Pergula.

Liberi sacra quis & ubi istituerit.

Citheron mons uñ.

Orphei ætas.

Melisseus Cretæ rex. Deorũ primi honores Amalthea quæ. Melissa q̃.

πινδαρικῆς, ideſt narrationis pindaricæ ait. Meliſſea cretenſium regem primum diis ſacrificaſſe, ac ritus nouos ſacrorumq; pompas introduxiſſe. Huius duas fuiſſe filias, Amalthæam & Meliſſam, quæ Iouem puerum caprino lacte ac melle nutrierunt. Vnde poetica illa fabulla originem ſumpſit, aduolaſſe apes, atq; os pueri melle compleſſe. Meliſſam uero a patre primam ſacerdotem matri magnæ conſtitutam. Vnde adhuc eiuſdem matris antiſtites Miliſſæ nuncupantur. Hiſtoria uero ſacra teſtatur ipſum Iouem poſtq̃ rerũ potitus eſt, in tantã inſolentiã ueniſſe, ut ipſe ſibi fana multis in locis cõſtitueret. Nam cũ terras circuiret, i quã cũq; regionẽ ueniret, reges principeſue populorũ hoſpitio ſibi & amicitia copulabat, & cum a quoq; digrederetur, iubebat ſibi fanum creari hoſpitis ſui nomine, quaſi ita poſſet amicitiæ & fœderis memoria conſeruari. Sic conſtituta ſunt templa Ioui Atabyrio, Ioui Labradeo. Atabyrius enim & Labradeus hoſpites eius atq; adiutores in bello fuerunt. Item Ioui Laprio, Ioui Molioni, Ioui Caſſio, & quæ ſunt in eundem modum, quod ille aſtutiſſime excogitauit, ut & ſibi honorem diuinum, ut & hoſpitibus ſuis perpetuum nomen acquireret, cum religione coniunctum. Gaudebant ergo illi & huic imperio eius libenter obſequebant, & nominis ſui gratia ritus annuos, & feſta celebrabant. Simile quidã in Sicilia fecit Æneas, cum conditæ urbi Aceſtæ hoſpitis nomen impoſuit, ut eam poſtmodum lætus ac libens Aceſtes diligeret, augeret, ornaret. Hoc modo religionem cultus ſui per orbẽ terræ Iuppiter ſeminauit, & exemplũ cæteris ad imitandũ dedit. Siue igitur a Meliſſeo, ſicut Dydimus colendoq; deorũ ritus effluxit, ſiue ab ipſo quoq; Ioue, ut Euhemerus tradit. De tempore tamẽ conſtat quãdo dii coli cœperint. Meliſſea quidem uranus anteceſſit ætate, quippe qui educauerit Iouem nepotem. Et iccirco fieri põt uel ut ante, uel adhuc puero Ioue deos colere inſtituerit, ideſt alumni ſui matrẽ & auiam Tellurem, quæ fuit Vrani coniunx patrem Saturnum. Et ipſe hoc exemplo atq; inſtituto Iouem ad tantam ſuperbiam prouexerit, ut poſtea ſibi diuinos honores auderet aſſumere.

Iouis cõgnomenta ab hoſpitibus.

Aceſta ciui. ab Æneа condita.

¶ Quo tpe cœperint ſupſtitiones, qbus ſub authoribus. Cap. XXIII.

Belus aſſyriorũ rex. Saturnus æq̃lis belo

Dardanus & Iaſi⁹ Coriti filii.

Vnc qm̃ uanarũ ſuperſtitionũ originẽ depræhendimus, ſupereſt ut etiã tpa colligamus, per quæ fuerint illi, quoꝝ memoria colitur. Theophilus in lib. de tpibus ad Autolicum ſcripto ait in hiſtoria ſua Thallũ dicere, q; Belus quẽ Babyloniі & Aſſyrii colũt antiqor Troiano bello fuiſſe inueniť. ccc. xxii. annis. Belũ autem Saturno æqualem fuiſſe, & utrunq; uno tempore adolcuiſſe. Quod adeó uerũ eſt, ut ratione ipſa colligi poſſit. Nam & Agamẽnon (qui geſſit bellum troicũ) Iouis abnepos fuit, & Achilles Aiaxq; pronepotes & Vlyxes eodem gradu proximus, Priamus quidem lõga ſerie. Sed authores quidam tradunt Dardanũ & Iaſium Coriti filios fuiſſe Non Iouis. Nec enim ita fuiſſet, ad uſus impudicos Ganymedem pronepotem ſuum habere potuiſſet. Ita parentibus illoꝝ quos ſupra nominaui ſi cõgruenter annos diuidas, numerus cõſentiet. Ab excidio aũt troianæ urbis coliguntť anni mille quadringenti ſeptuaginta. Ex ac tẽpoꝝ rõne manifeſtũ ẽ

anteannos

ante annos non amplius q̃ mille octingentos natum eſſe Saturnum, qui & ſator oĩum deorum fuit. Non ergo iſti glorientur ſacrorum uetuſtate, quorũ & origo & rario & tempora depræhenſa ſunt. Reſtant adhuc aliqua, quæ ad arguendas religiones falſas plurimũ ualent. Sed iam finem facere libro decreui, ne modum excedat. Ea.n. plenius ſunt exequẽda, ut oĩbus refutatis quæ ueritati uidenť obſtare, homines qui bonorum ignorãtia uaganť icerti, ad religionẽ uerã poſſimus imbuere. Primus aũt ſapientiæ gradus ẽ falſa intelligere. Secundus uera cognoſcere. Ergo apud quẽ hæc prima inſtitutio nr̃a ꝓfecerit q̃ falſa deteximus, excitabiť ad ueri cognitionẽ, quia nulla eſt hoĩ iucundior uoluptas, & etit iam ſapia cæleſtis diſciplinæ dignus, qui ad cognoſcenda cætera libens ac paratus acceſſerit.

¶ L. C. Lactãtii Firmiani inſtitutionũ diuinarꝝ aduerſus gẽteis: Liber ſecundus.

¶ De origine erroris ad Conſtantinum Imperatorem. Cap. I.

¶ Quod rationis obliuio & ignorãtia ſui facit homines ingratos uero deo, qui colitur in aduerſis, & in proſperitate contemnitur.

Vanq̃ primo libro religiones deorũ falſas eſſe mõſtrauerim, ꝙ hi quoꝝ uarios diſſimileſq; cultus ꝑ uniuerſam terrã cõſenſus hoĩum ſtulta ꝑſuaſiõe ſuſcepit mortales fuerint, functiq; uita diuinæ neceſſitati morte conceſſerint: tñ neq̃ dubitatio relinquať. Hic ſecundus liber fontem ipſum patefaciet erroꝝ, cãſq; oẽs explicabit, quibus decepti hoĩes & primitus deos eẽ crediderunt, & poſtmodũ iueterata ꝑſuaſiõe i ſuſceptis prauiſſime religiõibus ꝑſuerauerit. Geſtio.n. cõiunctis manibus, & hoĩum ĩpia uãitate detecta ſingularis dei aſſerere maieſtatẽ: ſuſcipiẽs utilius & maius officium. ſ. reuocãdi hoĩes a prauis itineribus, & ĩ gr̃am ſecũ ipſos reducẽdi, ne ſe (ut quidã philoſophi faciunt) tantopere deſpiciant: neue ſe infirmos & ſuperuacuos & nihil & fruſtra oĩo natos putent, quæ opinio plæroſq; ad uitia ꝓcõpellit. Nam dũ exiſtimat nulli deo nos eſſe curæ, aut poſt mortẽ nihil eſſe futuros, totos ſe libidinibus addicũt, & dum licere ſibi putant: hauriendis uoluptatibus ſitientes incumbunt, ꝑ quas imprudentes in laqueos mortis incurrunt. Ignorant.n. quæ ſit hoĩs rõ, quam ſi tenere uellent, in primis deum ſuũ agnoſcerent, uirtutem iuſtitiamq; ſequerenť: terrenis figmentis aĩas ſuas non ſubſternerent, mortiferas libidinũ uoluptates non appeterent. Dẽniq; ſeipſos magni æſtimarent, atq; intelligerent plus eſſe in homine q̃ uidetur, cuius uim conditionẽq; non aliter poſſe retineri, niſi cultum ueri parentis ſui depoſita prauitate ſuſceperint, equidem ſicut oportet de ſumma rerum ſæpenumero cogitans, admirari ſoleo maieſtatem dei ſingularis: quæ continet regitq; omni, in tantam ueniſſe obliuionem: ut quæ ſola coli debeat, ſola potiſſimum negligatur. Homines autem ipſos ad tantam cæcitatem eſſe deductos, ut uero ac uiuo deo mortuos anteferant: terrenos autem in terraq; ſepultos ei qui fundator ipſius terræ fuit & tñ huic impietati hominũ poſſet uenia concedi, ſi oĩno ab ignorantia diuini noĩs

Prouidentia ſublata uitæ rõ ꝑuertitur.

ueniret hic error. Cū uero ipſos deorum cultores ſæpe uideamus deum ſummū & cōfiteri & prædicare, quā ſibi ueniam ſperare poſſint impietatis ſuæ? qui non agnoſcūt cultum eius, quem prorſus ignorari ab homine fas non eſt. Nam & cū iurant, & cum optant, & cum grās agunt, non Iouem aut deos multos ſed deum nominā̄t, adeó ipſa ueritas cogente natura etiam ab inuitis pectoribus erumpit, Q uod quidem nō faciunt in proſperis rebus. Nam tum maxime deus ex memoria hominū elabitur, cum beneficiis eius fruētes honorem dare diuinæ indulgentiæ deberent. At uero ſi qua neceſſitas grauis præſſerit, tunc deū recordantur. Si belli terror infremuerit: ſi morborum pæſtifera uis incubuerit: ſi alimenta frugibus longa ſiccitas denegauerit: ſi ſæua tempeſtas: ſi grando ingruerit: ad deum confugiūt: á deo petitur auxilium: deus ut ſubueniat oratur. Si quis in mari uento ſæuiente iactatur hunc inuocat. Siquis aliqua ui afflictatur: hunc potius implorat. Siquis ad extremam mendicādi neceſſitatem deductus, uictum precibus expoſcit: deum ſolum obteſtatur & per eius diuinum atq; unicum numē hoium ſibi miſericordiam quærit. Nunq̄ igitur dei meminerunt, niſi dum in malis ſunt. Poſtq̄ metus deſeruit, & pericula receſſerunt, tum uero alacres ad deorum templa cōcurrunt: his libant, his ſacrificant, hos coronant. Deo autem quem in ipſa neceſſitate implorauerunt: ne uerbo quidem gratias agunt. adeo ex rerū proſperitate luxuria, ex luxuria uero ut uitia oīa ſic impietas aduerſus deū naſcit. Q uanam iſtud ex cauſa fieri putemus? niſi eſſe aliquā peruerſam poteſtatē, quæ ueritatis ſit ſemper inimica? quæ humanis erroribus gaudeat? Cui unicum ac perpetuūm ſit opus effundere tenebras, & hominum cæcare mentes, ne lucem uideant, ne deniq; in cælum aſpiciant, ac naturam corporis ſui ſeruent? Nam cum cæteri animantes pronis corporibus in humum ſpectent, quia rationem ac ſapientiam nō acceperunt, nobis autem ſtatus rectus: ſublimis uultus ab artifice deo datus ſit: apparet iſtas religiones deorum non eſſe rationis humanæ, quia curuāt cæleſte animal ad ueneranda terrena. Parens enim noſter ille unus & ſolus cum fingeret hoiem. i. aīal intelligiens & rōnis capax: enimuero ex humo ſubleuauit & ad cōtemplationē ſui artificis erexit, quod optime ingenioſus poeta ſignauit.

Veritas ab inuitis pectoribus erumpit.

Dei meminerunt homines tm̄ in malis.

Hoīs ratio ac officiū.

Ouidius īgenioſus poeta.

Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram:
Os homini ſublime dedit: cælūq; uidere
Iuſſit & erectos ad ſidera tollere uultus.

Hominis ſtatꝰ rectus & os ſublime.

Hinc utiq; ἀνθρωπον graeci appellarunt q̄ ſurſum ſpectet. Ipſi ergo ſibi renunciant, ſeq; hominum nomine abdicant: qui non ſurſum aſpiciant, ſed deorſum. niſi forte idipſum: q̄ recti ſumus: ſine cā homini attributum putāt ſpectare nos cælum deus uoluit, utiq; nō fruſtra nam & aues & ex mutis penē oīa cælum uidēt: ſed nobis proprie datū eſt cælum rigidis ac ſtantibus uidere ut religionē ibi quæramus: ut deum cuius ſedes illa ē quem oculis nō poſſumus, aio cōtēplemur. qd̄ pfecto nō facit, q æs aut lapidē, quæ ſunt terra uenerat̄. eſt aūt prauiſſimū cum rō corporis recta ſit, qd̄ eſt tpale, ip̄m uerū aīum q ē æternus humilē fieri, cū figura & ſtatus nihil aliud ſignificēt, niſi mētē hoīs eó ſpectare oportere, quo uultum & aīum tam rectū eſſe debere q̄ corpus, ne id cui dominari debet, imitetur.

uerum

uerū hoīes & noīs ſui & rationis obliti, oculos ſuos ab alto deiiciunt, ſoloq; defigunt: atq; timent opera digitoꝝ ſuoꝝ: quaſi quicq̄ eſſe poſſit artifice ſuo maius.

¶ Q uæ fuerit prima cauſa fingendi ſimulacra, & q̄ ueriſſima dei imago eſt homo. Et q̄ extra ſe deum nemo fideliter colit. Cap. II.

Q Væ igit̄ amentia eſt, aut ea fingere quæ ipſi poſtmodū timeant, aut timere q̄ finxerint? Non ipſa inquiūt timemus, ſed eos ad quorū imaginē ficta, & quoꝝ noibus cōſecrata ſūt. Nmepe iō timetis q̄ eos eſſe in cælo arbitramini. Neq; n. ſi dii ſunt aliter fieri poteſt. Cur igitur oculos in cælū non tollitis? & aduocatis deorū noibus in aperto ſacrificia celebratis? Cur ad parietes & ligna, & lapides potiſſimum q̄ illo ſpectatis ubi eos eſſe creditis? Q uid ſibi tēpla? quid aræ uolunt? Q uid deniq; ipſa ſimulacra, q̄ aut mortuoꝝ, aut abſentium monumenta ſunt? Nam oīo fingendaꝝ ſimilitudnū rō iccirco ab hoībus inuenta eſt, ut poſſet eoꝝ memoria retineri, qui uel morte ſubtracti, uel abſentia fuerant ſuperati. Deos igitur ī quoꝝ numero reponemus? Si in mortuoꝝ qs tam ſtultus ut colat? Si in abſentium colendi ergo non ſunt, ſi nec uident q̄ facimus nec audiunt q̄ p̄camur. Si autem dii abſentes eſſe non p̄ñt, qui qm̄ diuini ſunt in quacūq; mundi parte ſunt, uident & audiunt uniuerſa. Superuacua ergo ſunt ſimulacra illis ubiq; p̄ñtibus, cū ſatis ſit audientiū noīa præcibus aduocare. At. n. p̄ñtes nō niſi ad imagines ſuas adſunt. ita plane quēadmodū uulgus exiſtimat mortuoꝝ aīas circa tumulos & corporū ſuorū reliquias oberrare. Sed tm̄ poſtq̄ deus ille præſto eſſe cœpit, iam ſimulacro eius opus ñ ē. Q uæro. n. ſiqs imaginē hoīs pegre cōſtituti cōtēpleť ſępius, ut ea ſolatiū capiat abſentis: nū idē ſanus eē uideat̄, ſi eo reuerſo atq; p̄ñte in contēplāda imagīe p̄ſeueret, eaq; potius q̄ ipſius hoīs aſpectu frui uelit? Minime p̄fecto. Et. n. hoīs imago neceſſaria tū uideť, cū p̄cul abeſt ſupuacua futura cū p̄ſto ē. Dei āt cuius ſpūs ac numē ubiq; diffuſus abeſſe nūq̄ pōt, ſemp utiq; imago ſupuacua ē, ſed uerent̄ ne hoīs eoꝝ religio īanis ſit & uacua ſi nihil ī p̄ñti uideāt, qd̄ adorēt, & iō ſimulacra cōſtituūt, q̄ qa mortuoꝝ ſunt imagies ſimilia mortuis ſūt: oī. n. ſenſu carēt. Dei aūt ī æternū utuētis uiuū & ſenſibile debet eē ſimulacrū. qd̄ ſi a ſimilitudīe id nomē accepit, quō p̄ñt iſta ſimulacra deo ſimilia iudicari? q̄ nihil ſentiūt, nec mouent̄? Itaq; ſimulacrū dei nō illd̄ ē qd̄ digitis hoīs & lapide, aut ære aliaue mā fabricatur: ſed ipſe hō qm̄ & ſentit & mouet̄: & multas magnaſq; actiões hēt. Nec itelligūt hoīes ineptiſſimi: q̄ ſi ſentire ſimulacra & moueri poſſent: ultro adoratura hoīes fuiſſēt a q̄bus ſūt expolita: q̄ eēnt aut īcultus & horridus lapis, aut materia iformis & rudis: niſi fuiſſent ab hoīe formata. Hō igit̄ illoꝝ q̄ſi parēs putādus ē p̄ cuius māus nata ſūt: p̄ quē ſpēm figurā pulchritudinē hr̄e cœperūt. Et iō melior ē q fecit q̄ illa quæ facta ſunt. Et tm̄ factorē ipſum nemo ſuſcipit, aut ueretur: quæ fecit timet, tanq̄ plus poſſit eſſe in ope q̄ in opifice. Recte igit̄ Seneca ī libris moralibus. Simulacra inqt deoꝝ uenerāt̄, illis ſupplicāt genu poſito illa adorāt, illis p̄ totū aſſidēt, diē aut aſtāt, illis ſtipē iaciūt: uictimas cædūt & cū hæc tantope ſuſcipiāt fabros q̄ illa fecere conten̄ūt. Q uid iter ſe tā cōtrariū q̄ ſtatuaꝝ deſpiceī factorē, ſtatuā adorare? & eū ne ī cōuictū qdē admitte

Simulacra cur inuēta.

Manes circa tumulos & corporꝫ ſuoꝝ reliqas oberrare.

Simulacrā unde.

Factor. i. opifex.

re qui tibi deos faciat? Quam ergo uim quam poteſtatem habere poſſunt, cū ip
ſe qui fecit illa? nō habeat? Sed ne hæc quidē dare his potuit, quæ habebat uide
re, audire, loqui, moueri. Quiſq; ne igitur tā ineptus eſt, ut putet aliquid eſſe in
ſimulacro dei, ī quo ne hominis quidem quicq; eſt præter umbram? ſed hæc ne
mo conſiderat, infecti ſunt.n. perſuaſione, ac mentes eorum penitus ſuccū ſtul
titiæ perbiberunt. Adorant ergo inſenſibilia qui ſentiunt: irratiōabilia qui ſapiūt:
exaīa qui uiuunt: terrena qui oriuntur e cælo. Iuuat ergo uelut in aliqua ſublimi
Perſii loc⁹. ſpecula conſtitutum, unde uniuerſi exaudire poſſint: Perſianum illud proclama
re. O curuæ ī terras animæ, & cęleſtum inanes. Cælum potius intuemini, ad cu
ius ſpectaculum uos excitauit ille artifex uerus deus. Ille uobis ſublimē uultum
dedit, uos in terram curuamini, uos altas mentes & ad patrem ſuum cum corpo
ribus ſuis erectas ad īferiora deprimitis, tanq; uos pœniteat non quadrupedes eē
natos. Fas non eſt cæleſte animal cum terrenis, in terraque uergentibus uerſari.
quid uos beneficiis cæleſtibus orbati, proniq; in terram ueſtra ſponte procumbi
tis? Humi.n. miſeri uolutamini, cum deorſum quæritis, quod in ſublimi quære
re debuiſtis. Nam iſta mortalium digitoq; ludicra & fragilia figmenta, ex quoli
bet materiæ genere formata quid? quid? aliud ſunt, niſi terra ex qua nata ſūt? qd
ergo rebus īferioribus ſubiacetis? quid capitibus ueſtris terrā ſuperſtitiōis? Cū
ergo uos terræ ſubmittitis: humilioreſq; facitis ipſi uos ultro ad inferos mergitis
ad mortemq; damnatis: quia nihil terra inferius & humilius, niſi mors & inferi:
quæ ſi effugere uelletis ſubiectā pedibus ueſtris terram contēneritis, corporis
ſtatu ſaluo. quod iccirco rectum accępiſtis, quo oculos atq; mentem cum eo qui
fecit conferre poſſetis. Contemnere autem & calcare terram nihil aliud eſt, q̄ ſi
mulacra non adorare quia de terra ficta ſunt. Item diuitias nō concupiſcere: uo
luptates corporis ſpernere: quia opes & corpus ipſum cuius hoſpitio utimur,
terra eſt. Viuum colite ut uiuatis. Moriatur enim neceſſe eſt, qui ſe ſuamq; ani
mam mortuis adiudicauit.

¶ Q d cicero & alii q uidebāt ſapiētes cæteris deteriq; peccauerūt. Ca. III.

SEd quid prodeſt ad uulgus & ad homines imperitos hoc mō cō
cionari? cū uideamus ēt doctos & prudētes uiros cū religionū ī
telligant uanitatē, nihilominus tñ in his ipſis quæ dānant colēdis
(neſcio qua prauitate) pſtare. Intelligebat Cicero falſa eē q̄ hoīes
adorarent. Nam cum multa dixiſſet: quæ ad euerſionē religionū
ualerent: ait tamē non eſſe illa uulgo diſputanda ne ſuſceptas publicē religiones
Religio diſputatione cōuellēda non eſt. diſputatio talis extinguat. Quid ei facies? qui cum errare ſe ſentiat, ultro ipſe in
lapides impingat: ut populus omnis offendat: ipſe ſibi oculos eruat, ut omnes
cæci ſint, qui nec de aliis bene mereatur, quos patiē errare, nec de ſeipſo qui alie
nis accedit erroribus: nec utitur tandem ſapientiæ ſuæ bono, ut factis impleat,
quod mente pcæpit, ſed prudens & ſciens pedem laqueo inſerit: ut ſimul cum cę
teris quos liberare, ut prudētior debuit, & ipſe capiat. Quin potius ſiqd tibi Ci.
uirtutis ē expire, populū facere ſapientē. Digna res eſt, ubi oēs eloquētiæ tuæ ui
res exetās. Nō.n. uerendū eſt ne tibi in tā bona cā deficiat oratio: qui ſæpe etiam
malas

malas copioſe ac fortiter defendiſti. Sed nimirum Socratis carcerem times, iōq;
patrociniū ueritatis ſuſcipere non audes. At mortem ut ſapiens contēnere debui
ſti. Erat quidem multo pulchrius, ut ob bene potius dicta, q̄ ob male dicta mo
rereris. Nec tibi laudis plus Philipicæ afferre potuerunt: q̄ diſcuſſus error hu
mani generis: & mentes hominum ad ſanitatem tua diſputatione reuocatæ. ſed
concedamus timiditatī, quæ in ſapiente eſſe non debet. Quid ergo ipſe in eo
dem uerſaris errore? Video te terrena & manufacta uenerari. Vana eſſe intel
ligis: & tamen eadem facis, quæ faciunt ipſi, quos ipſe ſtultiſſimos confiteris.
Quid igitur profuit uidiſſe te ueritatē, quā nec defenſurus eſſes, nec ſequturus.
Sed ſi libenter errant hi qui errare ſe ſentiunt: quanto magis uulgus indoctum.
quod pompis inanibus gaudet, animiſq; puerilibus ſpectat omnia. oblectatur
friuolis, & ſpecie ſimulacrorum capitur: nec ponderare ſecum unamquamq;
rem poteſt: ut itelligat nihil colēdum eſſe: quod oculis mortalibus cernitur. quia
neceſſe eſt mortale ſit. Nec mirandum eſſe ſi deum non uideant, cum ipſi ne qui- Hō nō ēid
dem hominem uideant: quem uidere ſe credunt. Hoc enim quod oculis ſubie qđ uideē.
ctum eſt, non homo ſed hominis receptaculum eſt. cuius qualitas & figura non
ex lineamentis uaſculi quo continetur, ſed ex factis & moribus peruidetur. Qui
ergo colunt ſimulacra, corpora ſunt animabus carētia: quia ſe corporalibus de
derunt, nec uident plus aliquid mente q̄ corpore. cum ſit animi officium ea ſub
tilius cernere, quæ acies corporalis non poteſt intueri. Quos homines idem ille
philoſophus ac poeta grauiter accuſat, tanq̄ humiles & abiectos, qui contra na
turæ ſuæ rationem aduenerandā ſe terrena proſternant. Ait enim.

Et faciunt animos humiles formidine diuum.
Depreſſoſq; premunt ad terram.

Aliud qdē ille cū hoc diceret ſentiebat: nihil utiq; eſſe colendū, quia dii humana
nō curēt. Deniq; alio loco religiones deorū & cultus inane eſſe officiū cōfitetur.

Nec pietas ulla, eſt uelatum ſæpe uideri
Vertere ſe ad lapidem, atq; omnes accedere ad aras: Lucretii lo
Et procumbere humi proſtratum & pandere palmas: cus.
Ante deum delubra, nec aras ſanguine multo
Spargere quadrupedum, nec uotis nectere uota.

Quæ pfecto ſi caſſa ſunt, non oportet ſublimes & excelſos aīos aduocari: atq; in
terram premi, ſed nihil aliud q̄ cæleſtia cogitare. Impugnatæ ſunt ergo a prudē
tioribus falſæ religiones, quia ſentiebant eſſe falſas: ſed non eſt inducta uera: qa
qualis aut ubi eſſet ignorabāt. Itaq; ſic habuerūt tanq̄ nulla eēt oīo: quia uerā nō
poterāt inuenire. Et eodem mō inciderūt in errorē multo maiorē, q̄ illi qui falſam
Religio falſa potiꝰ tenenda q̄ nullla. tenebāt. Nā & iſti fragiliū cultores q̄uis ſint inepti, quia cæleſtia cōſtituūt ī rebus
corruptibilibus atq; terrenis: aliquid tñ ſapientiæ retinent & habere ueniā pñt:
quia ſummū hoīs officium & ſi non re ipſa, tamen propoſito tenent. ſiquidē ho
minū atq; mutoq; uel certe ſolū maximū in religione diſcrimen eſt. Hi uero quā
to fuerunt ſapientores, q̄ intellixerunt falſæ religionis errorem: tanto facti ſunt
ſtultiores, q̄ eſſe aliquam ueram non putauerunt. Itaq; quoniam facilius eſt de

alienis iudicare, q̃ de ſuis: dum aliorũ præcipitiũ uident: non proſpexerunt quid ante ſuos pedes eſſet. In utraq; igitur parte & ſumma ſtultitia inuenitur: & odor quidam ſapientiæ. ut poſſis dubitare quos dicas potiſſimũ ſtultiores: illos ne qui falſam religionẽ ſuſcipiunt: an eos q nullã. Sed (ut dixi) uenia concedi poſſet imperitis: & q ſe ſapientes eſſe non feteantur. His uero nõ põt, qui ſapientiã ꝓfeſſi, ſtultitiam potius exhibent. Non ſum equidem tã iniquus, ut eos putem diuinare potuiſſe, ut ueritatem p ſeipſos inuenirent. quod fieri ego nõ poſſe confiteor. ſed hoc ab his exigo quod rõne ipſa p̃ſtare potuerũt. Facerent. n. prudentius ſi & intelligerent eſſe aliquam uerã: & falſis impugnatis apertẽ ꝓnunciarent eam, quæ uera eſſet ab hoibus non teneri. Sed mouit eos fortaſſe illud, quod ſi q̃ uera eſſet religio, exereret ſe ac uindicaret nec pateretur eẽ aliud quicq̃. uidere. n. nullo modo poterant, quare aut quõ & quemadmodum religio uera opprimeretur: quod eſt diuini ſacramenti & cæleſtis arcani. Id uero niſi doceatur, aliquis ſcire nullo pacto poteſt. Summa rei hæc eſt. Imperiti & inſipientes falſas religiones pro ueris habẽt: quia neq; ueram ſciunt, neq; falſam intelligũt. Prudentiores uero, quia ueram neſciunt: aut in his quas falſas eſſe intelligunt perſeuerant, ut aliquid tenere uideantur: aut omnino nihil colunt ne incidãt in errorem: cum idipſum maximi ſit erroris, uitã pecudũ ſub figura hoĩs imitari. Falſum uero itelligere ẽ qdẽ ſapientiæ, ſed humanæ. ultra hunc gradũ ꝓcedi ab hoĩe non poterit. Itaq; multi philoſophorũ religiones (ut docui) ſuſtulerũt: uerũ aũt ſcire diuinæ eſt ſapiẽtiæ. Homo autem per ſeipſum peruenire ad hanc ſcientiã nõ põt, niſi doceatur ãdeo philoſohi qd ſummũ fuit humanæ ſapientiæ aſſecuti ſunt: ut intelligerẽt, qd non ſit, illud aſſeq nequerũt, ut dicerẽt quid ſit. Nota Ciceronis uox eſt. Vtinam tam facile uera iuenire poſſem: q̃ falſa cõuincere. Q d' quia uires humãæ cõditõis excedit, eius officii facultas nobis ẽ attributa, qbus tradidit deus ſciam ueritatis, cui explicãdę q̃tuor poſteriores libri ſeruiẽt. Nũc iterũ falſa ut cœpimus detegamus.

Vera difficilius iueniri q̃ falſa conuinci.

¶ Q uod nil maieſtatis & reuerentiæ habeant idola. Cap. IIII.

QVid igitur maieſtatis poſſunt habere ſimulacra, quæ fuerunt in homunculi poteſtate uel ut aliud fiert, uel ut omnino nõ fierent? iccirco apud Horatium Priapus ita loquitur.

Olim truncus eram ficulnus inutile lignum,
Cum faber incertus ſcannum faceret ne Priapum,
Maluit eſſe deum, deus unde ego furũ, auiũq; Maxima formido.

Priapi ſimulacrũ.

Q uis non ſit tanto hoc cuſtode ſecurus?
Fures enim tam ſtulti ſunt, ut Priapi tentiginem timeant, cum aues ipſæ quas terrore falcis aut inguinis abigi exiſtimant ſimulacris fabrefactis. i. hominnm plane ſimilibus inſideant, nidificent, inq̃nent. Sed Flaccus ut ſatyrici carminis ſcriptor deriſit, hominum uanitatem. Verũm hi qui faciunt, ſeriam ſe facere rem opinãtur. Deniq; poeta maximus homo in cæteris prudens, in hoc ſolũ nõ poetice, ſed aniliter deſipuit, cum in illis emendatiſſimis libris etiam fieri hoc iubet.

Georgicorum libri emendatiſſimi.

Et cuſtos furum atq; auium cum falce ſaligna,
Heleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.

Adorant

Adorant ergo mortalia aut a mortalibus facta frãgi enim cremari poſſunt ac perire. Nam & tectis uetuſtate labentibus ſæpe cõminui ſolent: & conſumpta incendio dilabuntur i cinerem: & plerũq; (niſi ſua illis magnitudo ſubuenerit, aut cuſtodia diligens ſepſerit) in prædam furibus cædunt. Q uæ igitur inſania eſt ea timere, pro quibus aut ruinæ, aut ignes, aut furta timeanẽ? quæ uanitas aliquam ab his ſpectare tutelam, quæ tueri ſemetipſa nõ poſſunt? quæ peruerſitas ad eorum præſidia decurere, quæ ipſa cum uiolantur, inulta ſunt, niſi a colentibus uindicentur? Vbi ergo ueritas eſt? ubi nulla uis adhiberi poteſt religioni. ubi nihil quod uiolari poſſit apparet. ubi ſacrilegium fieri non poteſt. Q uicquid autẽ oculis manibuſq; ſubiectum eſt, id uero quia fragile eſt: ab omni ratione immortalitatis eſt alienum. Fruſtra igitur homines auro, ebore gemmis deos excolunt & exornãt: quaſi uero ex his rebus ullam poſſint capere uoluptatem. Q uis uſus eſt precioſorum munerum nihil ſentientibus? An ille qui mortuis? Pari. n. rõne defunctorum corpora odoribus ac precioſis ueſtibus illita & cõuoluta humi cõdunt: qua deos honorant, qui neq; cum fierent ſentiebant, neq; cũ colunẽ ſciunt. Nec. n. ſenſum conſecratione ſumpſerunt. Non placebat Perſio, ꝙ aurea uaſa tẽplis inferanẽ: ſuperuacuũ putanti eſſe inter religiones, q̃ nõ ſanctitatis ſed auaritiæ ſit inſtrumentũ. Illa enim ſatius eſt deo, quem recte colas inferre ꝓ munere.

Perſii loc.

Compoſitum ius faſq; animi ſanctoſq; receſſus:
Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto.

Egregie ſapienterq; ſenſit. Verum illud ridiculum ſubdidit. Hoc eſſe aurũ i templis, ꝙ ſint Veneri donatæ a uirgine pupæ, quas illa omittere fortaſſe contempſit. Non uidebat. n. ſimulacra ipſa & effigies deorum Polycleti & Euphranoris & Phidiæ manu ex auro atq; ebore pfectas: nihil aliud eſſe q̃ grãdes pupas. non a uirginibus quarũ luſibus uenia dari poteſt: ſed a barbatis hoĩbus conſecratas. Merito igitur ẽt ſenum ſtultitiam Seneca deridet. Non iquit bis pueri ſumus (ut uulgo dicitur,) ſed ſemp. Verũ hoc intereſt ꝙ maiores nos ludimus. Ergo his ludicris & ornatis & grandibus pupis & unguenta & thura & odores inferunt. His opimas & pingues hoſtias imolãt, qbus eſt quidẽ os, ſed carẽt officio dentiũ. His peplos & idumẽta p̃cioſa, qbus uſus uelaminis nullus ẽ. His aurũ & argentũ cõſecrãt, quæ tam non hñt, qui accipiũt, q̃ q illa donarũt. Nec imerito Dionyſius Sicilię tyrãnus poſt uictoriam græcia potitus deos tales cõtempſit, ſpolia uit illuſit. Siqdẽ ſacrilegia ſua iocularibus ẽt dictis ꝓſeqbatur. Nã cũ Ioui Olympio aureũ amictũ detraxiſſet, laneũ iuſſit ĩponi dicens æſtate eſſe grauẽ aureum hyeme frigidum: laneum uero utriq; tempori aptum. Idem auream barbam detrahens Æſculapio incongruens & iniquum eſſe ait, Cum Apollo pater eius imberbis eſſet adhuc ac leuis, priorem filium q̃ p̃em barbarum uideri. Item pateras & exuuias, & parua quædam figilla, quæ ſimulacrorũ protẽtis manibus teneban̄, detrahebat & accipere ſe illa, nõ auferre dicebat. Perq̃. n. ſtultum eſſe & ingratũ, nolle accipere ab his ultro porrigentibus a qbus bona ſibi hoies p̃carenẽ. Hæc enim fecit impune, quia rex & uictor fuit. Q uin ẽt ſecuta eſt eum ſolita felicitas. Vixit. n. uſq; ad ſenectutẽ, regnũq; per manus filio tradidit. In eo igit̃ qa

Bis pueri ſenes.

Dionyſii Tyrãni ſacrilegia.

Æſculapius barbatus. Apollo imberbis.

homines ſacrilegia uindicare nō poterant, oportuit deos ipſos ſui uindices eſſe. At ſi humilis qd tale cōmiſerit, huic præſto ſunt flagella, ignes, eculei, cruces, & quicquid excogitare iratis & furentibus licet. Sed cum puniunt deprehenſos in ſacrilegio ipſi de deorū ſuoꝝ poteſtate diffidunt. Cur enim illis potiſſimū nō relinquant ulciſcēdi ſui locum, ſi eos poſſe aliquid arbitrantᵉ? Quin ēt putāt illorū numine accediſſe: ut prædones rerum ſacrarū deprehenſi tenerentur. & ſæuiunt non tam iram, q̄ metu, ne ſi deorum iniuram non uindicauerint, ipſos expectant pœnę, incredibili ſuanitate, qui nocituros ſibi deos putent ob aliena ſcelera: qui ipſis a quibus uiolati ſpoliatiq; ſunt: per ſeipſos nihil nocere potuerunt. At enim ſæpe ipſi quoq; in ſacrilegos uindicauerunt: poteſt id uel caſu accidiſſe ꝙ aliqñ non ſemper. Sed tñ paulopoſt (qñ id acciderit) oſtendam. Sed quæro cur illi tot & tanta ſacrilegia in Dionyſio non uindicauerunt? qui nō furtim, ſed palā deos ludibrio habuit. Cur hunc tam potentem ſacrilegum a templis, a cerimoniis, ab imaginibus ſuis non arcuerunt? Cur ēt ſacris rebus ablatis proſpere nauigauit? quod ioco ipſe teſtatus eſt (ut ſolebat) Videtis ne īquit comitibus ſuis naufragiū timentibus, q̄ proſpera ſacrilegis nauigatio ab ipſis diis īmortalibus tribuatur? Sed hic fortaſſe a Platone didicerat deos nihil eſſe. Quid Caius Verres quem Tullius accuſator eius eidem Dionyſio & Phalaridi & tyrannis omnibus cōparat, nonne oēm Siciliā compilauit, ſublatis deorum ſimulacris, ornamentiſq; fanorū? Ocioſum eſt perſequi ſingula unūlibet commemorare, in quo accuſator omnibus eloquentiæ uiribus, omni deniq; conatu uocis & corporis deplorauit. De Cerere Catanēſi uel Ætnenſi, quarum alterius tanta fuit religio ut adire templi eius ſecreta penetralia uiris nefas eſſet: Alterius antiquitas tanta fuit ut omnes hiſtoriæ loquātur ipſam deam fruges ī Ætnæ ſolo primum reperiſſe, filiāq; eius uirginem ex eodem loco raptam. Deniq; Gracchanis temporibus turbata republica & ſeditionibus & oſtentis cū repertū eſſet in carminibus Sibyllinis, antiquiſſimam Cererem debere placrai, legati ſunt Ætnam miſſi. Hæc igitur Ceres uel religioſiſſima, quam uidere maribus ne adorandi quidem gra licebat: uel antiquiſſima, quam S.P.Q.R. ſacrificiis doniſq; placuerat: ex arcāis & uetuſtis penetralibus a C. Verre immiſſis latronibus ſeruis, impune ſublata eſt. Idē uero cū affirmaret ſe a Siculis (ut cām prouinciæ ſuſciperet) oratum his uerbis uſus eſt. ſe ſe iam ne deos quidē in ſuis urbibus (ad quos cōfugerent) habere: q; eorū ſimulacra ſanctiſſima. C. Verres ex delubris religioſiſſimis ſuſtuliſſet: q̄ſi uero ſi Verre ex urbibus delubriſq; ſuſtulerat, de cælo quoq; ſuſtulerat. Vñ apparet iſtos deos nihil hre in ſe amplius q̄ materiam de qua ſunt fabricati. nec imerito, ad te M. Tulli, hoc eſt ad teipſum hoiem. Siculi confugerunt, qm̄ triēnio ſunt expti deos illos nihil ualere, Eſſent.n. ſtultiſſimi, ſi ad eos ob defēdēdas iniurias hoium confugiſſent: qui. C. Verri nec ꝑ ſeipſis irati eſſe poterunt. At.n. Verres ob hæc facinora dānatus eſt. Non ergo dii uindicauerunt, ſed Ciceronis induſtria: q̄ uel defenſores eius oppreſſit, uel gratiæ reſtitit. Quid q; apud ipſum Verrē nō fuit illa dānatio ſed uacatio? ut quēadmodū Dionyſio deorum ſpolia geſtanti, dii immortales bonam dederant nauigationem: ſic etiā Verri bonā quietē tribuiſſe uideantur

Sacrilegia ab hoibus nō eſſe punienda.

Dionyſius Tyran. ludibrio deos habuit.

Verris ſacrilegia.

Ceres Aetnenſis.

Ciceronis locꝰ ex diuinatione.

Verres dānatus.

uideātur: in qua ſacrilegiis ſuis tranquille frui poſſet. Nā fremētibus poſtea ciuilibus belli ſub obtētu damnationis ab oī periculo & metu remotus: alioꝝ graues caſus & miſerabiles exitus audiebat. & q cecidiſſe ſolus oībus ſtātibus uidebatᵉ: is uero uniuerſis cadentibus ſolus ſtetit. donec illū & opibus ſacrilegio partis & uita ſatiatū ac ſenectute confectū ꝓſcriptio triūuiralis aufferret: eadē. ſ. quæ Tullū uiolatæ deoꝝ maieſtatis ultorē. Quin ēt felix in eo ipſo fuit, q; ante ſuā mortē crudeliſſimū exitū ſui accuſatoris audiuit. Diis uidelicet ꝓuidentibus: ut ſacrilegus ac p̄do ille religionū ſuarū: non ante moreretᵉ: q̄ ſolaciū de ultione cœpiſſet.

Verres ab Antonio ꝓſcriptus.

¶ Quod ſolus omnium creator uerus deus eſt: ſoluſq; colendus, nec elementa nec corpora cæleſtia aliquid diuinitatis habent: in quo & Stoici deſipiūt, qui ſtellas deos putant quæ non ſua uoluntate mouentur ſed dei: & qua ratione eas ſic fieri uoluit,

Cap. V.

QVanto igitur rectius eſt omiſſis inſenſibilibus & uanis. oculos eō tendere ubi ſedes, ubi habitatio eſt dei ueri. qui terrā ſtabili firmitate ſuſpendit: qui cælum diſtinxit aſtris fulgētibus: qui ſolem rebus humanis clariſſimum ac ſingulare lumen in argumentū ſuæ unicæ maieſtatis accendit. Terris autem maria circunfudit: flumina ſempiterno lapſu fluere præcepit.

Iuſſit & extendi campos: ſubſidere ualles.

Fronde tegi ſyluas: lapidoſos ſurgere montes.

Quæ utiq; oīa nō iuppiter fecit, q; ante ānos mille ſeptingentos natus eſt, ſed idē Ille opifex rerum mundi melioris origo.

Quī uocatur deus cuius principium qm̄ non pōt cōpræhendi, ne q̄ri debet q̄dē. Satis eſt hoī ad plenā perfectāq; prudentiam, ſi deū eſſe intelligat. cuius intelligētiæ uis & ſumma hæc eſt: ut ſuſcipiat & honorificet cōem parentem gñis humani: & reꝝ mirabilium fabricatorem. Vnde quidam hebetis obtuſiq; cordis elemēta quæ & facta ſunt & carent ſenſu tanq̄ deos adorant: qui cum dei opera mirarētur cælum cum luminibus uariis: terram cum campis & montibus: maria cum fluminibus & ſtagnis & fontibus: eaꝝ rerum admiratione ob ſtupefacti: & ipſius artificis obliti: quem uidere non poterant: eius opera uenerari & colere cœperunt. nec unq̄ intelligere querunt q̄to maior q̄toq; mirabilior ſit, q; illa fecit ex nihilo q̄ cum uideant diuinis legibus obſequētia, cōmodis atq; uſibus hoium ꝓpetua neceſſitate famulari: tñ illa deos exiſtimāt eſſe īgrati aduerſus bñficia diuina, q deo pri indulgētiſſimo ſuo ſibi opa p̄tulerūt. Sed qd mirū, ſi aut barbari aut īperiti hoies errāt cū ēt phi ſtoicæ diſciplinæ in eadē ſint opinione, ut oīa cæleſtia q̄ mouentᵉ in deoꝝ numero hñda eē cenſeāt. Siquidē Lucillius ſtoicus apd Cicero ſic loquitᵉ. Hāc igitᵉ in ſtellis cōſtantiā: hāc tāta in tā uariis curſibus ī oī æternitate cōuenientiā tpum: nō poſſū intelligere ſine mēte rōne, cōſilio q̄ cū in ſideribꝰ eē uideamus, nō poſſumus ea ipſa nō in deorū numero ponere. Itē paulo ſupius Reſtat inqt ut motus aſtroꝝ ſit uolūtarius: q̄ qui uideat, nō indocte ſolū, ueꝝ ēt ipiē faciat, ſi deos eē neget. Nos uero & quidē cōſtāter negamus: ac uos o philoſophi nō ſolū indoctos & impios; uerū ēt cæcos & ineptos deliroſq; ꝓbamus qui

Elementa tanq̄ deos adorabāt.

Cæleſtia q̄ mouentᵉ oīa ī deoꝝ numero. Ciceronis locus ex lib. de deorū natura.

Sidera nō esse deos.

ignorantiā imperitorū uanitate uicistis. Illi.n. solem & lunā, uos etiā sidera deos putatis. Tradite igitur nobis stellarum mysteria, ut aras & templa singulis eriga mus. ut sciamus quo quāq; ritu, quo die colamus, quibus noibus, quibus precibus aduocemus. nisi forte nullo discrimine tā innumerabiles, tam minutos deos acceruatim colere debemus. Q uid q; argumētum illud, quo colligunt uniuersa cælestia, deos esse in contrariū ualet? nā si deos esse iccirco opinant, quia certos & rōnabiles cursus hāt, errant. Ex hoc.n. apparet deos nō esse, q; exorbitare illis a præstitutis itineribus non licet. Cæterū si dii essent, huc atq; illuc passim sine ulla necessitate ferrentur: sicut aiantes in terra, quorū quia liberæ sunt uoluntates huc atq; illuc uagant ut libuit: & quo quāq; mens duxerit eó fert. Non est igit astroꝝ motus uoluntarius sed necessarius: quia pstitutis legibus officiisq; deseruiunt. Sed cū disputaret de cursibus siderū, quos ex ipsa reꝝ ac tpum congruentia intelligebat non eē fortuitos existimauit uoluntarios esse. tāq; non possent tam disposite, tā ordinate moueri: nisi sensus illis inesset officii sui sciens. O q̄ difficilis est ignorātibus ueritas: & q̄ facilis sciētibus. Si motus inqt astroꝝ fortuitu nō sunt: nihil aliud restat nisi ut uoluntarii sint, imo uero ut non eē fortuitos manifestū est, ita nec uoluntarios. Q uo igit in conficiendis itineribus constantiā suam seruarit? Nimirū deus uniuersi artifex sic illa disposuit: sic illa machinatus est, ut per spacia cæli diuina & admirabili rōne decurrerent. ad efficiendas succedentiū sibi tpum uarietates.

Archimedis sphæra

An Archimedes siculus cōcauo ære similitudinē mūdi ac figurā potuit machinari: in quo ita solem ac lunā composuit, ut inæquales motus & cælestibus similes: conuersionibus singulis quasi diebus efficerent & non mō accessus solis & recessus: uel incrementa diminutioneq; lunæ: uerū ēt stellarum uel errantiū uel uagarū, dispares cursus orbis ille dum uertitur exhiberet? Deas ergo illa uera nō potuit machinari & efficere, quæ potuit sollertia hois imitatione simulare? Vtrum ne igit Stoicus si astrorum figuras in illo ære pictas effictasq; uidisset: suo illa consilio moueri diceret: ac nō potius artificis ingenio? Ineſt ergo sideribus ratio ad peragendos meatus suos apta: sed dei est illa rō, qui & fecit & regit omnia. Non ipsorum siderum quæ mouentur. nam si solem stare uoluisset, perpetuus dies utiq; esset. Item si motus astra non haberent: quis dubitet sempiternā noctem fuisse futuram? Sed ut diei ac noctis uices essent moueri ea uoluit: & tam uarie moueri: ut non mō lucis ac tenebrarū mutuæ uicissitudines fierent: quibus laboris & quietis alterna spacia cōstarent: sed etiam frigoris & caloris: & diuersorum temporū uis ac potestas: uel generandis uel maturādis frugibus cōueniret. Q uam sollertiam diuinæ potestatis in machinandis itineribus astrorum

Sidera animalia.

quia philosophi non uidebant animalia esse sidera putauerunt: tanq; pedibus & sponte non diuina ratione procederent. Cur autem excogitauerit illa deus, quis non intelligit? Scilicet ne solis lumine decedente, nimiū cæca nox tetris atq; horrentibus tenebris ingraueſceret: noceretq; uiuentibus. Itaq; & cælum simul mira uarietate distinxit & tenebris ipsas multis minutisq; luminibus temperauit. Q uanto igitur Naso sapientius, q̄ illi qui sapientiæ studere se putant: qui sentit á deo lumina illa ut horrorem tenebrarum depellerent instituta? Is eum librum

quo

quo phænomena breuiter comprehendit: his tribus uersibus terminauit. Tot numero taliq; deus simulacra figura Imposuit cælo: perq; atras sparsa tenebras Clara pruinosæ iussit dare lumina nocti. Q uod si fieri non potest: ut stellæ dii sint: ergo nec sol quidem nec luna dii esse possunt: quoniam á luminibus astroꝝ non ratione differunt: sed magnitudine. Q uod si hi dii nō sunt ergo nec cælum quidem in quo illa omnia continentur.

Ouī. Phænomena.

Sol & lūa dii nō sunt Cælū deū non esse.

¶ Q uod nec terra: nec aqua, nec pars aliqua mundi, nec totus ipse deus est animatus: sicut stoici mentiunt, qui qd astruūt pariter & euertunt. Ca. VI.

Tertā non esse deam.

Simili modo si terra quam calcamus: quam subigimus, & colimus ad uictū: deus nō est: nec campi quidem ac montes dii erunt. Sed sunt: ergo non tellus quidem uniuersa deus uideri potest. Item si aqua quæ seruit animantibus ad usum bibendi, aut lauandi: deus nō est: nec fontes quidem ex quibus aqua profluit. Si fontes non sunt: nec flumina quidem: quæ de fontibus colligūtur. Si flumina quoq; dii nō sunt: ergo & mare, quod ex fluminibus constat: deus haberi non potest. Q uod si neq; cælum, neq; terra, neq; mare: quæ mundi partes sunt dii esse non possunt: ergo ne mundus quidem totus deus est: quem idem ipsi stoici aiantem & sapiētē esse contēdūt. Et propterea deū in quo tam incōstātes fuerunt: ut nihil dictum sit ab his: quod non ab iisdem fuerit euersum. Sic enim argumentātur: fieri non posse ut sensu careat: quod sensibilia ex se generat. Mundus autē generat hominem: qui est sensu præditus: ergo & ipsum sensibilem esse. Item sine sensu esse non posse: cuius pars habeat sensum. Igitur qa homo sensibilis est: ēt mūdo cuius pars homo est: inesse sensum. Propositiones quidem ueræ sunt: & sensibile esse: quod sensu præditum gignat, & habere sensum: cuius pars sensu aucta sit. Sed assumptiones falsæ: quibus argumenta concludunt: qa neq; mundus generat hominem: neq; mundi homo pars est: nam hominem a pricipio idem deus fecit: qui & mundum: & non est mundi pars homo, sicut corporis membrum. Potest enim mundus esse sine homine: sicut & urbs & domus. Atqui ut domus unius hominis habitaculum est, & urbis unius populi: sic & mundus domiciliū totius generis humani. Et aliud est quod incolitur, aliud quod colit. Sed illi dum student id quod falso susceperant confirmare: & sensibilem esse mundum & deum: argumentoꝝ suoꝝ consequentia nō uiderūt. Nā si mūdi pars ē homo, & sensibilis est mundus: quia sentit. Ergo quia mortalis est homo: mortalis sit & mundus necesse est: nec tantum mortalis: sed etiam omnibus morbis, & passionibus subiectus & econtrario: si deus est mūdus, & partes eius utiq; immortales sunt: ergo & homo deus est, quia pars est (ut dicitis) mundi: si homo, ergo iumenta & pecudes, & cætera genera bestiarum & auium & piscium, quoniam illa eodē modo sentiunt, & mundi partes sunt. At hoc tolerabile est. Nam & hæc colunt ægyptii. Sed res eo non peruenit: ut ranæ & culices & formicæ dii eē uideātur, quia & ipsis inest sensus, & partes mūdi sunt. Ita semper argumenta ex falso petita, ineptos & absurdos exitus habent. Q uid q; iidem ipsi aiunt deorum & hominum cā mundum esse constructū quasi cōmunē domum? ergo nec mundus

Mūdū nō esse deum.

Mūdū aīal esse & sapientem.

Propositio argumenti.

Assūptio argumēti.

deus est, nec animans, si constructus est: animans enim non construitur, sed nascitur. Et si est ædificatus: & sic utiq; tanq̃ domus: tanq̃ nauis. Est ergo aliquis artifex mundi deus: & seorsum erit mundus, qui factus est: seorsum ille, qui fecit. Iam illud q̃ repugnãs & absurdũ? q; cum cælestes ignes: cæteraq; mundi elemẽta deos esse affirmant. Item ipsum deum mundum dicunt. Q uõ potest ex deorũ multorum aceruo unus deus confici: si astra dii sunt: mundus ergó nõ deus, sed domicilium deorum est. Si uero deus mundus est: ergó omnia illa quæ sunt in eo: dii non sunt, sed dei membra quæ utiq; solius dei nomẽ accipere nõ possunt. Nec enim recte quis dixerit membra hominis unius, multos homines esse: sed tamen non est similis comparatio animalis & mundi. Animal enim quia sensu prædítum est, & membra eius habent sensum: nec nisi a corpore diuulsa putrescũt. Cuius igitur rei similitudinem gerit mundus? Nimirum ipsi docent: cum factũ esse non diffitentur: ut esset diis, & hoibus quasi cõis domus. Si ergo est constructus ut domus: nec ipse deus est: nec elemẽta, quæ sunt partes eius: quia neq; domus habere dominium sui potest, neq; illa de quibus domus constat. Non tantũ igitur ueritate: sed etiam uerbis suis reuincuntur. Sicut enim domus in usum habitandi facta per se nihil sentit dominoq; subiecta est: qui eam fecit, aut incolit, ita mundus per se nihil sentiens factori deo subiacet: qui eum in usum sui fecit.

Factor ꝓ opifice.

¶ Q uod dupliciter peccãt insipientes: & ꝙ auaritia sub obtentu religionis colitur prævalente ratione, traditione maiorum: & qui fuerint maiores: quorum autoritas prꝫiudicat ueritati. Cap. VII.

DVplici ergó ratione peccatur ab insipientibus. Primum ꝙ elementa, idest dei opera deo præferũt. Deinde ꝙ elementorum ipsorum figuras humana specie compræhensas colũt. Nam solis lunæq; simulacra humanum in modum formant. Item ignis & terræ & maris quæ illi Vulcanum: Vestam: Neptunum uocant: nec elemẽtis ipsis in aperto litant. Tanta homines imaginum cupiditas tenet: ut iam uiliora dicantur illa quæ uera sunt: auro. s. gemmis & ebore delectantur. Horum pulchritudo ac nitor præstringit oculos, nec ullam religionem putant ubicũq; illa nõ fulserint. Itaq; sub obtentu deorũ auaritia & cupiditas colit. Credũt enim deos amare quicquid ipsi concupiscunt: quicquid est propter quod furta, & latrocinia, & homicidia cottidie sequiunt, propter quod bella per totum orbem populos urbesq; subuertũt. Consecrant ergó diis manubias & rapinas suas, quos certe necesse est imbecilles esse ac summæ uirtutis expertes, si subiecti sunt cupiditatibus, cur enim cælestes eos putemus, si desiderant aliquid de terra? Vel beatos, si aliqua re indigent? Vel incorruptos: si uoluptati habent ea, in quibus appetẽdis cupiditas hominum non immerito damnatur? ueniunt igitur ad deos: non tam religionis gratia: quæ nulla potest esse in rebus male partis & corruptibilibus: q̃ ut aurum oculis hauriant: nitorem leuigati marmoris, aut eboris aspiciant: ut insignes lapillis: & coloribus uestes, uel distincta gemmis fulgentibus pocula insatiabili contemplatione contrectent. Et quanto fuerint ornatiora templa, & pulchriora simulacra

Persius satyra

simulacra, tãto plus maiestatis habere creduntur: á deo religio deorum nihil aliud est q̃ quod cupiditas humana miratur. Hæ sunt religiões quas sibi a maioribus suis traditas pertinacissime, tueri ac defendere perseuerant: nec considerant quales sint: sed ex hoc probatas atq; ueras esse confidunt, quod eas ueteres tradiderunt: tãtaq; est autoritas uetustatis ut inquirere in eam scelus esse ducatur. Itáq; creditur ei passim tanq̃ cognitæ ueritati. Deniq; apud Cicer. sic dicit Cotta Lucillio. Habes Balbe quid Cotta quid pontifex sentiat, fac nunc ego intelligam, quid tu sentias, a te enim philosopho rationem religionis accipere debeo. Maioribus autem nostris etiam nulla ratione reddita rationis est credere. Si credis cur ergó rationem requiris quæ potest efficere ne credas? Si uero rationem requiris & quærendam putas: ergó non credis. Si ideo quæris ut eam sequaris cum inueneris, docet ecce te ratio nõ esse ueras religiões deorum: quid facies? maiores ne potius an rationem sequeris? Q uæ quidem tibi ab alio insinuata, sed a te ipso inuenta & electa est, cum omnes religiones radicitus euisti. Si rationem mauis discedere te necesse est ab institutis & authoritate maiorum: qm̃ id solum rectum est, qd' rõ præscribit. Sinautẽ pietas maiores seq; suadet: fateris igit' & stultos illos fuisse, q excogitatis contra rationem religionibus seruiunt: & te ineptum qui id colas, quod falsum esse conuiceris. Sed tamen qm̃ nobis tantopere maiorum nomen opponitur, uideamus tamen qui fuerint maiores illi, a quorum authoritate discedi nefas ducitur. Romulus urbem cõditurus pastores (inter quos adoleuerat) conuocauit. Cũq; his numerus condendæ urbi parum idoneus uideretur, constituit asylum. Eó passim cõfugerunt ex finitimis locis pessimi quiq; sine ullo conditionis discrimine. Ita conflauit, ex his omnibus populum, legitq; in senatum eos, qui ætate anteibant, & patres appellauit, quorum cõsilio gereret omnia, de quo senatu Propertius elegiarum scriptor hæc loquitur.

Vetustatis auctoritas. Cicer. loc. ex libr. de deorũ nã.

Romanorum maiores qui.

Asylũ patefecit Romulus.

Buccina cogebat priscos ad uerba quirites
Centum illi in prato sæpe senatus erat.
Curia prætexto quæ nunc nitet alta senatu:
Pellitos habuit rustica corda patres.

Hi sunt patres, quorũ decretis eruditi ac prudentes uiri deuotissime seruiebant. Idq; uerũ ac imutabile oĩs posteritas iudicet, ꝙ centum pelliti senes senatũ eẽ uoluerunt, quos tñ (ut ĩ primo libro dictũ est) Põpilius illexit ut uera crederent esse sacra, quæ ipẽ tradebat. Est uero cur illorũ authoritas tãti habeat' a posteris, quos nemo cum uiuerent, neq; summus, neq; infimus affinitate dignos iudicauit.

¶ Q uod rõne potius innitendum est: & quæ miracula scripta sunt ad confirmationem erroris multorum. Cap. VIII.

QVare oportet in ea re maxime in qua uitæ rõ uersatur, sibi quẽq; confidere: suoq; iudicio ac propriis sensibus niti ad inuestigandã & perpendendã ueritatẽ: q̃ credentẽ alienis erroribus decipi, tanq̃ ipsum rõnis expertem. Dedit oĩbus deus pro uirili portiõe sapientiam, ut & inaudita inuestigare possent, & audita perpendere. Nec quia nos illi tpibus anteceſſerunt; sapiẽtia quoq; anteceſſerunt: quæ si omni-

bus æqualiter datur, occupari ab antecedẽtibus non poteſt. Illibabilis ẽ tanꝝ lux & claritas ſolis: quia ut ſol oculorũ, ſic ſapientia lumen eſt cordis humani. Q ua re cum ſapere. i. ueritatem quærere omnibus ſit ĩnatum, ſapientiam ſibi adimũt, qui ſine ullo iudicio inuenta maiorum ꝓbãt, & ab aliis pecudum more ducũtur.

Maiores. Minores. Sed hoc falliť, ꝙ maiorũ noĩe poſito nõ putant fieri poſſe, ut aut ipſi plus ſapiãt: quia minores uocantur: aut illi deſipuerint, quia maiores nominãtur. Q uid ergo impedit: quin ab ipſis ſumamus exemplũ? Vt quõ illi qui falſa ĩuenerant poſteris tradiderunt: ſic nos qui uerum inuenimus, poſteris meliora tradamus. Supereſt ingens quæſtio, cuius diſputatio nõ ab ingenio, ſed a ſcientia uenit: quæ pluribus explicanda erit: ne quid dubiũ omnino relinquať. Nam fortaſſe aliquis ad illa cõfugiat, quæ a multis & nõ dubiis traduntť authoribus: eos ipſos quos docuimus deos non eſſe, maieſtatẽ ſuam ꝓpe oſtendiſſe, & prodigiis, & ſomniis, & auguriis, & oraculis. Et ſane multa enumerari poſſunt digna miraculo. In primis

Accius Nauius. illud qđ Accius Nauius ſummus augur, cũ Tarquinũ Priſcum cõmoneret, ut nihil noui facere inciperet, niſi prius eſſet inauguratus, eiꝙ rex artis eius eleuans fidẽ diceret: ut conſultis auibus renũciaret ſibi: utrũ ne fieri poſſet id qđ ipſe aio concepiſſet: affirmaretꝙ Nauius poſſe. Cape igitur hanc inquit Cotẽ, eãꝙ nouacula diſſice: at ille incontanter accepit, ac ſecuit. Deinde illud quod Caſtor & Pollux bello latino apud lacũ Iuturnæ, uiſi ſunt equorũ ſudorem abluentes cũ ædis

Caſtor & Pollux ad lacũ Iuturnæ uiſi. eorũ quæ ĩũcta fonti erat ſua ſponte patuiſſet. Idẽ bello Macedonico equis albis inſidentes. P. Vatinio Romã nocte ueniẽti ſe obtuliſſe dicunť, nunciantes eo die regem Perſen uictũ atꝙ captũ: quod paucis poſt diebus literæ Pauli ueꝝ fuiſſe

Fortũamuliebris. docuerũt. Illud ẽt mirabile ꝙ ſimulacrũ Fortunæ muliebris nõ ſemel locutũ eſſe traditť. Item Iunonis Monetæ cum captis ueiis unus ex militibus ad eam tranſferendam miſſus iocabũdus ac ludens interrogaret: utrum ne Romã migrare uellet? reſpondit uelle. Claudia quoꝙ proponiť in exemplo miraculi. Nam cũ ex libris Sibyllinis Idæa mater eſſet accita: & in uado Tyberini fluminis nauis ĩ qua uehebať hæſiſſet: nec ullo mõ aut ulla ui cõmoueretur. Claudiã fuerũt quæ ſemper ĩpudica eſſet habita, ob nimios corporis cultus deã ſubmiſſis genibus oraſſe: ut ſi ſe caſtam iudicaret ſuum cingulum ſequeretur. Ita nauim quæ ab oĩ tuuentute non ualuit commoueri, ab una muliere eſſe cõmotam. Illud æque mirum ꝙ

Æſculapiꝰ Epidauro accitus. lue ſæuiente Æſculapius Epidauro accitus, urbem Romam diuturna peſtilentia liberaſſe perhibetur. Sacrilegi quoꝙ numerari poſſunt, quorũ præſentibus pœnis iniuriam ſuam dii uindicaſſe creduntur. Appius Claudius cenſor, cum aduerſus reſponſum ad ſeruos publicos ſacra Herculis tranſtuliſſet: luminibus orbatus eſt, & Potitiorum gens quæ prodidit, intra unius anni tempus extincta eſt.

Appius Claud. cæcus. Potitiorũ gẽs extincta. Item cenſor fuluius cum ex Iunonis Laciniæ templo marmoreas tegulas abſtuliſſet: quibus ædem fortunæ æqueſtris, quam Romæ fecerat tegeret, mente captus eſt: & amiſſis duobus filiis in illyrico militantibus, ſummo animi mœrore conſumptus eſt. Præfectus etiã. M. Antonii Turullius cũ apud Coos euerſo

Fuluiꝰ Cẽſor. Iunonis laciniæ templum. Turullius M. Antõii ꝑfectus. Æſculapii luco claſſem feciſſet, eodem poſtea luco a militibus Cæſaris eſt interfectus. His exemplis adiungitur Pyrrhus, qui ſublata eſt theſauro Proſerpinæ Locrenſis

næ Locrenſis pecunia naufragiũ fecit, ac uicinis deæ littoribus illiſus eſt ut nihil (ꝓter eã pecuniã) icolume reperireť. Ceres quoꝙ Mileſia multũ ſibi apud hoĩes ueneratiõnis adiecit. Nam cũ ab Alexando capta ciuitas eſſet ac milites ad eam ſpoliandam irrupiſſent: omniũ oculos repẽte obiectus fulgor ignis extinxit. Reperiuntur etiam ſomnia, quæ uim deorum uideantur oſtendere. Tyberio nanꝙ Attinio homini plębeio per quietẽ obuerſatus eſſe Iuppiter dicitur, & prębepiſſe ut conſulibus & ſenatui nunciaret: ludis circenſibus proximis præſultorem ſibi diſplicuiſſe. ꝙ Antonius Maximus quidam diuerberatum ſeruum ſub furca medio circo ad ſupplicium duxerat: ideoꝙ ludos inſtaurari oportere. Q uod cum ille neglexiſſet, eodem die filium perdidiſſe: ipſe aũt graui morbo ẽ correptus. Et cum rurſus eandem imaginẽ cerneret, quęrentẽ ſatis ne pœnarum pro neglecto imperio pependiſſet: lectica delatus ad conſules, & omni re in ſenatu expoſita recepiſſe corporis firmitatem: ſuiſꝙ pedibus domũ rediiſſe. Illud quoꝙ ſomnium non minoris fuit admirationis, quo Cæſar Auguſtus dicitur eſſe ſeruatus. Nam cũ bello ciuili Brutiano implicitus graui morbo abſtinere a prælio ſtatuiſſet: medico eius Artorio Mineruæ ſpecies obuerſata eſt, monens ne propter coporis imbecillitatem caſtris ſe contineret Cæſar. Itaꝙ in aciem lectica perlatus eſt. Eodẽ die a Bruto caſtra capta ſunt. Multa præterea exẽpla ſimilia poſſunt proferri: ſed uereor ne ſi fuero in propoſitiõe rerum contrariarum diutius immoratus: aut obliuis eſſe propoſiti uidear: aut crimen loquacitatis incurram.

Pyrrhi ſacrilegium naufragio uindicatũ. Ceres Mileſia.

Inſtauratitius circẽſium dies.

Auguſtus Cæſar fõnio ſeruatꝰ

¶ Q uod ꝑ inuidiã diaboli intrauit mors: & pullulãt radices errorum. Et ꝙ deus ipſe natura eſt, ꝙ materiã primordialem & oĩa fecit ex nihilo. Ca. IX.

EXponam igitur omnium iſtorum rationem: quo facilius res difficiles & obſcuræ ĩtelligantur: & has omnes ſimulati numĩnis præſtigias reuelabo: quibus inducti homines a ueritatis uia longius receſſerunt. ſed repetam longe altius, ut ſi quis ad legendum expers ueri & ignarus acceſſerit: inſtituatur atꝙ ĩtelligat: quod tãdem ſi caput horum, & cauſa malorũ: & lumine accepto ſuos ac totius generis humani perſpiciat errores. Sicut mater ſine exemplo genuit authorem ſuum: ſic ineffabiliter pater genuiſſe credendus eſt coæternum. De matre natus eſt qui ante iam fuit: de patre qui aliquando non fuit. Hoc fides credat, intelligentia non requirat. Ne aut non inuentum putet incredibile: aut repertum non credat ſingulare. Cum eſſet deus ad excogitandum prudentiſſimus: ad faciendum ſollertiſſimus: anteꝙ ordiretur hoc opus mundi: quoniam pleni & coſumati boni fons in ipſo erat: ſicut eſt ſemper: ut ab eo bono tanꝙ riuus oriretur, longẽꝙ proflueret: produxit ſimilem ſui ſpiritum: qui eſſet uirtutibus dei patris prædituſ. Q uomodo autem id uoluerit, in quarto docere libro conabimur. Deinde fecit alterum in quo indoles diuinæ ſtirpis non permanſit. Itaꝙ ſuapte inuidia tanꝙ ueneno infectus eſt: & ex bono ad malum tranſcendit: ſuóꝙ arbitrio quod á deo illi liberum datum fuerat: contrarium ſibi nomen aſciuit. Vnde apparet cũctorum malorum fontem eſſe liuorem. Inuidit enim illi anteceſſori ſuo, qui deo patri perſeuerãdo, tum cõprobatus tum ẽt & carus ẽ. Hunc ergo ex bono ꝑ ſe malũ effectũ

Diabolꝰ a deo factꝰ.

Liuor omniũ malorum fons.

Diabolus latine criminator

græci διάβολον. i. diabulũ appellant, nos criminatorẽ uocamus, q̃ crimina in quæ ipſe illicit ad deũ deferat. Exorſus igit̃ deus fabricã mũdi: illũ primũ & maximũ filiũ p̃fecit opi uniuerſo: eoq; ſimul & cõſiliatore uſus ẽ, & artifice iexcogitãdis, ornãdis, p̃ficiẽdiſq; rebus: qm̃ is & p̃uidẽtia, & prudẽtia, & ratiõe, & poteſtate p̃fectus ẽ: de quo nũc parcius: q̃ alio loco, & uirtus & nomẽ eius & rõ in enarãda nobis erit. Nemo quærat ex quibus iſta materiis, tam magna, tam mirifica opera deus fecerit. Oĩa. n. fecit ex nihilo. Nec audiendi ſunt poetæ, qui aiũt chaos in principio fuiſſe, id ẽ cõfuſionẽ rer̃ atq; elemẽtor̃. Poſtea uero deũ dirimiſſe oẽm illã cõgeriẽ, ſinguliſq; rebus ex cõfuſo aceruo ſeparatis in ordinẽq; deſcriptis, inſtruxiſſe mundũ, p̃atiter & ornaſſe: q̃bus facile ẽ reſpõdere poteſtatẽ dei nõ intelligentibus: quẽ credũt nihil efficere poſſe niſi ex materia ſubiacente ac parata: in quo errore ẽt philoſophi fuerũt. Nã Cicero de natura deor̃ diſputans ſic ait. Primũ igit̃ nõ ẽ p̃babile cã materiã rer̃, unde orta ſunt oĩa eẽ diuina ꝫ p̃uidẽtia effectã. Sed habere & habuiſſe uim, & naturã ſuã. Vt igitur faber cũ q̃d ædificaturus eſt, non ipſe facit materiã, ſed ea utitur q̃ ſit parata: fictorq; item cæra: Sic iſti prouidentiæ diuinæ materiã præſto eſſe oportuit: nõ quã ipſe faceret, ſed quam haberet paratã. Q uod ſi nõ ẽ a deo materia facta, ne terra q̃dem, & aqua, & aer, & ignis á deo factus eſt. O quã multa ſunt uitia in his decẽ uerſibus. Primum q̃ is qui in aliis diſputationibus, & libris ferẽ oĩbus prouidentiæ fuerit aſſertor: & q̃ acerrimis argumẽtis impugnauerit eos: qui p̃uidẽtia nõ eſſe dixerũt: Idem nunc quaſi p̃ditor aliquis aut tranſfuga, p̃uidẽtiam conatus ẽ tollere: in quo ſi cõtradicere uelis, nec cogitatione opus eſt: nec labore, ſua illi dicta recitanda ſunt. Nec enim ab ullo poterit Cicero q̃ a Cicerone uehemẽtius refutari. Sed concedamus hoc mori & iſtituto academicorũ, ut liceat hominibus ualde liberis dicere ac ſentire quæ uelint: ſnias ipſius cõſideremus. Non eſt inquit probabile materiam rerum á deo factam. Q uibus hoc argumẽtis probas. Nihil. n. dixiſti quare hoc nõ ſit probabile. Itaq; mihi econtrario, uel maxime probabile uidetur: nec tamen temere uidetur cogitanti plus eſſe alquid in deo: quem p̃fecto ad imbecilitatẽ hominis redigis, cui nihil aliud q̃ opificium cõcedis. Q uomodo igitur ab homine diuina illa uis differet? ſi ut homo, ſic etiam deus ope indigeat aliena? Indiget autem ſi nihil moliri poteſt: niſi ab altero illi materia miniſtretur. Q uod ſi fit, imperfectę utiq; uirtutis eſt: & erit iam potentior iudicandus materiæ inſtitutor: Q uo igitur nomine appellabitur qui potentia deum uĩcit? Siquidem maius eſt propria facere, q̃ aliena diſponere. Si autem fieri non poteſt, ut ſit potentius deo quicq̃, quem neceſſe eſt perfectæ eẽ uirtutis, poteſtatis, rationis. Idem igitur materiæ fictor eſt: qui & rerum ex materia conſtantium. Neq; enim deo non faciente & inuito: eẽ aliquid, aut potuit, aut debuit. Sed probabile eſt, ĩquit, materiam rerum & habere, & habuiſſe naturam ſuam & uim: quam uim potuit habere nullo dante? quam naturam nullo generante? Si habuit uim, ab aliquo eam aſſumpſit. A quo autem ſumere niſi á deo potuit? ſi habuit naturam, quæ utique a naſcendo dicitur, nata eſt, a quo autem niſi á deo potuit procreari? Natura enim qua dicitur orta eſſe omnia, ſi conſilium non habet, efficere nihil poteſt. Si autem

Mũdum a deo ex añ parata materia conſtructũ.

Chaos q̃d.

Natura q̃ & unde.

generandi

generandi, aut faciendi potius eſt, habet ergo conſilium, & propterea deus ſit neceſſe eſt. Nec alio noĩe appellari poteſt ea uis, in qua ineſt & prouidẽtia excogitãdi, & ſolertia poteſtaſq; faciendi. Melius igit̃ Seneca oĩum ſtoicor̃ acutiſſimus qui uidit nil aliud eſſe naturam q̃ deũ. Ergo inquit deũ non laudabimus: cui naturalis eſt uirtus? nec enim illam didicit ex ullo: immo laudabimus: quanuis enim naturalis illa ei ſit, ſibi illã dedit, quoniam deus ipſa natura eſt. Igitur ortũ reꝛ tribuis naturæ, ac detrahis deo. Cur in eodem luto hæſitãs, uerſuram ſoluis? Aquo enim fieri negas, ab eodẽ planẽ fieri mutato noĩe confiteris: ſequitur ineptiſſima cõparatio: ut. n. faber inquit cũ quis ædificaturus eſt, nõ ipſe facit materiam, ſed utit̃ ea, quæ ſit parata: fictorq; item cæra. Sic iſti prouidẽtiæ diuinæ materiã eſſe p̃eſto oportuit, nõ quã ipſe faceret, ſed quam haberet paratam: immo uero non oportuit. Erit. n. deus minoris poteſtatis, ſi ex parato facit, quod eſt hominis. Faber enim ſine ligno nihil ædificat, quia lignum ipſum facere nõ poteſt. Non poſſe aũt ibecillitatis eſt humanæ: deus uero facit ſibi ipẽ materiam quia põt. Poſſe enim dei eſt, nã ſi nõ põt, deus non eſt. Homo facit ex eo quod eſt, quia per mortalitatem ibecillis eſt: per ibecillitatem definitæ ac modicæ poteſtatis. Deus autẽ fecit ex eo quod non eſt, quia per æternitẽ fortis eſt, per fortitudinem poteſtatis imẽſæ, quæ ſine ac mõ caret, ſicut uita factoris. Q uid ergo mirũ ſi facturus mũdum deus, prius materiã de qua faceret, p̃parauit ex eo quod nõ erat? quia nefas eſſet deum aliũde aliquid mutuari, cũ in ipſo uel ex ipſo ſint oĩa. Nã ſi eſt aliquid ante illum factum, & quicq̃ non ab illo factum eſt, poteſtatem dei & nomẽ amittet. At enim materia nunq̃ facta eſt, ſicut deus qui ex materia fecit hunc mundũ. Duo igit̃ cõſtituunt̃ æterna, & q̃dẽ inter ſe cõtraria, quod fieri ſine diſcordia & pernicie nõ põt. Collidant. n. neceſſe eſt ea quor̃ uis & ratio diuerſa eſt: ſic utraque æterna eſſe nõ potuerũt ſi repugnant, quia ſuperare alter̃ neceſſe eſt, Ergo fieri nõ põt quin æterni natura ſit ſimplex: ut inde oĩa uelut ex fonte deſcẽderint. Itaq; aut deus ex materia ortus eſt, aut materia ex deo quid horum ſit uerius, facile eſt intelligi. Ex his enim duobus alter̃ ſenſibile eſt: alterum caret ſenſu. Poteſtas faciendi aliquid non põt eſſe, niſi in eo q̃d ſentit, quod ſapit, quod cogitat, q̃d mouetur. Nec incipi aut fieri, aut conſumari quicq̃ põt, niſi fuerit rõne p̃uiſum: aut quemadmodũ fiat anteq̃ eſt: aut quẽadmodũ conſtet poſtq̃ fuerit effectum. Deniq; is facit aliquid, qui habet uoluntatem ad faciẽdum: & manus ad id quod uoluit implendũ. Q uod aũt inſenſibile eſt, iners & torpidum ſemper iacet: nihil inde oriri põt: ubi nullus eſt motus uoluntarius: nam ſi omne aial ratione cõſtat, certe naſci ex eo non poteſt, quod ratione prædituꝫ non eſt: nec aliunde accipi poteſt id, quod ibi unde petitur, non eſt. Nec tamen commoueat aliquẽ, q̃ animalia quædã de terra naſci uidentur. Hæc enim nõ terra per ſe gignit, ſed ſpiritus dei, ſine quo nihil gignitur. Nõ ergo deus ex materia, quia ſenſu prædituꝫ ex inſenſibili, ſapiens ex bruto impatibile de patibili, expers coporis de corporali, nunq̃ poteſt oriri, ſed materia potius ex deo eſt. Q uicquid. n. eſt ſolido & contractabili corpore, accipit externam uim, quod accipit uim diſſolubile eſt, quod diſſol-

Senec. ſtoicor̃ acutiſſimus. Natura idẽ q̃d deꝰ

Verſuram ſoluis.

Mundus a deo factus ex nihilo.

Patibile. Impatibile

uitur interibit:quod interit,ortum sit necesse est:quod ortum est habuit fontem unde oriretur:idest factorem aliquem sentientem prouidum, peritumq; faciendi.Is est profecto nec ullus alius q̄ deus. Q ui qm̄ sensu,ratione,prouidentia,potestate, uirtute,præditus est:& animantia & inanimata creare & efficere potest: quia tenet quomodo,quidq; sit faciendū. Materia uero semper fuisse nō potest: quia mutationem non caperet,si fuisset. Q uod enim semper fuit,semp esse non desinit:& unde abfuit principium,abesse hinc etiā finē necesse est. Q uinetiam facilius est ut id qđ habuit initium,fine careat,q̄ ut habeat finem,quod initio caruit. Materia ergo si facta non est,nec fieri ex ea quicq̄ potest. Si fieri ex ea non potest,nec materia quidem erit.Materia enim est ex qua fit aliquid. Omne autē ex quo fit,quia recepit opificis manum destruitur:& aliud eē incipit. Ergo quoniam finem habuit materia, tum cum factus est ex ea mundus, & initium quoque habuit.Nam quod destruitur,ædificatum est: quod soluitur,alligatum,qđ finitur,incæptum est.Si ergo ex cōmutatione ac fine materia colligitur habuisse principium,a quo alio fieri nisi á deo potuit? Solus igitur deus est qui factus nō est,& iccirco destruere alia potest, ipse destrui non potest: permanebit semper in eo quod fuit:quia nō est aliunde generatus nec ortus:nec natiuitas eius ex aliqua alia re pendet,quæ illum mutata dissoluat.Ex seipō est, ut in primo diximus libro.Et ideo talis est,qualem se esse uoluit,impassibilis,imutabilis,incorruptus, beatus,æternus.Iam uero illa conclusio qua sententiam terminauit Tullius multo absurdior: q; si materia inquit á deo non est facta nec terra quidem, & aqua, & aer,& ignis á deo factus ē.Q uam callide periculum præteruolauit. Sic enim superius illud assumpsit:tanquam probatione non indigeret,cum id multo esset incertius:q̄ illud propter quod assumptum est. Si non est inquit á deo facta materia, nec mundus á deo factus est. Ex falso maluit colligere quod falsum est,q̄ ex uero qđ uerum.Et cum debeāt incerta de certis probari:hic probationē sumpsit ex incerto:ad euertendū qđ erat certum.Nā diuina ꝓuidentia effectum esse mūdū:ut taceā de termaximo Trismegisto,qui hoc prædicat,taceam de carminibus Sibyllarum:quæ idem nunciant. Taceā de ꝓphetis,q opus mūdi ac opificiū dei uno spiritu ac pari uoce testant. Etiam inter philosophos penē uniuersos cōuenit.Idem ēt pythagorici,stoici,peripatetici,qui sunt prīcipes oīs disciplinæ. Deniq; a primis illis septem sapientibus,uti a Socrate usq; ad Platonem pro cōfesso & indubitato habitū est:donec unus multis post sæculis extitit delirus,Epicurus,qui auderet negare id quod est euidentissimum,studio scilicet inueniendi noua ut nomine suo constitueret disciplinam.Et quia nihil noui potuit reperire: ut tamē dissentire a cæteris uideretur, uetera uoluit uertere:in quo illum circunlatrantes philosophi omnes coarguerunt.Certius est igitur mūdū ꝓuidentia instructū:q̄ materiæ prouidētia conglobatum. Q uare nō oportuit putare iccirco mundū non esse diuina prouidentia factū,quia materia eius diuina ꝓuidentia facta non sit,sed quia mundus diuina ꝓuidentia sit effectus & materiā esse factam diuinitus. Credibilius est,n.materiā potius á deo factam:qa deus omnia potest, q̄ mundum

Materia quid.

q̄ mundum á deo non esse factum,quia sine mente,ratione consilio nihil fieri potest. Verum hæc non Ciceronis est culpa,sed sectæ.Cum enim suscepisset disputationem,qua deorū naturam tolleret,de qua philosophi garriebāt,oēm diuinitatē ignorantia ueri putauerit esse tollendam.Itaq; deos potuit tollere,quia nō erāt. Cum aūt prouidentiam diuinā:quæ est in uno deo conaretur euertere:quia contra ueritatem niti cœperat: deficientibus argumentis,in hanc foueam necessario decidit,unde se extricare nō posset.Hic ergo illū teneo hærētem teneo defixum: quo Lucillius,qui cōtra disserebat,obmutuit. Hic est ergo cardo rerū,hic uertuntur omnia. Explicet se Cotta si pōt,ex hac uoragine proferat argumenta,quibus doceat,semper fuisse materiā,quā nulla prouidētia effecerit. Ostendat quomodo quicq̄ pōderosum & graue aut esse potuerit sine authore:aut īmutari ualuerit ac desierit esse quod semper fuit:ut inciperet esse quod nunq̄ fuit. Q uæ si docuerit tū demū assentiar: ne mūdum quidē diuina ꝓuidentia constitutū,& tū sic assentiar,ut aliis illū laqueis teneā.Eodem.n.quo nollet reuoluetur:ut dicat & materiā,de qua mundus est,& mundum qui de materia est,natura extitisse:cum ego ipsam naturam deum esse cōtendam. Nec.n.pōt facere mirabilia, idest maxima ratione constantia,nisi qui habet mentem,prouidentiam, potestatem. Ita fiet ut deus fecerit omnia, nec quicq̄ esse possit omnino, quod non originem á deo traxerit. At idem quoties Epicureus est & non uult á deo factum esse mundum,quærere solet quibus māibus,quibus machinis,quibus uectibus,qua molitione hoc tantum opus fecerit. Videret fortasse,si eo tempore potuisset esse, quo deus fecit. Sed ne perspiceret homo dei opera noluit eum inducere in hunc mūdum:nisi perfectis omnibus:sed ne induci quidem poterat.Q uomodo enim subsisteret, cum fabricaretur desuper cælum, terra subterfundaretur cum fortasse humida,uel nimis rigoribus torporata concrescerent, uel igneis caloribus incocta & solidata durescerent.Aut quomodo uiueret sole nōdum instituto,nec frugibus nec animalibus natis? Itaq; necesse fuit hominem postremo fieri,cum iam mundo cæterisq; rebus manus summa esset imposita. Deniq; sanctæ litteræ docent hominem fuisse ultimum dei opus, & sic inductum fuisse in hunc mundum, quasi in domum iam paratam & instructam. Illius enim causa facta sunt omnia.Idem etiā poetæ fatentur.Ouidius perfecto iam mundo & uniuersis animalibus figuratis hoc addidit.

Sanctius his animal mentisq; capacius alte
Deerat adhuc:& quod dominari in cætera posset

Natus homo est,adeo nefas extimandum est ea scrutari,quæ deus uoluit esse cælata. Verūm ille non audiendi aut discendi studio requirebat,sed refellendi,quia confidebat neminem id posse dicere. Q uasi uero ex hoc putandum sit non esse hęc diuinitus facta,quia quomodo facta sint,non potest prouideri. An tu si educatus in domo fabrefacta & ornata nullam unquam fabricam uidisses domum illam putasses non ab homine esse ædificatam,quia quomodo ædificetur,ignorares.Idem profecto de domo quæreres,quod nunc de mūdo requiris,quibus manibus,quibus ferramētis hō tanta eēt opera molitus: maxime si saxa ingētia im-

Cicer.loc⁹ ex libr. de deorū natura.

Hō ultimū dei opus.

mensa cementa, uastas columus, opus totum sublime & excelsum uideres: non ne hæc tibi humanarum uirium modum uiderentur excedere? quia illa, non tam uiribus, q̃ ratiõe atq; artificio facta esse nescires: q̃ si homo in quo nihil perfectũ est, tamen plus efficit ratione, q̃ uires eius exiguæ patiantur: quid est cur incredibile tibi esse uideatur, cum mundus dicitur factus á deo? in quo, quia pfectus est, nec sapientia potest habere terminum, nec fortitudo mensuram? Opera ipsius uidentur oculis, quomodo autem ille fecerit, ne mente quidem uidetur: quia (ut Hermes ait) mortale, immortali temporale perpetuo, corruptibile icorrupto propinquare nõ potest. i. proprius accedere, & intelligentia subsequi, & ideo terrenum adhuc animal rerum cælestium perfectionem non capit: quia corpore quasi custodia septum tenetur, quominus soluto ac libero sensu cernat oia. Sciat igitur q̃ inepte faciat, qui res inenarrabiles quærit. Hoc est. n. modum conditonis suę transgredi, nec intelligere quousq; homini liceat accedere. Deniq; cum aperiret homini ueritatẽ deus, ea sola scire nos uoluit, quæ interfuit, hominẽ scire ad uitam consequendam. Q uæ uero ad curiosam & prophanam cupiditatem pertinebant, reticuit, ut arcana essent. Q uid ergo q̃ris, quæ nec potes scire? nec si scias, beatior fias. Perfecta est in homine sapientia, si deum esse unum, & ab ipso eẽ facta uniuersa cognoscat.

Dei consilia ab hoie pcipi non possunt.

¶ Q uod deus quatuor elemẽta distinxit, & quatuor qualitates & quatuor tempora, & q̃ ex calore & humore sit uita, & quare homines igne, cætera animalia aqua magis utantur.

Cap. X.

Vnc quoniã refutauimus eos, qui de mũdo & factore eius deo aliter sentiũt q̃ ueritas habet: ad diuinã mũdi fabricam reuertamur: de qua in arcanis sanctæ religionis litteris traditur. Fecit igitur deus primum oium cælum & in sublime suspẽdit, quod esset sedes ipsius dei cõditoris. Deinde terrã fundauit ac cœlo subdidit, quã hõ cum cæteris aialium generibus incoleret. Eam uoluit hũore circunflui & cõtineri: suũ uero habitaculũ distinxit claris luminibus, & ipleuit: sole scilicet lũæq; orbe fulgenti, & astrorũ micãtium splendentibus signis adornauit, tenebras autem quod est his contrarium, constituit in terra. Nihil enim per se continet luminis, nisi accipiat a cælo: in quo posuit lucem perennem, & superos & uitam ppetuam. Et contra in terra tenebras inferos & mortem. Tanto enim hæc ab illis superioribus distant, quantum mala á bonis & uitia á uirtutibus. Ipsius quoq; terræ binas partes contrarias inter se diuersasq; constituit, scilicet orientem occidentemq;, ex quibus oriens deo similis censetur: quia ipse luminis fons & illustrator est rerum, & q̃ oriri nos faciat ad uitam sempiternam. Occidens autem conturbatæ illi prauæq; menti ascribitur: q̃ lumen abscondat: q̃ tenebras semper inducat: & q̃ homines faciat occidere, atque interire peccatis. Nam sicut lux orientis est, in luce autem uitæ ratio uersatur: sic occidentis tenebræ sunt: In tenebris autem & mors & interitus continetur. Deinde alteras partes eadem ratione dimensus est, meridiem ac septentrionem, quæ partes illis duabus societate iunguntur

Cælũ dei sedes.

Terra tenebris obducta.

Oriens.
Occidens.

iunguntur. Ea enim q̃ est solis calore flagrantior, proxima est, & cohæret oriẽti. At illa quæ frigoribus & perpetuo gelu torpet, eiusdem ẽ cuius extremus occasus. Nam sicut cõtrariæ sunt lumini tenebræ, ita frigus calori. V t igit' calor lucni est pximus sic meridies oriẽti. V t frigus tenebris, ita plaga ẽ septẽtrionis occasui. Q uibus singulis partibus suũ tps attribuit. V er. s. oriẽti, æstas ẽ meridionali plagæ occidenti autũnus ẽ: septẽtrioni hyems. In his quoq; duabus partibus meridionali & septentriõali figura uitæ & mortis cõtinet': qa uita in calore est, mors in frigore. Sicut aũt calor ex igne est, ita frigus ex aqua. Secundũ harum patriũ dimensionem, diem quoq; facit ac noctem: quæ spatia & orbes tpum ppetuos ac uolubiles, quos uocamus annos: alterna p uices succesione cõficiant. Dies quem primus oriẽs subministrat, dei sit necesse est, ut omnia quæcũq; meliora sunt. Nox aũt quã occidens extremus inducit, eius. s. quẽ dei esse æmulum diximus. Q uæ duo ẽt in hoc præscius futuroꝝ deus fecit, ut ex iis & ueræ religiõis, & falsarum supstitionũ imago quædã oñderetur. Nam sicut sol qui oritur in die, licet sit unus unde solem esse appellatũ Cicero uult uideri: q̃ obscuratis sideribus solus appareat: tñ qa uerum ac perfectæ plenitudinis lumẽ est: & calore potissimo & fulgore clarissimo illustrat omnia: ita in deo licet sit unus, & maiestas & uirtus & claritudo perfecta est. Nox autẽ quam prauo illi antitheo dicimus attributam: eius ipsius multas & uarias religiones p similitudinem demonstrat. Q uanuis. n. stellæ innumerabiles micare ac radiare uideantur, tamen quia non sunt plena ac solida lumina, nec caloris perferunt quicq̃, nec tenebras multitudine sua uincũt. Duo igitur illa principalia inueniuntur, quæ diuersam & contrariam sibi habent potestatem: calor & humor: quæ mirabiliter deus ad sustentanda & gignenda omnia excogitauit. Nam cum uirtus dei sit in calore & igni, nisi ardorem uimq; eius admixta humoris ac frigoris materia temperasset: nec nasci quicq̃, nec cohærere potuisset, quin statim conflagratione iteriret, quicquid esse cœpisset. Vnde & philosophi quidam & poetæ discordi concordia mundum cõstare dixerunt, sed rationem penitus non uiderunt. Heraclitus ex igne nata esse omnia dixit. Thales Melisius ex aqua. V terque uidit aliquid: sed errauit tamen uterq;: quod alterutrũ si solum fuisset: neq; aqua nasci ex igne potuisset, neque rursus ignis ex aqua. Sed est uerius simul ex utroque permixto cuncta generari. Ignis quidem permisceri cum aqua non potest, quia sunt utraque inimica, & si cominus uenerint, alterutrum quod superauerit conficiat alterum necesse est. sed eorum substantiæ permisceri possunt. Substantia ignis calor est, aquæ humor.

Ver orientis.
Æstas meridiei.
Autũnus occidẽtis.
Hyems septentriõis.
Annus qd

Sol unde

Antithe⁹i. dei aduersarius.

Calor & hũor oĩa gignũt.

Recte igitur Ouidius.

Ouidii locus ex primo met.

Q uippe ubi temperiem sumpsere humorq; calorq;
Concipiunt: & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cumq; sit ignis aquæ pugnax, uapor humidus omnis.
Res creat & discors concordia fœtibus apta est.

Alteꝝ. n. q̃si masculinũ elemẽtũ est: alteꝝ quasi fœmininũ, alteꝝ actiuũ, alteꝝ passibile. Iõq; a ueteribus istitutũ ẽ ut sacramẽto ignis & aq̃ nuptiaꝝ fœdera sanciant', q̃ fœtus aiantium calore & hũore corporent', atq; animent' ad uitam. Cum

Nuptiarũ fœdera aq̃ & igni sanciuntur.

Exulib⁹ aqua & igni interdicebatur.

enim constet omne animal ex anima & corpore, materia corporis in humore est: animæ in calore. Q uod ex auiū fœtibus datur scire: quos crassi humoris plenos nisi opifex calor fouerit: nec humor potest corporare: nec corpus animare. Exulibus quoq; ignis & aqua interdici solebat, adhuc enim uidebatur nefas, q̃uis malos tamen homines supplicio capitis afficere. Interdicto igitur usu earum rerum quibus uita cōstat hominum, perinde habebatur: ac si esset qui eam sententiā exceperat morte mulctatus. Adeo ista duo elemēta prima sunt habita ut nec ortum hominis, nec sine his uitam crediderint posse cōstare. Horum alterum nobis cō mune est cum cæteris animantibus: alterum soli homini datum. Nos enim quoniam cælesteatq; immortale animal sumus, igne utimur: qui nobis in argumentum immortalitatis datus est: qm̃ ignis e cælo est: cuius natura, quia mobilis est, & sursum nititur, uitæ continet ratiōem. Cætera uero animalia qm̃ tota sunt mortalia, tantummodo aqua utuntur, quod est elementum corporale atq; terrenum. Cuius natura quia mobilis est ac deorsum uergens: figuram mortis ostēdit. Ideo pecudes neq; in cælum suspiciunt, neq; religiones sentiunt, quoniam ab his usus ignis alienus est. Vnde autem uel quomodo deus hæc duo principalia ignem & aquam uel accenderit, uel eliquauerit, solus scire potest qui fecit.

Aq & igni interdcere quid.

¶ Q uod creato mundo facta aīalia propter hoīes sunt, & tandem hō ipse. Et quid sit q̄ poetæ finxerunt Deucalionē hoīes reparasse, & q̄ Aristoteles falso putauit mundum esse æternum: & quæ sunt tres parcæ. Cap. XI.

Hō unde.

Promethe us hominem finxit ex luto.

Onsumato igitur mūdo, aīalia uarii generis dissimilib us formis & magna & minora ut fierent imperauit. Et facta sunt bina, idest diuersi sexus singula, ex quorum fœtibus & aer & terra & maria completa sunt. Deditq; his hoībus generatim deus alimenta de terra, ut usui hominibus esse possent. Alia nimirum ad cibos, alia uero ad uestimentum. Q uæ autē magnarum sunt uirium, ut in excolenda terra iuuarent: unde dicta sunt iumenta. Ita rebus omnibus mirabili descriptione compositis regnum sibi æternum parare constituit, & innumerabiles aīas procreare, quibus immortalitatem daret. Tum fecit ipse sibi simulacrum sensibile atq; intelligens. i. ad imaginis suæ formam, qua nihil potest esse perfectius hoīem figurauit ex limo terræ, unde hō nuncupatus est, q̄ sit factus ex humo. Deniq; Plato humanā formā theoiden eē ait. Et Sibylla quæ dicit. ἐικὼνέσ τ' ἀντρωπος ἐμὴ λόγον ὀρθόν τ' ἔχουσα, i. imago est hō mea rationem rectā habens. De hac hominis fictione poetæ quoque q̃uis corrupte, tamen non aliter tradiderunt. Nanq; hominē de luto a Prometheo factum esse dixerunt. Res eos nō fefellit, sed nomē artificis. Nullas enim literas ueritatis attigerant, sed quæ prophetarum uaticinio traditā in sacrario dei continebantur: ea de fabulis & obscura opinione collecta & depraua ta, ut ueritas a uulgo solet uariis sermonibus dissipata corrumpi, nullo non addente aliquid ad id quod audierant: carminibus suis cōpræhēderunt. Et hoc quidē inepte, q̄ tam mirabile, tamq; diuinum opificium hoī dederunt. Q uid enim opus fuit hoīem de luto fingi, cū posset eadē rōne generari, qua ipe Promætheus ex Iapeto

Iumenta q̄ & unde.

ex Iapeto natus est? qui si fuit homo, generare hominem potuit, facere non potuit. De diis autem illum non fuisse pœna eius in Caucaso mōte declarat. Sed neq; patrem ipsius Iapetum patruumq; Titana quisq̄ deos nuncupauit: quia regni sublimitas penes Saturnum solum fuerit per quam diuinos honores cum omnibus suis posteris consecutus est: multis argumentis hoc figmentum poetarū coargui potest. Factum esse diluuium ad perdendam tollēdamq; ex orbe terræ malitiam cōstat inter omnes. Idem enim & philosophi, poetæ, scriptoresq; rerū antiquarum loquuntur, in eoque maxime cum prophetarum sermone cōsentiunt. Si ergo cataclysmus á deo ideo factus est, ut malitia quæ per nimiam multitudinem increuerat perderetur, quomodo fictor hominis Promætheus fuit? cuius filium Deucalionem iidem ipsi ob iustitiam solum esse dicunt seruatum? quomodo unus gradus, & una progenies orbem terræ tam cæleriter potuit hominibus implere? Sed uidelicet hoc quoq; sic corruperūt, ut illud superius cum ignorarent in quo tempore cataclysmis sit factus in terra, & quis ob iustitiam meruerit genere humano pereunte saluari: & quomodo, aut cum quibus seruatus sit, quæ omnia propheticæ litere docent. Apparet falsum esse quod de opificio Promæthei narrant. Verūm quia poetas dixeram nō omnino mētiri solere: sed figuris inuoluere & obscurare quæ dicant: non dico esse mētitos: sed primū omnium Promætheum simulacrum hominis formasse de pingui & molli luto. Ab eóq; natam primo artem, & statuas & simulacra fingendi. Siquidem Iouis temporibus fuit, quibus primum templa constituit, & noui deorum cultus esse cœperunt, sic ueritas fucata mendacio est, & illud quod á deo factum ferebatur, homini qui opus diuinum imitatus est, ēt cœpit ascribi. Cæterum fictio ueri ac uiui hominis e limo dei est. Q uod Hermes quoq; tradit: qui non tantum hominem ad imaginem dei factum esse dixit á deo: sed etiam illud explanare temptauit: q̄ subtili ratione singula quæq; in corpore hominis membra formauerit: cū eorum nihil sit quod non tantūdem ad usus necessitatem: quantum ad pulchritudinem ualeat. Id uero etiam stoici cum de prouidentia differunt facere conant, & secutus eos Cicero pluribus quidem locis. Sed tamen materiam tā copiosam, & uberē strictum contigit: quam ego nunc iccirco prætereo, quia nuper proprium de ea re librum ad Demetrianum auditorē meū scripsi. Illud hoc loco præterire nō possū, q̄ errantes phlosophi quidam aiunt homines cæteraq; animalia sine ullo artifice orta esse de terra: unde illud Virgilianum est.

Terrea progenies duris caput extulit aruis.

Et hi maxīe fuerūt in ea sīa, q esse puidentiā negāt. Nā stoici aīantiū fabricā diuinæ sollertiæ tribuūt. Aristoteles aūt labore se ac molestia liberauit dicens semp mundū fuisse. Itaq; & humanū genus & cætera quæ ī eo sunt initiū nō hr̄e, sed fuisse semp ac semp fore. Sed cū uideamus singula quæq; aīalia q̄ añ nō fuerāt incipere eē & eē desinere: necesse ē totū genus aliq̄ eē cœpisse, & aliq̄ desiturū eē, qa cœpit. Oīa. n. tribus tpibus cōtineri necesse ē, præterito, pn̄ti, futuro. Præteriti est origo, præsentis substantia, futuri dissolutio. Q uę oīa in singulis hoībus apparēt, & īcipimus. n. cū nascimur, & sumus cū uiuimus, & desinimus cū īterimus.

Diluuium cur factū.

Promethe us plastes omniū primus. Plastes oīum prim⁹ qui.

Lactātii liber de hoīs opificio. Ver. locus.

Mūdus an æternus.

Tempōra cur tria.

Parcæ tres & cur.

Vnde etiam tres parcas esse uoluerunt: unam quæ uitam hominibus ordiatur, alteram quæ contexat, tertiam quæ rumpat ac finiat. In toto autem genere hominũ quia solum præsens tempus apparet: ex eo tamen & præteritum, ideſt origo colligitur: & futurum ideſt dissolutio. Nam quoniam est, apparet aliquãdo cœpisse. Esse enim nulla res sine exordio potest: & quia cœpit, apparet quãdóq; desitura. Nec enim potest id totũ esse immortale quod ex mortalibus constat. Nam sicut uniuersi per singulos interimus fieri potest ut aliquo casu omnes simul uel sterilitate terrarum, quæ accidere, uel particulatim solet: uel pæstilentia ubiq; diffusa, quæ singulas urbes atq; regiones plærũq; populatur: uel incendio in orbẽ misso: quale iam fuisse sub Phaethonte dicitur: uel diluuio aquarum quale sub Deucalione traditur: cum præter unum hominem genus omne deletum est. Q uod diluuium si casu accidit profecto potuit accidere, ut & unus ille qui superfuit interiret. Si aũt diuinæ puidẽtiæ nutu, quod negari non põt: ad reparãdos hoies reseruatus est: apparet in dei ptãte esse: uel uitã uel interitum generis humani. Q uod si uult potest occidere in totum, quia per partes occidit: apparet aliquãdó esse ortum: & ut fragilitas initium: sic declarat & terminum. Q uæ si uera sunt non potuit defendere Aristoteles: quo minus habuerit & mũdus ipse principiũ. Q uod si Arestoteli Plato & Epicurus extorquẽt: & Platoni & Aristoteli qui semper fore mundum putauerunt, licet sint eloquentes, ingratis tamen idem Epicurus eripiet: quia sequitur ut habeat & finem. Sed hæc in ultimo libro pluribus. Nũc ad hominis originem recurramus.

Phaethontis incẽdiũ

¶ Q uod nõ de terra, uel spõte nata sunt animalia, sed dispositione diuina: cuius fecisset deus nos conscios si scire expediret. Cap. XII.

Aialia spõte ex terra esse nata. Lucretii locus.

Iunt certis cõuersionibus cæli, & astrorum motibus maturitatem quãdam extitisse aialium serendorum. Itaq; terram nouam semen genitale retinentem, folliculos ex se quosdam in uterorũ simulitudinem protulisse, de quibus Lucretius. Crescebãt uteri terrã radicibus apti. Eosq; cum maturassent, natura cogente ruptos aialia tenera profudisse. Deinde terram ipsam humore quodam qui esset lacti similis exuberasse, eoq; alimento animantes esse nutritos. Q uõ autem uim frigoris aut caloris ferre, aut uitare potuerũt, aut omnino nasci, cum sol exureret, frigus astringeret? Non erant, inquiunt, in principio mundi hyems & æstas: sed ppetua temperies, & uer æquabile. Cur ergo nihil horum fieri ẽt nunc uidemus: quia semel fieri necessariũ fuit, ut aialia nascerentur. Postq̃ uero esse cœperunt, concessa his facultate generandi „ & terra parere desit, & temporis conditio mutata est. O q̃ facile est mendacia redarguere. Primum q̃ nihil potest esse in hoc mundo, quod non sic permaneat ut cœpit. Nec enim sol & luna & astra tunc non erant: aut cũ essent, meatus non habebant: aut non diuina moderatio quæ cursus eorum temperat, & gubernat: cum ipsis simul cœperit. Deinde (q̃ si ita sit ut dicunt) prouidentiam esse necesse est: & in idipm incidunt, quod maxime fugiunt. Nondum enim natis animalibus aliquis utiq; prouidit ut nascerentur: ne orbis terræ desertus atq;

tus atq; incultus horreret. Vt autem de terra sine officio parẽtum nasci possent: necesse est magna ratione esse prouisum. Deinde ut humor ille concretus de terra in uarias imagines corporum fingeret. Item ut e folliculis quibus tegebantur accepta uidendi sentiendique ratione: tanq̃ ex aluo matrum profunderentur: mira inexplicabilisque prouisio est. Sed putemus id quoque casu accidisse: illa certe quæ sequuntur fortuita esse non possunt, ut terra continuo lacte manaret: ut aeris temperies esset æqualis. Q uæ si constat iccirco esse facta, ut animalia recenter edita uel haberent alimentum: uel non haberent periculum: necesse est ut aliquis diuina nescio qua ratione prouiderit. Q uis autem potest prouidere nisi deus? Videamus tamen an idipsum quod dictitãt fieri potuerit: ut homines nascerentur e terra: si consideret aliquis q̃diu & quibus modis educetur infans: intelliget profecto non potuisse terrigenas illos pueros sine ullo educatore nutriri. Fuit enim necesse q̃ pluribus mẽsibus iacere proiectos: donec confirmatis neruis mouere se, locumq; mutare possent: quod uix intra unius anni spacium fieri potest. Iam uide utrum ne ifans eodem modo & eodẽ loco quo est effusus iacere per multos menses ualuerit. An non humore illo terræ quod alimenti gratia ministrabat & sui corporis purgamẽtis in unum mixtis obrutus corruptusque moreretur. Itaque nullo modo fieri potest quin ab aliquo fuerit educatus nisi forte animalia omnia non tenera nata sunt: sed excreta quod ut dicerent nunq̃ uenit illis in mentem. Omnis ergo illa ratio impossibilis & uana est: si tamẽ ratio dici potest qua id agitur ut nulla sit ratio. Q ui enim dicit omnia sua sponte esse nata: nihilque diuinæ prouidentię tribuit: hic profecto rationem non asserit, sed euertit. Q uod si neq; quicq̃ sine ratione neq; nasci potest: apparet diuinam esse prouidẽtiam: cuius est proprium quod dicitur ratio. Deus igitur rerum omnium machinator fecit hominem: quod Cicero quanuis expers cælestium literarum uidit tñ: q̃ libro de legibus primo: hoc idem tradidit q̃ pphetæ cuius uerba subieci. Hoc animal prouidũ, sagax, multiplex, acutũ, memor, plenum rationis & consilii, quẽ uocamus hominem: præclara quadam conditione generatum esse á summo deo solum. Est enim ex tot animantium generibus atq; naturis particeps rationis & cogitationis: cum cætera sint omnia expertia. Vides ne hominem quanuis longe a ueritatis notitia remotum: tñ quoniam imaginem sapientiæ tuebatur, intelexisse non nisi á deo hominem potuisse generari? Sed tamẽ diuinis opus est testimoniis ne minus humana sufficiant. Sibylla hominem dei opus esse testatur.

Hõ sponte natꝰ e terra

Hõ generatꝰ a summo deo.

ὅσ μόνοσ ἐσίθεός κτίστης ἀκρέάτητος ὑπάρχων
ἀυτόσ δ' ἐσήριξε τύπον μορφῆς μερόπωντε
ἀυτός ἐ' μιξε φύσιν πάντων γενεῆς βιότοιο. ideſt qui solus creator inuictus liber. Ipse autem statuit figuram formæ hominum. Ipse miscuit naturam omnium in generatione uiræ. Eadem tamen sanctæ literræ continent. Deus ergo ueri patris officio functus est. Ipse corpus effinxit, ipse animam, qua spiramus infudit. Illius est totum: quicquid sumus. Q uomodo id fecerit, si nos oporteret scire, docuisset: sicut docuit cætera, quæ cognitionem nobis & pristini erroris & ueri luminis attulerunt.

¶ Quare duo ſexus mundi minoris, ideſt hominis: & quid ſit mors eius prima: quid ſecunda: & de primorum parentum culpa & pœna. Cap. XIII.

Vm ergo marem ad ſimilitudinem ſuam primum finxiſſet: tũ etiam fœminam cõfigurauit ad ipſius hominis effigiem: ut duo inter ſe pmixti ſexus: ppagare ſobolẽ poſſent: & oẽm terrã multitudine opplere. In ipſius ãt hoĩs fictione illaꝝ duaꝝ materierũ: quas inter ſe diximus eſſe cõtrarias: ignis & aqua cõcluſit, pfecitq; rationem. Ficto enim corpore ſpirauit ei animam de uitali fonte ſpiritus ſui: qui eſt perennis: ut ipſius mundi ex contrariis conſtantis elementis ſimilitudinem gereret. Conſtat enim ex aĩa & corpore, i. quaſi e cælo & terra: qñquidem anima qua uiuimus uelut e cælo oritur á deo: corpus e terra: cuius e limo diximus eſſe formatum: Empedocles quem neſcias utrum ne inter poetas an inter philoſophos numeres: q; de rerum natura uerſibus ſcripſit: ut apud Romanos Lucretius: & Varro quatuor elementa conſtituit, i. ignem: aerem: quam & terram: fortaſſe Triſmegiſtum ſecutus: qui noſtra corpora ex his quattuor elementis conſtituta eſſe dixit á deo. Habere namque in ſe aliquid ignis: aliquid aeris: aliquid aquæ: aliquid terræ: & neq; ignẽ eẽ: neq; aerẽ: neq; aquã: neq; terrã: quæ quidẽ falſa nõ ſunt. Nã terrę ratio in carne eſt: humoris in ſanguine, aeris in ſpiritu: ignis in calore uitali. Sed neq; ſanguis a corpore ſecerni poteſt: ſicut humor a terra: neq; calor uitalis a ſpiritu: ſicut ignis ab aere: á deo rerum omnium duo ſola reperiũtur elementa, quoꝝ omnis ratio in noſtri corporis fictione concluſa eſt. Ex rebus igitur diuerſis ac repugnãtibus hõ factus eſt: ſicut ipſe mundus: ex luce ac tenebris: ex uita & morte: quæ duo inter ſe pugnare in hoĩe præcepit: ut ſi aĩa ſupauerit quæ ex deo oriẽ, ſit imortalis, & in ppetua luce uerſeẽ. Si aũt corpus uicerit aiam, ditioniq; ſubiecerit, ſit i tenebris ſempiternis & i morte. Cuius nõ ea uis eſt, ut iniuſtas aĩas extĩguat oĩo, ſed ut puniat i æternũ. Eã pœnã ſecundã mortẽ noĩamus: q̃ eſt & ipſa ppetua ſicut & imortalitas. Primã ſic diffinimus. Mors ẽ naturæ aĩantiũ diſſolutio, uel ita. Mors eſt corpis aĩæq; ſeductio. Secũda uero ſic. Mors eſt æterni doloris perpeſſio, uel ita. Mors eſt aĩaꝝ p meritis ad æterna ſupplicia damnatio. Hæc mutas pecudes non atingit: quarum aĩæ nõ ex deo conſtantes: ſed ex cõi aere morte ſoluũtur. In hac igitur ſocietate cæli atq; terræ: quoꝝ effigies in hoĩe expreſſa eſt: ſupioreẽ ptẽ tenent ea quæ ſunt dei. Anima. ſ. quæ dominiũ corporis habet. Inferiorem aũt ea: quæ ſunt diaboli. Corpus utiq; quod quia terrenum eſt: animæ debet eſſe ſubiectum: ſicut terra cælo. Eſt. n. terra quaſi uaſculum: quo tanq̃ domicilio tẽporali ſpiritus cæleſtis utatur: utriuſq; officia ſunt: ut hoc quod eſt ex cælo: & deo iperet: illud uero quod terra eſt diabolo ſeruiat. Quod quidem non fugit hominem, neq̃ Salluſtium: qui ait: Sed omnis noſtra uis in animo & corpore ſita eſt: animi imperio: corporis ſeruitio magis utimur. Recte ſi ita uixiſſet ut locutus eſt. Seruiuit enim fœdiſſimis uoluptatibus, ſuamque ipſe ſententiam uitæ prauitate diſſoluit. Quod ſi anima ignis eſt (ut oſtendimus) in cælum debet eniti, ſicuti ignis ne extinguatur: hoc eſt ad immortalitatem quæ in cælo eſt. Et ſicut ardere ac uiuere

Empedocles phs & poeta.
Lucrecius phs & poeta.
Elementa quot & q̃.
Mors quotuples & quid.
Salluſtius homo neq̃

non

¶ Quod nõ Liber pater fuit iuẽtor uini: ſed Noe poſt diluuiũ. Et q̃ fuerit origo gentiũ: & q̃ primi habuerint ſciam aſtrorũ, & ignorãtiã dei. Cap. XIIII.

Diluuium Noe.

DEus autẽ poſtea cũ uideret orbẽ terræ malitia & ſceleribus oppletum: ſtatuit humanũ genus diluuio pdere, ſed tamẽ ad multitudinem reparandã delegit unũ: quod corruptis oĩbus ſingulare iuſtitiæ ſupererat exmplũ. Hic cũ ſexcentorũ eſſet annorũ: fabricauit arcam ſicut præceperat ei deus, in qua ipſe cum coniuge ac tribus filiis totidẽq; nuribus ſeruatus ẽ, cũ aqua uniuerſos mõtes altiſſimos operuiſſet. Deinde orbe ſiccato: execratus iniuſtitiam prioris ſeculi deus: ne rurſus longitudo uitæ cauſa eſſet excogitandorum malorum: paulatim per ſingulas progenies diminuit hoĩs ætatem. Atq; in centum &. xx. annis metam collocauit, quam tranſgredi non liceret. Ille uero cũ egreſſus eẽt ex arca, ut ſanctæ literræ docẽt, terram ſtudioſe coluit, atq; uineã ſua manu ſeuit. Vnde arguũtur qui authorẽ uini Libe rum putant. Ille. n. non modo Liberũ: ſed etiã Saturnũ atq; uranum multis anteceſſit ætatibus: qua ex uinea cũ primũ fructũ cepiſſet: lætus factus bibit uſq; ad ebrietatẽ, iacuitq; nudus. Quod cum uidiſſet unus ex filiis, cui nomen fuit Chã nõ texit patris nuditatẽ, ſed egreſſus etiam fratribus indicauit. At illi ſumpto pallio intrauerunt auerſis uultibus: patremq; texerunt. Quæ cum facta recognouiſſet pater, abdicauit atq; expulit filiũ. At ille profugus in eius terræ parte conſedit, quæ nunc Arabia nominat. Eaq; terra de nomine ſuo Chanaam dicta eſt: & poſteri eius Chananæi. Hæc fuit prima gens, quæ deũ ignorauit, quoniam prin-

Vini inuẽtor.

Arabia. Chananæi qui.

ceps eius & cõditor cultum dei a patre nõ accepit maledictus ab eo. Itáq; ignorantiam diuinitatis minoribus ſuis reliquit: Ab hac gente proximi quique populi multitudine increſcente fluxerunt. Ipſius autem patris poſteri hebræi dicti, penes quos religio dei reſedit, ſed & ab his poſtea multiplicato in immẽſum numero: cũ eos anguſtiæ locorum ſuorũ capere nõ poſſent, tum adoleſcentes, uel miſſi a parẽtibus, uel ſua ſpõte, cum rerum penuria cogeret: profugi ad quęrẽdas ſibi nouas ſedes, huc atq; illuc diſperſi, oẽs inſulas & orbem totũ replerũt: & a ſtirpe ſanctæ radicis auulſi, nouos ſibi mores, ac inſtituta pro arbitrio condiderũt. Sed omnium primi qui Ægyptum occupauerũt, cæleſtia ſuſcipere atq; adorare cœperũt. Et quia neq; domiciliis tegebant, propter aeris qualitatẽ: nec. n. ullis ĩea regione nubibus ſubtexit cælum: curſus ſiderum & defectus notauerunt, dum ea ſæpe uenerantes curioſius atq; liberius intuerentur. Poſtea deinde portentificas animaliũ figuras quas colerent, commenti ſunt quibuſdã ꝓdigiis inducti. Quorum mox authores aperiemus. Cæteri aũt q per terrã diſperſi fuerũt admirantes elementa mũdi: cælum, ſolem, terram, mare, ſine ullis imaginibus ac templis uenerabantur: Et his ſacrificia in aperto celebrabant, donec proceſſu temporum potentiſſimis regibus templa & ſimulacra fecerunt. Eaq; uictimis & odoribus colere inſtituerunt ſic aberrantes a notícia dei gentes eſſe cœperunt. Errant igitur qui deorum cultus ab exordio rerum fuiſſe contendunt, & priorem eſſe gentilitatem q̃ dei religionem: quam putant poſterius inuentam, quia fontem atq; originem ueritatis ignorant. Nunc ad principium mundi reuertamur.

Aſtrologi omnium primi.

¶ De

¶ De inquinatione angellorũ, & duobus generibus dæmonũ: qui ſe perſuaſerũt ut deos coli: quos ẽt familiares phi habuerũt: ut Socrates. Cap. XV.

VM ergo numerus hominum cœpiſſet & increſcere: prouidẽs deus ne fraudibus ſuis diabolus, cui ab initio terræ dederat poteſtatem: uel corrumperet, uel diſpergeret homines quos ĩ exordio fecerat, miſit angelos ad tutelam cultumq; generis humani. Quibus præcepit ante omnia ne terræ cõtagione maculati ſubſtantiæ cæleſtis amitterẽt dignitatem: ſcilicet id eos facere prohibuit: quod ſciebat eſſe facturos: ut ueniam ſperare nõ poſſent. Itaq; illos cum hominibns commorantes: dominator ille terræ fallaciſſimus: cõſuetudine ipſa paulatim ad uitia pellexit. Et mulierum congreſſibus inquinauit: Tum in cælum ob peccata quibus ſe immerſerant non recepti, ceciderunt in terram ſic eos diabolus ex angelis dei ſuos fecit ſatellites, ac miniſtros. Qui autem ſunt ex his procreati: quia neq; angeli neq; homines fuerunt, ſed mediam quandam naturam gerentes: non ſunt ad inferos recepti: ſicut in cælum parentes eorum. Ita duo genera dæmonum facta ſunt: unum cæleſte, alterum terrenum. Hi ſunt immundi ſpiritus malorum quæ gerũtur auctores: quorum diem diabolus eſt princeps. Vnde triſmegiſtus illũ dæmonarchen uocat. Dæmonas autem grãmatici dictos aiũt: quaſi δαίμονας, ideſt peritos ac rerum ſcios. Hos autem putant deos eſſe: ſciunt illi quidem futura multa, ſed non omnia: quippe quibus penitus conſilium dei ſcire non licet. Et ideo ſolẽt reſponſa in ambiguos exitus temperare. Eos poetæ & ſciunt eſſe dæmonas & loquuntur. Heſiodus ita tradit

τοὶμὲν δαίμονες ἐισὶδιὸς μεγάλου διὰβουλὰς
ἐσθλοὶ ἐπιχθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

ideſt hi quidem dæmones ſunt Iouis magni propter uolũtatem boni terreſtres cuſtodes mortaliũ hominum. Quod iccirco dictum, eſt quoniam cuſtodes eos humano generi deus miſerat, ſed ipſi cũ ſint perditores hoĩum, cuſtodes tamen ſe uocari uolunt: ut ipſi colantur, & deus non colatur. Philoſophi quoq; de his dixerunt. Nam plato etiam naturas eorum in ſympoſio exprimere cõatus eſt. Et Socrates eſſe circa ſe aſſiduum dæmona loquebatur, qui puero ſibi adhęſiſſet, cuius arbitrio & nutu ſua uita regeretur. Magorum quoq; ars omnis ac potentia horum aſpirationibus conſtat, a quibus inuocati uiſus hominum præſtigiis obcæcantibus fallunt: ut non uideãt ea quæ ſunt, & uidere ſe putent illa: quæ nõ ſunt. Hi ut díco ſpiritus contaminati, ac perditi per omnem terram uagãtur: & ſolatiũ perditionis ſuæ perdendis hominibus operãtur. Itaq; oĩa inſidiis: fraudibus: erroribus complent. Adhærẽt. n. ſingulis hoĩbus, & oẽs hoſtiatim domos occupant, ac ſibi geniorum nomen aſſumunt: ſic enim latíno ſermone dæmonas interprætantur. Hos in ſuis penetralibus conſecrãt. His cottidie merum profundũt, & ſcientes dæmonas uenerãtur: q̃ſi terreſtres deos & q̃ſi depulſores maloꝝ, quæ ipſi faciũt & irrogãt. Qui quoniam ſunt ſpũs tenues & ĩcomp̃henſibiles ĩſinuãt ſe corporibus hoĩum, & occulte in uiſceribus operti, ualitudinẽ uitiãt, morbos citant, ſomniis aĩos terrẽt: mentes furoribus quatiũt, ut homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere:

Angeli mulierum cõgreſſib⁹ inquinati.

Dæmonũ duo gña.

Dæmões unde.

Socratis dæmoniũ

Genii qui

¶ Quod hi prodesse putantur: cum nocere desinunt: nec possunt aliquid in eos q̄ in fide solidati sunt; sed sanctis subiecti; eis tanq̄ serui obediūt. Ca: XVI.

QVarum omnium fallaciarum ratio expertibus ueritatis obscura est. Prodesse enim eos putant, cum nocere desinunt, qui nihil aliud possunt q̄ nocere. Dicat fortasse aliquis colendos esse ergo ne noceant, siquidem possunt nocere. Nocerent illi quidem, sed his a quibus timentur, quos manus dei potens & excelsa non protegit, q̄ pfani sunt a sacramento ueritatis. Iustos autem idest cultores dei metuūt: cuius nomine adiurati de corporibus excedunt: quorum uerbis tāquam flagris uerberati non modo dæmonas se esse confitentur: sed etiam nomina sua edunt: illa quæ in templis adorantur: & quod plærunq; coram cultoribus suis faciunt: non utique in opprobrium religionis: sed honoris sui: quia nec deo per quem adiurantur: nec iustis quorum uoce torquentur: mentiri possunt. Itaque maximis sæpe ululatibus editis: uerberari se & ardere, & iam iamq; exire proclamant. Tantum habet dei cognitio, ac iustitia ptātis. Cui ergo nocere possunt: nisi his quos hñt in sua potestate? Deniq; affirmat eos Hermes: q̄ cognouerint deum, nō tantum ab incursionibus dæmonum tutos esse: uerum etiam ne fato quidem teneri. μία inquit: Φυλακὴ ἐυσέβεια. ἐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπους οὐδ' δαίμων κακός οὐτε εἱμαρμένη κρατεῖ. θεός γὰρ εὐεργετόν ἐυσεβῆ ἑκπαντός κακοῦ τὸ γὰρ ἓν καὶ μόνον ἐν ἀνθρώποις ἐσίν ἀγαθόν ευσέβεια. idest una inquit custodia pietas. Pium enim hominem: nec dæmon malus: nec fatum tenet. Nam deus liberat pium ab omni malo: q̄. n. unum: & solum in hominibus bonum est pietas. Quid sit autem ἐυσέβεια: idest pietas alio loco his uersibus testatur dicens. ἡ γὰρ ἐυσέβεια γνῶσις ἐσὶ τοῦ θεοῦ: idest pietas enim notio est dei. Asclepius auditor eius: eandem sententiam latius explicauit in illo sermone profecto quem scripsit ad regem. Vterq; uero dæmonas esse affirmat inimicos & uexatores hominū: quos iō Trismegistus ἀγγέλους πονηρούς: idest angelos malignos appellat: adeo non ignorat ex cælestibus deprauatos terrenos esse cœpisse.

Dæmões a xp̄ianis eiiciuntur.

Pietas hoī tutū p̄sidiū

Pietas qd.

¶ Quod hi astrologiam aruspicinam & omnes artes reprobas inuenerunt: & persuaserunt cultum idolorum per miracula: & uarias fallaciarum tendiculas. Cap. XVII.

IOrum inuenta sunt astrologia: & aruspicina & augurario: & ipsa quæ dicuntur oracula: & necromantia: & ars magica & quicquid præter ea malorum exercent homines, uel palam, uel occulte: quæ omnia per se falsa sunt, ut Sibylla erythræa testatur ἐπεὶ πλάνη πάντα τὰδ' ἐσίν ἄπερ ἄφρονες ἄνδρες ἐρευνῶσι κατὰ μαρ. i. quia error hæc oia sunt q̄ stulti hoies scrutanť cottidie. Sed idē ipsi authores p̄sentia sua faciūt ut uera eē credanť. Ita hoium credulitatē mentita diuinitate deludunt. q̄ illis uerū aperire nō expedit. Hi sunt qui imagines & simulacra fingere docuerunt, qui ut & hominū mētes a cultu ueri dei auerterent, & fictos mortuorum regū uultus & ornatos: exquisita pulchritudine statui consecrariq; fecerūt, & illoq; sibi

sibi nomina quasi personas aliquas induerunt. Sed eos magi & hi quos uere maleficos uulgus appellat: cum artes suas execrabiles exercent: ueris suis nominibus ciēt illis cælestibus: quæ in literris sanctis leguntur. Hi porro incæsti ac uagi spiritus: ut turbent omnia: & errores humanis pectoribus infundāt: serunt ac miscent falsa cum ueris. Ipsi. n. cælestes multos finxerunt esse & unū regem omniū Iouem: eo q̄ multi sunt spiritus angelorum in cælo, & unus parens ac dominus omnium deus. Sed ueritatem mentis nominibus inuolutam ex oculis abstulerunt. Nam deus (ut principio docui) neq; nomine (cum solus sit) eget, neque angeli cum sint immortales: dici se deos aut patiuntur, aut uolunt, quorum unum solumq; officium est seruire nutibus dei, nec omnino quicq̄ nisi iussu eius facere. Sic enim mundum regi á deo dicimus: ut a rectore prouinciam. Cuius apparitores nemo socios esse in regenda prouincia dixerit: q̄uis illorū ministerio res geratur. Et hi tamen possunt aliquid præter iussa rectoris, per ipsius ignorātiam quæ ē conditionis humanæ. Ille autem præses mundi, & rector uniuersi, qui scit omnia, cuius diuinis oculis nihil septum est: solus habet rerum omnium cum filio suo potestatem: nec est in angelis quicq̄: nisi parendi necessitas. Itaq; nullum sibi honorem tribui uolunt, quoq; honor in deo est. Illi aūt q̄ desciuerūt a dei ministerio: qa sunt ueritatis inimici & præuaricatores, dei nomen sibi & cultū deorum uendicare conātur: nō q̄ ullum honorē desiderēt. Quis enim honor pditis est? nec ut deo noceant, cui noceri non potest: sed ut hominibus quos nituntur a cultura & noticia ueræ maiestatis auertere: ne immortalitatem adipisci possint, quam ipsi sua nequitia perdiderunt. Offundūt itaq; tenebras, & ueritatē caligine obducūt, ne dominum, ne patrem suum norint, & ut illiciant, facile in templis se occulunt, & sacrificiis omnibus præsto adsunt. Eduntq; sæpe prodigia, quibus obstupefacti homines fidem commodent simulacris diuinitatis ac numinis. Inde est q̄ ab augure lapis nouacula incisus est: & q̄ Iuno ueiensis migrare se Romam uelle respondit: q̄ Fortuna muliebris periculum denunciauit: q̄ Claudiæ manum nauis secuta ē, q̄ in sacrilegos & iuno nudata, & Locrensis Proserpina, & Ceres Milesia uindicauit, & hercules de Appio, & iuppiter de Atinio, & Minerua de Cæsare. Hinc q̄ serpens urbem Romam pestilentia liberauit Epidauro accersitus. Nam illuc dæmoniarches ipse in figura sua sine dissimulatione perductus est, siquidem legati ad eam rem missi draconē secum miræ magnitudinis attulerunt. In oraculis autem uel maxime fallunt: quorum præstigias profani a ueritate intelligere nō possunt. Ideoq; ab illis attribui putant, & imperia, & uictorias, & opes, & euētus prosperos rerum. Deniq; ipsorum nutu sæpe rēpublicam periculis iminentibus liberatam. Quæ pericula & responsis denunciauerunt, & sacrificiis placati auerterunt. Sed omnia ista fallaciæ sunt. Nam cum dispositiones dei præsentiant, quippe qui ministri eius fuerunt: interponunt se in his rebus, ut quæcunq; á deo, uel facta sunt uel fuerunt: ipsi potissimum facere, aut fecisse uideantur. Et quoties alicui populo uel urbi secundum dei statum boni quid impendet, illi se id facturos, uel prodigiis, uel somniis, uel oraculis policentur: si sibi templa, si honores, si sacrificia tribuantur. Quibus datis cum illud

Magorū carmina.

Dæmonū præstigiæ.

Accii Nauii cos. Iuno moneta.

acciderit: quod neceſſe eſt ſummam ſibi pariunt uenerationem. Hinc templa deuouentur: & nouæ imagines conſecrantur: mactantur greges hoſtiarum. Sed cum hæc facta ſunt nihilominus tamen, & uita & ſalus eorum, qui hæc fecerint, imolantur. Quoties autem pericula impendent: ob aliquam ſe ineptam & leuem cauſam profitentur iratos: ſicut Iuno Varroni: q̄ formoſum puerum in templo Iouis ad excubias tenendas collocarat, & ob hanc cauſam Romanum nomen apud Cannas penè deletum eſt. Quod ſi Iuno alterum Ganymedem uerebatur: cur iuuentus Romana luit pœnas? Vel ſi dii tantūmodo duces curant: cæteram multitudinem negligunt. Cur Varro ſolus euaſit, qui hoc fecit. Et paulus qui nihil meruit occiſus eſt? Videlicet nil tunc Romanis accidit fatis Iunonis inique cum Hannibal duos exercitus populi Romani & aſtu & uirtute cōfecit. Nam Iuno audere non poterat aut Carthaginem defendere: ubi arma eius & currus fuit: aut romanis nocere: quia progeniem troiano a ſanguine duci Audierat: tyrias olim quæ uerteret arces. Sed illorum ſunt iſti luſus: qui ſub nominibus mortuorum deliteſcentes uiuentibus plagas tendunt: itáque ſiue illud periculum quod imminet uitari poteſt: uideri uolunt id placati auertiſſe: ſiue non poteſt, id agunt, ut propter illorum contemptum accidiſſe uideatur. Itáque ſibi apud homines qui eos neſciunt auctoritatem ac timorem pariunt. Hac uerſutia & his artibus noticiam ueri, ac ſingularis dei apud omnes gentes inueteraue runt. Suis enim uitiis perditi ſæuiunt, & craſſantur, ut perdant. Iccirco etiam humanas hoſtias excogitauerunt: ipſi hoſtes humani generis, ut q̄ multas deuorarent animas.

Cannenſis clades uñ.

¶ Cur deus humano generi ſic patiatur illudi, & q̄ tribus de cauſis uana eſt eorum religio. Cap. XVIII.

DIcet aliquis: cur ergo deus hæc fieri patitur? nec tam malis ſuccurrit erroribus? ut mala cum bonis pugnent, ut uitia ſint aduerſa uirtutibus: ut habeat alios quos puniat, alios quos honoret. Vltimis enim temporibus ſtatuit de uiuis ac mortuis iudicare, de quo iudicio mihi erit in ultimo libro diſputatio. Differt ergo donec ueniat, temporum finis: quo effundat iram ſuam in poteſtate ac uirtute cæleſti: ſicut uatum prædicta priorum terribili monitu horrificāt. Nunc autem patitur homines errare, & aduerſum ſe quoq; impios eſſe: ipſe iuſtus & mitis: & patiēs. Nec enim fieri poteſt: ut non is in quo perfecta ſit uirtus: ſit etiam perefecta patientia. Vnde quidam putant: ne iraſci quidem deum omnino: q̄ affectibus qui ſunt perturbationes animi ſubiectus non ſit: qa fragile eſt omne aīal, qđ afficit & cōmouet.

Deum nō iraſci.

De ira dei ſcripturū ſe pollicet

Quæ pſuaſio ueritatē atq; religionē funditus tollit. Sed ſeponat iterim locus hic nobis de ira dei diſſerēdi: q̄ & uberior eſt materia, & opere proprio latius exequēda. Illos ergo nequiſſimos ſpiritus quiſquis ueneratus fuerit, & ſecutus: nec cælo, nec luce potietur: quæ ſunt dei: ſed in illis decidet, quæ in diſtributione rerum attributa eſſe ipſi malorum principi diſputauimus: in tenebras: ſcilicet & inferos: & in ſumpplicium ſempiternum. Docui religiones deorum triplici ratione uanas eſſe. Vna q̄ ſimulacra ipſa quæ coluntur, effigie ſint hominum mortuorum. Eſt

rum. Eſt autem peruerſum & incongruens, ut ſimulacrum hominis a ſimulacrō dei colatur. Colit enim quod eſt deterius & imbecillius. Tum ĩexpiabile facimus eſſe: deſerere uiuētem, ut defunctorum monumentis ſeruias: qui nec uitam, nec lucem dare cuiq̄ poſſunt: qua ipſi carent. Nec eſſe alium quenq̄ deum: præter unum: cuius iudicio, ac poteſtati omnis anima ſubiecta ſit. Altero q̄ ipſæ imagines ſacræ: qbus inaniſſimi hoīes ſeruiunt: oī ſenſu carent: qm̄ terra ſint. Quis autem non intelligat nefas eſſe, rectum animal curuari: ut adoret terram? quæ iccirco pedibus noſtris ſubiecta eſt: ut calcanda nobis: non adoranda ſit: qui ſumus ideo excitati: & ex eo ſtatum ſublimem præter cæteras animantes accepimus: ut non reuoluamur deorſum: ne hunc cæleſtem uultum proiiciamus ad terram. Sed oculos eō dirigamus: quo illos naturæ ſuæ conditio direxit: nihilq; aliud adoremus: nihil colamus: niſi ſolum artificis parentiſq; noſtri unicum numen: qui propterea hominem rigidum figurauit: ut ſciamus nos ad ſuperna & cæleſtia prouocari. Tertio q̄ ſpiritus qui præſunt ipſis religionibus: condemnati & abiecti adeō per terram uolutentur: qui non tantum nihil præſtare cultoribus ſuis poſſint: quoniam rerum poteſtas penes unum eſt. Verum etiam mortiferis eos illecebris & erroribus perdāt: quoniam hoc illis cottidianum eſt opus: tenebras hominibus obducere, ne quæratur ab illis uerus deus. Non igitur colendi ſunt: quia ſententiæ dei ſubiacent. Eſt enim piaculum maximum addicere ſe poteſtati eorum: quibus ſi iuſtitiam ſequare potētior eſſe poſſis: & eos adiuratione diuini nominis expellere ac fugare. Quod ſi apparet religiōes iſtas tot modis eē uanas: quibus docui: manifeſtum eſt eos qui uel mortuis ſupplicāt: uel terrā uenerantur: uel ſpiritibus impuris animas ſuas mancipant: rationem hominum non tenere: eoſq; impietatis, ac ſceleris ſui ſupplicia penſuros, qui rebelles aduerſus parentem generis humani deum: ſuſceptis inexpiabilibus ſacris fas omne uiolauerunt.

Hō cura deo rigidū ẽ figurat.

¶ Quod in cultu ſimulacrorum nulla poteſt eſſe religio: Nam a ſimulatione id eſt a fallacia dicta ſunt. Cap. XIX

QVicumq; igitur ſacramentum hominis tueri rationemq; naturæ: ſuæ nititur obtinere, ipſe ſe ab humo ſuſcitet, & erecta mēte oculos ſuos tendat in cælum: non ſub pedibus quærat deum, nec a ueſtigiis ſuis eruat quod adoret: quia quicquid homini ſubiacet, infra hominem ſit neceſſe eſt. Sed quærat in ſublimi, quærat in ſummo, quia nihil poteſt homine maius eſſe: niſi quod fuerit ſupra hominem. Deus autem maior eſt homine: ſupra ergo non infra eſt. Nec in ima potius: ſed in ſumma regione quærendus eſt. Quare non eſt dubium: quin religio nulla ſit, ubicunq; ſimulacrum eſt. Nam ſi religio ex diuinis rebus eſt, diuini autem nihil eſt: niſi in cæleſtibus rebus. Carēt ergo religone ſimulacra, quia nihil poteſt eſſe cæleſte in ea re que fit ex terra, quod qdē de noīe ipſo ſapienti apparere poteſt. Quicquid enim ſimulatur, id falſum ſit neceſſe eſt, nec poteſt unq̄ ueri nomē accipere, quod ueritatem fuco & imitatione mentitur. Si autem omnis imitatio nō res potiſſimum ſeria, ſed quaſi ludus ac iocus eſt, nō religio in ſimulacris, ſed mi

Simulacrū unde.

mus relegiõis est. Præferẽdũ est igit̃ uer̃ oĩbus falsis. Calcãda terrena ut cælestia cõsequamur. Ita.n.res se hẽt, ut q̃sq; aĩam suã cuius origo de cælo ẽ, ad iferna & ima ꝓstrauerit cõ cadat quo se ipse deiecerit, lõq; opoter rõnis ac status sui memorem, non nisi ad superna niti semper, ac tendere. Quod qui fecerit hic planẽ sapiens, hic iustus, hic homo, hic cælo deoq; dignus iudicabitur: quem suus parens non humilem, nec ad terram more quadrupedum abiectum: sed stantem potius ac rectum sicut eum fecit agnouerit.

¶ Breuis epilogus quo dicit: gentibus superatis sibi a philosophis grauius imminere certamen. Cap. XX.

Eracta est igitur (ni fallor) magna & difficilis suscepti operis portio, & maiestate cælesti suggerente nobis dicendi facultatem inueteratos depulimus errores. Nunc uero maior nobis, ac difficilior cum philosophis proposita luctatio est: quorum summa doctrina, & eloquentia quasi moles aliqua mihi opponitur. Nam ut illic multitudine ac prope consensu omnium gentium premebamur: ita hic auctoritae præstantiũ omni genere laudis uirorum. Quis autem nesciat plus eẽ momenti in pauciorib̃ doctis: q̃ in pluribus imperitis? Sed nõ est desperandum, istos quoque de sententia deo, ac ueritate ducibus posse depelli. Nec tam pertinaces fore arbitror: ut clarissimum solem sanis, ac patentibus oculis uidere se negent. Modo illud uerum sit: quod ipsi solent profiteri studio inuestigandæ ueritatis se teneri. Efficiam profecto: ut quæsitam ueritatem diu, & aliquando inuentam esse credant, & humanis ingeniis inueniri non potuisse fateantur.

Docti pauciores pluris q̃ multi imperiti.

¶ .L. Cœlii Lactãtii Firmiani diuinar̃ institutionũ aduersus gẽtes Liber tertius

¶ De falsa sapientia ad Constantium imperatorem.

¶ Comendatur in primis ueritas, & omnium præfertur eloquentiæ, & quare eam nõ sint assecuti philosophi, aperitur: & quare stilo simplici sacra scribantur eloquia: & q; philosophis tunc maxime credendum est: cum suam ignorantiam profitentur. Cap. I.

Ciceron. eloquẽtia admirabilis

Vellem mihi quoniam ueritas in obscuro latere adhuc existimatur uel errore atq; imperitia uulgi uariis, & ineptis superstitionibus seruientis: uel philosophis prauitate ingenior̃ turbantibus eam potius q̃ illustrantibus, etsi nõ qualis in. M. Tullio fuit: quia præcipua & admirabilis fuit: aliquam tamen proximam eloquentiæ contingere facultatem: ut quantum ueritas ui sua propria ualeat, tantum ingenii quoq; uiribus nixa exerceret se aliquando: & discussis conuictisq; tam publicis q̃ eorum qui sapientes putantur erroribus, humano generi clarissimum lumen inferret. Quod quidem duabus ex causis fieri uellem, uel q; magis possent credere homines ornatæ ueritati, qui etiam mendacio credunt: capti orationis ornatu lænocinioque uerborum: uel certe: ut ipsi philosophi suis armis potissimum

simum, quibus placere sibi & confidere solent, opprimerentur a nobis. Sed quoniam deus hanc uoluit rei esse naturam, ut simplex & nuda ueritas esset lucu lentior: quia satis ornata per se est. Ideoq; ornamentis extrinsecus additis fucata corrumpitur. Mendacium uero specie placet aliena, quia per se corruptum uanescit ac defluit: nisi aliunde ornatu quæsito circunlitum fuerit, ac politum: æquo animo fero ingenium mihi mediocre fuisse concessum. Verũm ego non eloquẽtiæ, sed ueritatis fiducia suscepi hoc opus fortasse maius q̃ possit meis uiribus substineri: quod tamen etiã si ego defecerim: deo (cuius est hoc munus) adiuuãte, ueritas ipsa complebit. Etenim cum sciam maximos quoq; oratores á causidicis mediocribus sæpe uictos: q; tanta est potentia ueritatis: ut seipsam quamuis in rebus exiguis sua claritate defendat. Cur hãc ego in maxima causa ab ingenio sis quidem illis ac disertis uiris: sed tamen falsa dicentibus oppressum iri putẽ? ac non illa si minus oratione nostra: quæ de tenui fonte admodum exilis emanat: lumine tamen suo clara, & illustris appareat? Nec si philosophi doctrina literarum mirabiles extiterint: ego etiam illis scientiam ueri cognitionemque concesserim: quam nemo cogitando, aut disputando assequi potest. Neq; enim nunc reprehendo eorum studium: qui ueritatem scire uoluerunt: quia naturam hominis deus ueri adipiscendi cupientissimam fecit. Sed id arguo: id reuinco: q; honestam illorum & optimam uoluntatem non sit secutus effectus: quia neque quid esset uerum ipsum sciebãt: neque quomodo aut ubi aut qua mente quærendum. Ita dũ succurrere humanis erroribus cupiunt, ipsi se in palagas & errores maximos induxerũt. Ad hoc igitur me opus coarguendi philosophiam: suscepta materiæ ordo ipse deduxit. Nam cũ error oĩs, aut ex religione falsa oriat̃: aut ex sapientia in eo conuincendo necesse est utrunq; subuertere. Cum enim sit nobis diuinis literis traditum, cogitationes omnium philosophorum stultas esse, id ipsum re & argumẽtis docendum est: nequis honesto sapientię nomine inductus, aut inanis eloquentiæ splendore deceptus, humanis malit q̃ diuinis credere: quæ quidem tradita sunt breuiter ac nude. Nec enim decebat aliter, ut cũ deus ad hominem loqueretur, argumentis assereret suas uoces, tanq̃ fides ei nõ haberetur, sed ut oportuit est locutus: quasi rerum omnium maximus iudex, cuius non est argumentari, sed pronũciare uerum: Ipse ut deus. Nos autem cum ad res singulas testimonia diuinæ uocis habeamus profecto monstrabimus, quanto certioribus argumentis possint uera defendi, cum etiam falsa sic defendantur, ut uera soleant uideri: quare non est q; philosophis tantum honoris habeamus, ut eorum eloquentiam pertimescamus. Loqui enim bene potuerunt ut homines eruditi: uere autem loqui nullo modo: quia ueritatem non didicerant ab eo qui eius potens esset. Nec sane magnum aliquid efficiemus: q; illos ignorantiæ redarguemus, quam ipsi sæpissime cõfitentur in eo solo: quoniam non eis creditur in quo solo credi debuit: conabor ostendere nunquam illos tam ueridicos fuisse, q̃ cum sententiam de sua ignoratione dixerunt:

Veritas nuda lucu lentior.

Hõ natura sciendi cupiẽtissim⁹.

¶ Quod ipso nomine philosophiæ conuincitur q̃ inanis fuerit gentiliter philosophantium occupatio. Cap. II.

NVnc quoniam duobus ſuperioribus libris religionum falſitas demonſtrata eſt: nec non origo ipſa totius erroris expoſita: huius libri munus eſt philoſophiam quoq; oſtendere: q̃ inanis & falſa ſit, ut omni errore ſublato, ueritas patefacta clareſcat. Ordinamur itá q; a communi philoſophiæ nomine: ut ipſo capite deſtructo: facilior nobis aditus pateat ad excidendum omne corpus: ſi tamen poteſt corpus uocari: cuius partes ac membra diſcordẽt: nec ulla compage inter ſe cohæreant ſed quaſi diſiecta, & diſſipata palpitare potius q̃ uiuere uideãtur. Phīa quid Philoſophia eſt (ut nomen indicat) ipſiq; diffiniunt: ſtudium ſapientiæ. Vnde igitur probem magis philoſophiam non eſſe ſapientiam: q̃ ex ipſius nominis ſignificatiõe? Q ui enim ſapientiæ ſtudet: utiq; nondum ſapit: ſed ut ſapere poſſit ſtudet. In cæteris artibus ſtudium qd efficiat: & quo tendat, apparet: quas cum diſcendo aliquis aſſecutus eſt: iam non ſtudioſus artificii, ſed artifex nominatur. At enim uerecundiæ cauſa ſtudioſos ſe ſapientiæ: non ſapientes uocauerunt. Phīæ nomẽ a quo primum. Immo uero Pythagoras qui hoc primus nomen inuenit: cum paulo plus ſaperet q̃ illi priores: qui ſe ſapiẽtes putauerunt: intellexit nullo humano ſtudio poſſe ad ſapientiam peruenirí. Et ideo non oportere incompræhenſæ atq; imperfectæ rei perfectum nomen imponi. Itáq; cum ab eo quæreretur: quemnam ſe profiteretur. Reſpondit philoſophum: ideſt quæſitorem ſapientiæ. Si ergo philoſophia ſapientiam quærit: nec ipſa ſapiẽtia eſt: quia neceſſe eſt aliud eſſe quod quærit: aliud quod quæritur: nec quæſitio ſapiẽtiæ recta eſt: quia nihil poteſt inuenire. Ego uero ne ſtudioſos quidem ſapientiæ philoſophos eſſe conceſſerim, quia illo ſtudio ad ſapientiam non peruenitur. Nam ſi facultas inueniendæ ueritatis huic ſtudio ſubiaceret: et ſi eẽt id ſtudium tanquam iter ad ſapiẽtiam: aliquando eſſet inuenta. Cũ uero tot temporibus: tot ingeniis in eius inquiſitione contritis: non ſit compræhenſa: apparet nullam eſſe ibi ſapientiam. Non ergo ſapientiæ ſtudent, qui philoſophantur: ſed ipſi ſtudere ſe putant, quia illud quod quærunt, ubi aut quale ſit neſciunt. Siue ergo ſapientiæ ſtudent, ſiue non ſtudent: ſapientes non ſunt: quia nunquam reperiri poteſt: quod aut non recte quæritur: aut omnino non quæritur.

¶ Ex quibusrebus philoſophia conſtet. Et quis fuerit auctor academicæ ſectæ, quæ nihil certe diffinit: ſolamq; opinionem eſſe in philoſophia gentilium, qui iõ plus audent: quia errores eorum non arguit niſi deus. Cap. III.

VIdeamus tamẽ idipſum poſſit ne hoc ſtudio reperiri aliquid, an nihil. Phīa ꝓſtat ſcīa & opinatione. Duabus rebus uidetur philoſophia conſtare: ſcientia & opinatione: necu lla alia re. Scientia ab ingenio uenire non poteſt: nec cogitatione compræhẽdi: quia in ſeipſo habere propriam ſcientiam, non hominis ſed dei eſt. Mortalis autem natura non capit ſcientiam: niſi quæ ueniat extrinſecus. Scīa pariẽ extriſecꝰ. Iccirco enim oculos, & aures, & cæteros ſenſus patefecit in corpore diuina ſollertia, ut per eos aditus ſcientia perueniret ad mentẽm. Nam cauſas naturalium rerum diſquirere: aut ſcire uelle ſol utrũ ne tãtus quãtus

tus quantus uidetur an multis partibus maior ſit, q̃ omnis hæc terra. Itẽ luna globoſa ſit, an cõcaua, & ſtellæ utrum ne cohęreant cælo, an per aerem libero curſu ferantur. Cælum ipſum qua magnitudine: qua materia conſtet: utrum quietum ſit an mobile: an incredibili celeritate uoluatur. Q uanta ſit terræ craſſitudo: aut quibus fundamentis librata & ſuſpenſa ſit. Hæc inquam diſputando & coniecturis uelle comprehendere: tale eſt profecto: quale ſi differere uelimus: qualem eſſe arbitramur cuiuſpiam remotiſſimæ gentis urbem: quam nunquam uidimus: cuiuſq; nihil aliud quam nomen audiuimus. Si nobis in ea re ſcientiam uẽdicemus, quæ non poteſt ſciri nonne inſanie uidemur: qui id affirmare audeamus: in quo reuinci poſſimus? Q uanto magis qui naturalia quæ ſciri ab homine non poſſunt, ſcire ſe putant: furioſi dementeſque ſunt iudicandi? Recte ergo Socrates: & eum ſecuti academici ſcientiam ſuſtulerũt: quæ non diſputantis ſed diuinantis eſt. Supereſt ut opinatio in philoſophia ſola ſit. Nam unde abeſt ſcientia: id totum poſſedit opinatio. Id enim opinatur quiſq; quod neſcit. Illi autem qui de rebus naturalibus diſputant: opinãtur ita eſſe ut diſputant. Neſciunt igitur ueritatem: quoniam ſcientia certi eſt: opinatio incerti. Redeamus ad illud ſuperius exemplum. Agé opinemur de ſtatu & qualitate urbis illius: quæ nobis rebus omnibus præter nomen ignota eſt. Veriſimile eſt in plano ſitam lapideis mœnibus: ædificiis ſublimibus: uiis pluribus, magnificis ornatiſq; delubris. Deſcribamus ſi placet mores habitumq; ciuium. Sed quũ hæc dixerimus: alius cõtraria diſputabit: & cum hic quoque perorauerit, ſurget & tertius, & alii deinceps, & opinabuntur multo diſparia: q̃ nos ſumus opinati. Q uid ergo erit ex omnibus ueri certius? Fortaſſe nihil. At omnia ſunt dicta: quæ in rerum natura cadunt: ut neceſſe ſit aliquid eorum eſſe uerum. At necieſtur quis uerum dixerit, poteſt fieri, ut omnes ex parte aliqua errauerint: ex parte attigerint ueritatem. Stulti ergo ſumus ſi hoc diſputatione quæramus. Poteſt enim ſuperuenire aliquis: qui opiniones noſtras derideat, noſque pro inſanis habeat: qui uelimus id quod neſcimus: quale ſit opinari. Verum non opus eſt longe poſita conquirere. Vnde nemo fortaſſe ueniat, qui nos redarguat. Agé opinemur, quid nunc in foro geratur: quid in curia: Longum eſt id quoq;, dicamus: interpoſito uno pariete quid fiat: nemo põt id ſcire: niſi qui audiuerit, aut uiderit. Nullus enim audet id dicere: quia ſtatim non uerbis ſed reipſa præſenti refutabitur. Atqui hoc idem faciunt philoſophi: qui diſputant in cælo quid agatur: ſed eó id impune facere arbitrantur, quia nullus exiſtit, qui errores eorum coarguat. Q uod ſi exiſtimarent deſcenſurum eſſe aliquem, qui eos delirare ac mentiri diceret: nunquam quicq̃ de his rebus, quas ſcire non poſſunt, diſputarent. Nec tamen ideo felicior putanda eſt eorum impudẽtia & audacia, quia nõ redarguũtur. Redarguit enim deus: cui ſoli ueritas nota eſt: licet cõuiuere uideatur, atq; hominum ſapientiam pro ſumma ſtultitia computat.

Solis magnitudo. Luna globoſa an cõcaua. Cæli magnitudo & materia.

Academici ſcientiã ſuſtulerũt. Opin at quid.

¶ Q uomodo Zeno & Socrates totam philoſophiam ſuſtulerunt de medio: & quaſi quodam ciuili bello confecta eſt armis. Cap. IIII.

Opinationem stoici sustulerũt.

PEcte igitur Zeno ac stoici opinationem repudiarunt. Opinari enim te scire: quod nescias non est sapientis, sed temerarii potius ac stulti. Ergo si neq; sciri quicquam potest (ut Socrates docuit) nec opinari oportet (ut Zeno) tota philosophia sublata est. Quid q; nõ tãtum ab his duobus euertitur: qui philosophię principes fuerunt se ab omnibus: ut iam uideatur, iampridem suis armis esse cõfecta: in multas sectas philosophia diuisa est: & omnes uaria sentiunt: In qua ponimus ueritatem? in omnibus certe non potest: designemus quãlibet nempe cæteris in omnibus sapientia non erit. Transeamus ad singulas. Eodem modo quicquid uni dabimus: cæteris auferemus. Vnaquæq; enim secta omnes alias euertit, ut se suaq; confirmet. Nec ulli alteri sapere concedit, ne desipere fateatur, sed sicut alias tollit: sic ipsa quoq; ab aliis tollitur omnibus. Nihilominus enim philosophi sunt, qui eam stultitiæ accusant. Quamcumq; laudaueris: ueramq; dixeris, a philosophis uituperatur ut falsa. Credemus ne igitur uni: se suamq; doctrinam laudanti, an multis unius alterius ignorantiam culpantibus? Rectius ergo sit necesse est q; plurimi sentiunt; q̃ quod unus. Nemo enim potest de se recte iudicare, quod nobilis poeta testatur. Ita enim comparatam esse hominum naturam omnium ut aliena melius uideãt & diiudicent, q̃ sua. Cum igitur omnia incerta sint: aut omnibus credendum sit, aut nemini. Si nemini, sapientes ergo nõ sunt: quia singuli sapientes esse se putant: si omnibus æquẽ non sunt sapientes: quia singuli ab omnibus esse negantur sapientes. Pereũt igitur uniuersi hoc modo: & tãquam sparti illi poetarum: sic se inuicem iugulant: ut nemo ex omnibus restet. Quod eo fit: quia gladium habent: scutum non habent. Si ergo singulæ sectæ multarum sectarum iudicio stultitiæ conuincuntur: omnes igitur uanæ atq; inanes reperiunt̃. Ita seipsam philosophia cõsumit & conficit. Quod cum intelligeret Arcesilas Academiæ cõditor reprehensiones omnium iter se collegit cõfessionemq; ignorãtiæ clarorum philosophorum, armauitq; se aduersus omnes. Iatq; cõstituit nouam nõ philosophãdi philosophiam. Eó igit̃ autore duo phiæ genera esse cæperũt. Vnũ illud uetus quod sciẽtiam sibi uẽdicat. Alterum nouũ repugnãs: quod eam detrahit. In his duobus generibus uideo dissidiũ, & quasi ciuile bellũ, sapiẽtiam quæ distrahi nõ potest, in qua parte ponemus? Si natura rerum sciri potest, hæc tironum caterua iteribit, si nõ potest, ueterani cõficiẽtur. Si pares fuerit, nihilomius peribit dux omnium philosophia: quia distracta est. Nihil enim põt sine iteritu suo sibi esse cõtrarium. Si autem (ut docui) nulla põt esse i homine iterna & propria sciẽtia: ob fragilitatem cõditiõis humanæ Arcesilæ manus uicit. Sed ne ipsa quidem stabit, quia nõ potest omnino nihil sciri.

Sparti qui.

Arcesilas Academiæ conditor.

¶ Cõtra academicos q; multa scire & natura rerũ, & uitę necessitas cogit. Ca. V.

Sciri q̃dã contra academicos.

SVnt enim multa quæ natura ipsa nos scire, & usus frequẽs & uitæ necessitas cogit. Itaq; pereũdũ est nisi scias quæ ad uitã sunt utilia ut appetas, quæ piculosa, ut fugias & uites. Præterea multa sũt quæ usus iuenit. Nam solis ac lunæ uarii cursus, & meatus sideru̇, & ratio temporũ deprehensa est, & natura corporum a medicis herbarum

herbarumq; uires, & ab agricolis natura terrarum, nec nõ hymbrium futurorũ, ac tempestatum signa collecta sunt. Nulla deniq; ars est, quæ non scientia cõstet. Debuit ergo Arcesilas, siquid saperet, distinguere: quę sciri possent: quæue nesciri. Sed si id fecisset: ipse se in populum redegisset. Nam uulgus interdum plus sapit: quia tantum quantum opus est: sapit. A quo si quæras utrum sciat aliquid an nihil: dicet se scire quæ sciat: fatebitur se scire quæ nesciat. Recte ergo aliorum sustulit disciplinas. Sed non recte fundauit suam. Ignoratio enim rerum omniũ non potest esse sapientia: cuius ẽ scire proprium. Ita cum philosophos expugnauerit: ac docuerit eos nihil scire: ipse quoq; nomen philosophi perdidit: quia doctrina eius est nihil scire. Nam qui alios reprehendit, q; nesciant: ipse debet sciens esse. Cum autem nihil sciat: quæ peruersitas: quæue insolentia est: ob dipsum se philosophum cõstituere ppter qd̃ cæteros tollat? Possunt enim sic respõdere: si nihil nos scire conuiceris: & ideo non esse sapientes: quia nihil sciamus: ergo ne tu quidem es sapiens: quia te quoq; cõfiteris nihil scire. Quid ergo promouit Arcesilas nisi q; confectis omnibus philosophis, se ipsum quoq; eodẽ mucrone transfixit. Nusq̃ ne igitur sapientia est.

¶ Quomodo sapientia in medio errantium fuerit. Et acadæmici contra physicos: & physici contra acadæmicos dimicauerint. Et quæ sint asystatarum exempla quæstionum. Et q; rationes cælestium, siue naturalium sciri non possint. Cap. VI.

Sciri q̃dã non oia.

NVsq̃ ne igitur sapientia est? Immo uero inter philosophos fuit, sed nemo uidit. Alii putauerunt sciri posse omnia: hi sapientes utiq; non fuerunt. Alii nihil: ne hi quidem sapientes fuerunt. Illi quia plus homini dederunt, hi quia minus. Vtrisq; in utranque partem modus defuit. Vbi ergo sapientia est, ut neque te omnia scire putes, quod dei est, neq; omnia nescire quod pecudis. Est enim aliquid medium quod sit hominis, idest scientia cum ignoratione coniuncta, & temperata. Scientia in nobis ab anima est, quæ oritur e cælo: ignoratio a corpore quod est e terra. Vnde nobis & cum deo & cum animalibus est aliqua communitas. Ita quoniam ex his duobus constamus elementis, quorum alterum luce præditum est: alterum tenebris: pars nobis data est scientiæ, pars ignorantiæ: per hunc quasi pontem transire sine cadendi periculo licet. Nam si illi omnes qui in alteram partem inclinauerunt, aut dextro, aut sinistro uersus ceciderunt. Vtraque autem pars quomodo errauerit dicam. Academici contra physicos ex rebus obscuris argumentati sunt nullam esse scientiam, & exemplis paucarum rerum incomprehensibilium contenti: amplexi sunt ignoratiam, tanq̃ scientiam totam sustulissent, quia in partem sustulerant. Physici contra ex his quæ aperta sunt, argumentum trahebant omnia sciri posse: contentique perspicuis retinebant scientiam, tanq̃ totam defendissent, quia ex parte defenderant. Itaq; neque hi clara, neque illi obscura uiderunt, sed utrique dum solam scientiam consertis manibus, uel retinent, uel eripiunt: non uiderunt in medio constitutam fore, quæ illos ad sapientiam transmitteret. Verũm Arcesilas ignoran-

tiæ magiſter:cum Zenoni obtrectaret principi ſtoicorũ: ut totam philoſophiam euerteret(autore Socrate)ſuſcepit hanc ſententiã:ut affirmaret nihil ſciri poſſe. Itaq; coarguit æſtimationem philoſophorum, qui putaſſent ingeniis ſuis erutã eſſe atq; inuentam ueritatem:uidelicet quia mortalis fuerat illa ſapientia: pauciſq; ante temporibus inſtituta:ad ſummum iã incrementũ peruenerat: ut iam neceſſario conſeneſceret ac periret:repente extitit academia tanq; ſenectus philoſophiæ:quæ illam conficeret iam defloreſcentem.Recteq; uidit Arceſilas arrogantes uel potius ſtultos eſſe,qui putent ſciẽtiam ueritatis coniectura poſſe comprehendi.Sed tamen falſa dicentem redarguere non poteſt:niſi qui ſcierit ante quid ſit ueꝝ.Q uod Arceſilas ueritate nõ cognita facere conatus,ĩtroduxit genus philoſophiæ ασύϛατον quod latine inſtabile ſiue inconſtans poſſumus dicere. Vt enĩ nihil ſciẽdum ſit:aliquid ſciri neceſſe eſt.Nam ſi omnino nihil ſcias,id ipſum nihil ſciri poſſe tolletur.Itaq; qui uelut ſententiæ loco pronunciat, nihil ſciri:tanq; perceptum profitet & cognitum:ergo aliquid ſciri poteſt. Huic ſimile eſt illud quod in ſcholis proponi ſolet in aſyſtati generis exemplum: ſomniaſſe quẽdam ne ſomniis crederet.Si enim crediderit:tum ſequitur,ut credendum nõ ſit.Si autem non crediderit:tunc ſeqtur,ut credendum ſit.Ita ſi nihil ſciri poteſt,neceſſe ẽ id ipm ſciri, quod nihil ſciatur.Si autem ſcitur,poſſe nihil ſciri.Falſum eſt ergo quod dicitur nihil ſciri poſſe.Sic inducitur dogma ſibiipſi repugnans:ſeq; diſſoluens.Sed homo uerſutus cæteris philoſophis,uoluit ſcientiam eripere,ut eã domi abſconderet.Nam ſibi illã profecto nõ adimit,q aliqd affirmat,ut cęteris adimat,ſed nihil agit.Apparet enim ac furtum ſuum prodit.Q uanto faceret ſapiẽtius ac uerius: ſi exceptiõe facta,diceret cauſas,rationeſq; dũtaxat rerũ cæleſtiũ, ſeu naturalium, quia ſunt abditæ neſciri poſſe:qa nullus doceat,nec quæri oportere,quia inueniri quærendo non poſſunt.Q ua exceptione interpoſita,& phyſicos admonuiſſet,ne quærerent ea quæ modum excederẽt cogitationis humanæ, & ſeipſum calũniæ inuidia liberaſſet,& nobis certe dediſſet aliquid,quod ſequeremur.Nunc autem quum ab his ſequendis nos retraxerit, ne uelimus plus ſcire,q̃ poſſimus,non minus a ſe quoq; ipſo retraxit.Q uis enĩ uelit laborare,ne qc̃ ſciat? aut eiuſmodi ſuſcipere doctrinam, ut etiam communem ſcientiam perdat? Q uæ ſi doctrina eſt ſcientia conſtet neceſſe eſt. Si non eſt:quis tam ſtultus eſt, ut diſcẽdum id putet,in quo aut nihil diſcitur,aut omnino dediſcitur? Q uare ſi neq; oia ſciri poſſunt quod phyſici putauerunt: neq; nihil quod academici, philoſophia omnis extincta eſt?

Aſyſtaton quid.

Sciri nihil

Sõniaſſe quendã ne ſõniis crederet.

¶ De morali phĩa:& q̃re ſicut utilior:ita & cęteris phĩæ ptibus ſit facilior: quæ fuerint oĩum philoſophoꝝ ferẽ ſententiæ de ſummo bono. Cap. VII.

Phĩa moralis

TRanſeamus nunc ad alteram philoſophiæ partem,quã ipſi moralem uocant,in qua totius philoſophiæ ratio continetur.Siquidem in illa phyſica ſola oblectatio eſt: in hac etiam utilitas: & quoniam in diſponendo uitæ ſtatu,formandiſque moribus piculo maiori peccat:maiorẽ diligẽtiã neceſſe ẽ adhiberi, ut ſciamus qũo nos oporteat uiuere. Illic,n,põt uenia cõcedi:qa ſiue aliqd dicunt nihil proſunt

proſunt:ſiue delirant nihil nocent. Hic uero nullus diſſidio: nullus errori eſt locus.Omnes unum ſentire oportet: ipſamq; philoſophiam uno quaſi ore præcipere:quia ſi quid fuerit erratum:uita omnis euertitur.In illa priori parte:ut periculi minus:ita plus difficultatis eſt: q; obſcura rerum ratio cogit diuerſa & uaria ſentire.Hic ut periculi plus:ita minus difficultatis. Q uod ipſe uſus rerũ & cotidiana experimenta poſſunt docere, quid ſit uerius & melius. Videamus ergo utrũm ne conſentiant:aut quid nobis afferãt,quo rectius in uita degatur.Nõ neceſſe eſt omnia circuire:unum eligamus ac potiſſimum,quod eſt ſummũ ac principale:in quo totius ſapientiæ cardo uerſatur. Epicurus ſummum bonum in uoluptate aĩ eſſe cenſet.Ariſtippus in uoluptate corpis.Calliphon & Dinomachus cyrenaici honeſtatem cum uoluptate iunxerunt. Diodorus in priuatione doloris ſummum bonum poſuit.Hieronymus in non dolendo.Peripatetici autem in bonis animi & corporis & fortunæ.Erilli ſummũ bonũ eſt ſcientia.Zenonis cũ natura congruenter uiuere. Q uorundã ſtoicorũ uirtutẽ ſequi. Ariſtoteles in honeſtate ac uirtute ſummum bonum collocauit.Hæ ſunt ferẽ omnium ſententiæ.In tanta diuerſitate:quem ſequimur? Cui credimus? Par eſt oĩbus auctoritas.Si eligeret poſſumus quod eſt melius:iam non eſt philoſophia nobis neceſſaria:quia ſapientes iã ſumus:qui de ſapientũ ſententiis iudicemus.Cũ uero diſcendæ ſapientiæ cauſa ueniamus: qui poſſumus iudicare qui nundum ſapere cœperimus? Maxime cũ prẽſto aſſit academicus:q nos pallio retrahat,ac uetet cuiq̃ credere: nec tamen afferat ipſe quod ſequamur.

Summum bonũ qđ ex omniũ phĩoꝝ ſnĩa

¶ Q uod uera ſapientia docet:ſummũ bonũ hoĩs,non eſſe aĩ uel corporis uoluptatem,aut aliquid eorũ quæ a philoſophis ſunt propoſita. Cap. VIII.

QVid ergo ſupereſt: niſi ut omiſſis litigationibus furioſis ac pertinacibus:ueniamus ad iudicem illum:ſcilicet datorem ſimplicis & quietæ ſapientiæ:qui non tantum formare nos, ac inducere in uiam poſſit, uerũm etiam de controuerſiis iſtorũ ferre ſententiam. Hic nos docet: quid ſit hominis uerum ac ſummum bonum,de quo priuſquã dicere incipio:ille omnes ſentẽtiæ ſunt refellendæ,ut appareat neminẽ illorũ fuiſſe ſapientem.Cum de officio hominis agatur: oportet ſummum ſummi animalis bonum in eo conſtitui: quod commune cũ cæteris animalibus eſſe non poſſit.Sed ut feris dentes:armentis cornua, uolucribus pennæ propria ſunt:ſic homini aliquid ſuũ debet aſcribi:ſine quo rationẽ ſuæ conditionis amittat. Nam quod uiuendi aut generandi cauſa datũ eſt omnibus: eſt quidẽ bonũ naturale:ſummũ tamen non eſt,niſi quod eſt unicuique generi proprium. Sapiens ergo non fuit:qui ſummum bonum credidit animi uoluptatem: quoniam ſiue illa ſecuritas,ſiue gaudiũ eſt,cõmunis eſt omnibus. Ariſtippo ne reſpondẽdum quidem duco, quem in coporis ſemper uoluptatẽ tuentem,nihilq; aliud q̃ uentri & ueneri ſeruientem,nemini dubium eſt hominẽ non fuiſſe. Sic enĩ uixit ut nihil inter eum pecudemq; diſtaret,niſi unũ,quod loquebatur.Q uod ſi aſino aut cani,aut ſui facultas loquendi tribuatur:quæraſq; ab his qd ſibi uelint:cũ fœminas tã rabide conſectãtur,ut uix diuelli queãt,cibos ẽt potũq; negligant. Cur

Summum bonum. Feræ quæ. Armẽta q̃.

Voluptas aĩ ſummũ bonũ eſſe non põt. Ariſtippus pecudis ui tam uixit

aut alios mares uiolenter abigant, aut ne uicti quidem abſiſtant: ſed a fortioribus ſæpe cõtriti: eo magis iſectent? Cur nec hymbres nec frigora pertimeſcãt, laborẽ ſuſcipiant: periculum nõ recuſent? Quid aliud reſpondebũt? niſi ſummũ bonum eſſe corporis uoluptatẽ: eã ſe appetere: ut afficiantur ſuauiſſimis ſenſibus: eoſq; eſſe tanti, ut aſequẽdorum cauſa nec laborẽ ſibi ullũ: nec uulnera: nec mortem ipſam recuſandam putent. Ab his ne igitur præcepta uiuendi petemus: qui hoc idem ſentiunt: quod animæ rationis expertes? Aiunt Cyrenaici uirtutem ipſam ex eo ipſo eẽ laudãdã: q̃ ſit efficiẽs uoluptatis: ut uerũ ergo inqt obſcœnus canis: aut ſus ille lutulentus: nam ideo cum aduerſatio ſumma uirium contentione depugno: ut uirtus mea pariat mihi uoluptatem, cuius expers ſim neceſſe eſt: ſi uictus abſceſſero. Ab his ergo ſæpe diſcemus: quos a pecudibus ac bæluis nõ ſentẽtia, ſed lingua diſcenit? Priuationem doloris ſummũ bonũ putare: non plane peripateticoꝝ, ac ſtoicorum: ſed cynicorũ phloſophorũ eſt? Quis. n. nõ intelligat ab ægrotis & in aliquo dolore poſitis eſſe hoc diſputatum? Quid tam ridiculum: q̃ id habere pro ſummo bono: quod medicus poſſit dare? Dolendum ẽ ergo, ut fruamur bono: & quidem grauiter ac ſæpe ut ſit poſtea nõ dolore iocundius. Miſerrimus eſt igitur qui nunq̃ doluit: quia bono caret, quẽ nos feliciſſimũ putabamus, qui malo caruit: Ab hac uanitate non longe abfuit qui omnino nihil dolere ſummũ bonum dixit. Nam præter quod omne animal doloris eſt fugiens, qui poteſt ſibi hoc bonum præſtare? quod nobis ut eueniat nihil aliud poſſumus q̃ optare? Summũ autem bonũ nõ poteſt efficere quẽquã beatũ, niſi ſemp fuerit in ipſius poteſtate. Hoc aũt nõ uirtus homini, nõ doctrina, non labor: ſed natura ipſa cunctis animantibus præſtat. Q ui uoluptatẽ cũ honeſtate iunxerũt: cõmunionẽ hãc effugere uoluerũt. Sed effecerunt repugnãs bonũ: quoniã q uoluptati deditus ẽ, honeſtate careat neceſſe eſt: qui honeſtati ſtudet: uoluptate caret. Peripateticorũ bonũ nimium multiplex: exceptis animi bonis: quæ ipſa quæ ſint: magna contentio eſt: cõe cum bæluis poteſt uideri. Nã corporis bona: ideſt incolumitas, idolentia, ualitudo nõ minus ſunt mutis, q̃ homini neceſſaria. Ac neſcio an etiam magis: quia homo & medelis, & miniſteriis ſubleuari poteſt: muta nõ poſſunt. Item quæ appellant fortunæ bona: nã ſicut homini opibus ad uitam tuendã: ita illis præda & pabulis eſt opus. Ita inducendo bonũ: quod nõ ſit in hominis poteſtate totũ hoiem alienæ ditioni ſubiugarunt. Audiamus etiam Zenonem. Nam is interdum uirtutem ſomniat. Summum inquit eſt bonum, cum natura conſentanee uiuere. Bæluarũ igitur nobis more uiuendũ eſt. Nã quę abeſſe debent ab hoie: in his oĩbus depræhendũtur: uoluptates appetunt: metuunt: fallunt, inſidiantur, occidunt. Et quod ad rẽ maxime attinet: deum neſciũt. Quid ergo me docet: ut utuã ſecũdum naturã: quia ipſa in deterius prona eſt, & quibuſdã blandimentis lenioribus in uitia præcipitat: ſed ſi aliam mutorũ, aliã hominis dicit eẽ naturã: q̃ homo ad uirtutẽ ſit genitus: nõ nihil dicit? Sed tñ non erit diffinitio ſummi boni: quia nullũ eſt aĩal, quod non ſecũdũ naturã ſuã uiuat. Q ui ſcientiã ſummũ bonũ fecit, aliquid homini ꝓpriũ dedit: ſed ſcientiã alterius rei gña hoies appetunt: nõ ꝓp ipſam. Q uis. n. ſcire cõtẽtus ẽ, nõ expetẽs aliquẽ fructum

Honeſtas cũ uoluptate nõ ẽ ſũmũ bonũ. Virtꝰ expetẽda ꝓpter uoluptatẽ.

Doloris priuatio ñ eſt ſũmum bonum.

Dolore oĩ uacare nõ eſt ſummũ bonum.

Bonorum tria gña. Corporis bona.

Fortunæ bona.

Viuere ſecundũ naturam.

Scĩa ſũmũ bonum.

ſcientiæ? Artes ideo diſcũtur, ut exerceantur. Exercentur autem, uel ad ſubſidia uitæ, uel ad uoluptatem, uel ad gloriam. Non eſt igitur ſummũ bonũ, quod non ꝓpter ſe expetit. Quid ergo ĩtereſt utrũ ſciam ſummũ bonum putemus, an illa ipſa quæ ſcientia ex ſe parit, i. uictum, gloriam, uoluptatem? quæ non ſunt hoĩ propria: & ideo ne ſumma quidem bona. Nam uoluptatis & uictus appetẽtia nõ homini ſolum, ſed etiam mutis ineſt. Quid cupiditas gloriæ? Non ne in equis depræhenditur, quum uictores exultant, uicti dolent?

Tantus amor laudum, tantæ eſt uictoria curæ.

Nec immerito ſummus poeta experiendum eſſe ait.

Et quis cuiq; dolor uicto, quæ gloria palmæ? Quod ſi ea quæ parit ſcia, communia ſunt cum aliis aĩalibus, nõ eſt ergo ſummũ bonũ ſcia. Præterea nõ mediocre huius diſputationis eſt uitium, q̃ ſcientia nuda ponitur. Incipient. n. beatiores uideri, qui artẽ aliquã ſcierint: immo uero qui & res malas ſcierint, ut tã beatus ſit qui uenena didicerit temperare: q̃ qui mederi. Quæro igitur ad quam rem ſciẽtia referẽda ſit? ſi ad cauſas rerum naturaliũ: quæ beatitudo erit mihi propoſita ſi ſciero unde Nilus oriatur, uel quicqd de cælo phiſyci delirant? Quid q̃ earũrerũ nõ eſt ſciẽtia, ſed opinio quæ pro ingeniis uaria ẽ? reſtat ut ſciẽtia bonoꝝ, ac maloꝝ ſummũ bonum ſit. Cur ergo ſciam maluit, q̃ ipſam ſapientiã ſummũ bonum dicere, cũ ſit utriuſq; ſignificatio, & uis eadẽ? Nemo tamẽ uſq; adhuc ſummum bonũ dixit eſſe ſapiẽtiam: quod melius dici potuit. Nã ſcientia parum eſt ad bonũ ſuſcipiẽdum, malũq; fugiendũ, niſi accedat & uirtus. Multi enĩ philoſophoꝝ cum de bonis maliſq; diſſererẽt, aliter tamẽ q̃ loquebant natura cogẽte uixerũt, qa uirtute caruerũt. Virtus aũt cũ ſciẽtia coniuncta, eſt ſapiẽtia. Supereſt ut eos ẽt refellamus, qui uirtutẽ ſummũ bonũ putauerũt, in qua opinione ẽt. M. Tullius fuit, in quo multum incõſiderati fuerũt. Nõ. n. uirtus ipſa eſt ſummũ bonũ, ſed effectrix & mater ẽ ſummi boni, qm̃ peruenĩri ad illud ſine uirtute nõ poteſt. Vtrũq; ĩtellectu eſt facile. Quæro enĩ utrũ ne ad præclarũ illud bonũ facile peruenĩri putẽt: an cũ difficultate ac labore? expediãt acumẽ ſuũ erroreq; defendãt. Si facile ad illud ac ſine labore peruenĩri põt: ſummũ bonũ nõ eſt. Quid. n. nos cruciemus? qd cõficiamus enitẽdo diebus & noctibus? Quãdóqdẽ tã ĩ prõptu id quod quærimus iacet, ut illud qlibet ſine ulla cõtẽtiõe aĩ depræhẽdat. Sed ſi cõe quoq; ac mediocre quodlibet bonũ nõ niſi labore aſſequimur: qm̃ bonorũ natura in arduo poſita ẽ, maloꝝ in præcipiti. Summo igitur labore ſummũ bonũ aſſequi neceſſe eſt. Quod ſi ueriſſimũ eſt, ergo altera uirtute opus eſt, ut perueniamus ad eã uirtutẽ, quæ dicit ſummũ bonũ, quod eſt incõgruens & abſurdũ: ut uirtus per ſeipſam perueniat ad ſeipſam. Si non põt ad ullũ bonũ niſi per laborẽ peruenĩri, apparet uirtutẽ eſſe per quam peruenĩatur: qm̃ in ſuſcipiẽdis perferẽdiſq; laboribus, uis officiũq; uirtutis eſt. Ergo ſummũ bonũ nõ põt eẽ id, ꝓpter quod neceſſe ẽ ad alid peruenĩri. Sed illi cũ ignorarẽt qd efficeret uirtus, aut quo tenderet, honeſtius autẽ nihil reperirẽt, ſubſtiterũt in ipſius uirtutis noĩe, quam nullo ꝓpoſito emoluméto, appetẽdã eſſe dixerũt, & bonum ſibi cõſtituerunt, q̃ bono indigerẽt. Ariſtoteles ab his nõ lõge receſſit, qui uirtutẽ cũ honeſtate ſum-

Artes q̃re diſcuntur.

Equis ĩeſt cupiditas gloriæ.

Sapĩa qd.

Virtus an ſummum bonum.

Ariſt. uirtutẽ cũ honeſtate ſũmũ bonũ ſtatuit.

mum bonum putauit:quasi ulla uirtus possit eẽ inhonesta,ac nõ siquid habuerit turpitudinis,uirtus esse desinat:sed uidit fieri posse: ut de uirtute prauo iudicio sentiatur male:& ideo existimationi hominum seruiendũ putauit.Quod q facit á recto bonoq; discedit,quia non est in nostra potestate/ut uirtus pro suis meritis honestetur.Nam quid est honestas,nisi honor perpetuus,ad aliquem secũdo populi rumore delatus? Quid ergo fiet,si errore ac prauitate hominũ,mala existimatio subsequat? abiiciemus ne uirtutem,quia flagitiosa & turpis ab insipientibus iudicet? Quæ quoniam iuidia premi ac uexari potest:ut sit ipsum prorium ac ppetuũ bonũ,nullo extrinsecus adiumento indigere debet,quin suis per se uiribus nitat,& constet. Itáq; nec ullũ ei ab homine bonũ sperandũ est:nec ullũ malum recusandum. Venio nunc ad ueræ sapientiæ summum bonũ: cuius natura hoc modo determinanda est.

Honestas quid.

¶ Quid sit uerẽ sapientis summũ bonũ.Et q̃ uitiosa fuerit ratio Anaxagoræ ad quid natus sit homo. Cap. IX.

PRimũ ut solius hominis sit,nec cadat in ullũ aliud animal.Deinde ut solius animi nec cõmunicari possit cũ corpe. Postremo ut nõ possit cuiquã sine scientia & uirtute contingere. Quæ circunscriptio illas oẽs snias excludit,ac soluit.Eorũ enim quæ dixerũt nihil tale est. Dicã nunc qd sit,ut doceã(qd istitui)Philosophos omnes cæcos atq; insipientes fuisse:qui qd est homini summũ bonũ constitutũ, nec uidere nec itelligere,nec suspicari aliquando potuerũt.Anaxagoras cũ ab eo quæret,cuius rei cã natus esset,respõdit solis ac cæli uidendi.Hanc uocem admirant oẽs,ac philosopho dignam iudicant.At ego hũc puto nõ inueniẽtem qd respõderet:effudisse hoc passim,ne taceret.Quod quidem secum si sapiens fuisset commẽtatu,m& meditatũ habere debuit: quia siqs rationem sui nesciat,nõ homo sit quidem:sed putemus nõ ex tempore dictum illud effusum.Videamus in tribus uerbis quot & quãta peccauerit. Primum q̃ omne homis officium ĩ oculis posuit,nihil ad mentem referens,sed ad corpus omnia. Quid si cæcus fuisset officium ne hominis amitteret,qd fieri sine occasu animæ non potest? Quid cæteræ corporis partes,an ne carebunt suis quoq; muneribus? Quid q̃ plus est in auribus q̃ in oculis situm, qm̃ & doctrina & sapientia pcipi auribus solis potest: oculis solis non potest.Cæli ac solis uidẽdi causa natus es? Quis te in hoc spectaculũ iduxit? aut quid cælo rerũq; naturæ uisio tua cõfert? Nimirũ ut hoc immẽsum,& admirabile opus laudes? Cõfitere ergo rerũ omniũ eẽ constitutorẽ deũ, qui te in hunc mũdũ quasi testẽ,laudatorẽq; tãti sui opis induxit,Magnũ esse credis uidere cælũ ac solem.Cur ergo gratias nõ agis ei, q̃ huius beneficii author ẽ? Cur nõ ipsius uirtutẽ,,puidẽtiã,potestatẽ metiris aío, cuius opa miraris? Etenĩ necesse est,ut multo mirabilior sit,qui mirabilia pfecit.Si te q̃spiã uocasset ad cænã,in eaq; optime acceptus esses,nõ ĩsanus uiderere,si pluris faceres ipsam uoluptatem,q̃ uoluptatis authorem? Adeo philosophi ad corpus omnia referũt, nihil prorsus ad mẽtem:nec uident amplius,q̃ quod sub oculis uenit.At qui remotis omnibus officiis corporis in sola mente ponẽda est hominis ratio:non ergo ideo

Hõ cur & ad q̃d nat⁹

nascimur:ut ea quæ sunt facta uideamus, sed ut ipsum factorem rerum omniũ contemplemur: idest mente cernamus. Quare siquis hominem,qui uere sapit interroget,cuius rei gratia natus sit: respondebit intrepidus ac paratus:colendi se dei gratia natum,qui nos ideo generauit,ut ei seruiamus.Seruire autẽ deo nihil aliud est q̃ bonis operibus tueri & cõseruare iustitiam.Sed ille ut homo diui narum rerum imperitus:rem maximam redegit ad minimum:duo sola deligẽs, quæ sibi diceret intuẽda.Quod si natum se esse dixisset,ut mundum intueretur: q̃q̃ oĩa compræhenderet,ac maiori uteretur sono:tamen non implesset hominis officium:quia quãto pluris est anima q̃ corpus,tãto pluris est deus q̃ mũdus:qa mundum deus fecit & regit.Non ergo mundus oculis,quia utrũq; ẽ corpus,sed deus aĩa contemplandus est,quia deus ut est ipse immortalis:sic aĩum uoluit esse sempiternum. Dei autem contemplatio est uenerari & colere cõmunem parentem generis humani.Quod si a philosophis abfuit,proiectiq; in terram fuerunt diuina ignorando: existimandus est Anaxagoras ad ea quæ uidenda natum esse dixit,nec cœlum uidisse nec solem.Expedita est igitur hominis ratio si sapiat,cuius propria ẽ humanitas,nam ipsa humanitas quid ẽ nisi iustitia? Quid est iustitia nisi pietas? Pietas autem nihil aliud est,q̃ dei parentis agnitio.

Seruire deo quid.

¶ Quod ea quæ uident hoís esse propria,cæteris quoq; aĩalibus cõmunia sunt, hoís uero proprium est deum noscere & colere. Cap. X.

SVmmum igitur bonum hoís in sola religione est.Nam cætera ẽt quæ putantur esse homini propria, in cæteris quoq; animalibus reperiũtur. Cum enim suas uoces propriis iter se notis discernũt atq; dignoscunt: colloqui uidentur:ridendiq; ratio apparet in his aliqua:cum demulsis auribus,contractoq; rictu & oculis in lasciuia relolutus,aut homini alludunt,aut suis quisq; coniugibus ac fœtibus ppriis. Nonne aliquid amori mutuo,& indulgentiæ simile impartiunt? Iam illa quæ sibi prospiciunt in futurum,& cibos reponunt,habent utiq; prouidentiam, rationis quoq; signa in multis depræhenduntur.Nam quãdo utilia sibi appetunt,mala cauent,pericula uitant,latibula sibi parãt,in plures exitus disparentia profecto aliquid intelligũt.Potest aliquis negare illis inesse rationem, cum hominem ipsum sæpe deludant? Nam quibus generandi mellis officium est,cum assignatas incolunt sedes,castra muniunt,domicilia inenarrabili arte componunt, regi suo seruiũt, nescio an in his perfecta sit prudentia.Incertũ est igitur,utrum ne illa quæ homini tribuũtur cõia sint cum aliis uiuentibus. Religionis certe sunt expertia. Equidem sic arbitror uniuersis animalibus esse datam rationem, sed mutis tantũ modo ad uitam tuẽdam,homini autem ad propagandam.Et quia in homine ipa ratio perfecta est sapientia nomiatur,quæ in hoc eximium facit hominem,q̃ soli datum est homini itelligere diuina.Quã de re Ciceronis uera est sententia.Ex tot inquit generibus nullum est animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei. Ipsisq; in hoibus nulla gẽs est,neq; tã immãsueta,neq; tã fera,quæ non etiam si ignoret,qualem deum haberi deceat,tamen habẽdum sciat. Ex quo

Sũmũ bonũ hoís in sola religione.

Bruris inesse colloqum & risũ & ꝛõnẽ

Apum natura

Cicer. loci ex lib. de deorũ natura.

efficitur ut is agnoſcat deum, quiunde ortus ſit quaſi recordet. Q ui ergo philoſophi uolunt animos omni metu liberare: tollunt etiam religionem, & orbant hominem ſuo proprio ac ſingulari bono: quod eſt á recte uiuendo atq; ab omni humanitate diſiunctum: quia ut deus cũcta uiuentia ſubiecit homini: ſic ipſum hominem ſibi. Nam quid eſt cur iidem ipſi diſputent: eó dirigendam eſſe mentem, quo uultus erectus eſt? Si enim nobis cælum ſpectandum eſt, ad nihil aliud utiq; q̃ ob religionem. Si religio tollitur, nulla nobis ratio cum cælo eſt. Itáq; aut eó eſt ſpectandum, aut in terram procumbendum. In terram procumbere niſi uelimus, quidem non poſſumus, quorum ſtatus rectus eſt. In cœlum igitur ſpectandum eſt, quo natura corporis prouocat. Q uod ſi conſtat eſſe faciẽdũ: aut ideo ẽ faciendũ, ut religioni ſeruiamus, aut ideo ut rationẽ rerũ cæleſtiũ cognoſcamus. Sed rationem rerum cæleſtium cognoſcere nullo mõ poſſumus: quia nihil eiuſmodi poteſt cogitando inueniri, ſicut ſupra docui: Religioni ergo ſeruiendum eſt: quam q non ſuſcipit, ipſe ſe proſternit in terram, & uitam pecudum ſecutus humanitate ſe abdicat. Sapientiores ergo imperiti, qui etiam ſi errant in religione deligenda: tamen naturæ ſuæ conditioniſq; meminerunt.

¶ Q ũ deus fecit hoiem cupidũ religiõis & ſapiæ, quoꝝ alteꝝ cõſtare ſine altero nõ põt. Et q̃ nihil eoꝝ quæ mortales appetũt ſummũ bonũ ſit. Cap. XI.

Hõ natura appetẽs religionis & ſapientiæ.

COnſtat igitur totius humani generis cõſenſu religionem ſuſcipi oportere, ſed quomõ in ea erretur, explicandum eſt. Naturã hominis hanc deus eſſe uoluit, ut duarum rerũ cupidus & appetẽs eſſet, religionis & ſapiẽtiæ. Sed homines ideo falluntur, q̃ aut religionem ſuſcipiũt omiſſa ſapientia: aut ſapiæ ſoli ſtudẽt omiſſa religione: cum alteꝝ ſine altero eſſe non poſſit uerũ. Cadunt ergo ad multiplices religiões, ſed ideo falſas, quia ſapiẽtiam reliquerũt: quæ illos docere poterat, deos multos eſſe non poſſe. Aut ſtudẽt ſapiẽtiæ, ſed ideo falſæ: q̃ religionẽ ſummi dei omiſerũt, qui eos ad ueri ſciẽtiam potuit erudire. Sic homines qui alterutrũ ſuſcipiunt uitam deuiam: maximiſq; erroribus plenam ſequũtur: qm̃ in his duobus iſeparabiliter cõnexis & officium homis, & ueritas omnis incluſa eſt. Miror itáq; nullum omnino philoſophoꝝ extitiſſe: qui ſedẽ ac domicilium ſummi boni reperiret. Potuerunt, n. ſic quærere. Q uodcũq; eſt ſummum bonum, neceſſe eſt oĩbus eſſe propoſitum. Voluptas eſt quæ appetitur a cunctis: ſed hæc & cõmunis eſt cum bæluis, & honeſti uim nõ habet, & ſatietatem affert, & nimia nocet, & ꝓceſſu minuitur ætatis, & multis non contingit. Nam qui opibus carent, quorum maior eſt numerus, etiã uoluptate careãt neceſſe eſt. Non eſt igit̃ ſummum bonum, ſed ne bonum quidẽ uoluptas. Q uid diuitiæ? Multo magis. Nã & paucioribus & plærunque caſu & inertibus ſæpe: & non nunq̃ ſcelere contingunt & optantur ab his: qui eas iam tenẽt. Q uid regnum ipſum? ne id quidem. Non enĩ cuncti homines regnare poſſunt, & neceſſe eſt uniuerſos ſummi boni capaces eſſe. Q uæramus igitur aliquid, quod propoſitum ſit omnibus. Num uirtus? negari non poteſt, quin & bonum ſit, & omnium certe bonum. Sed ſi beata eſſe non poteſt, quia uis & natura eius in malorum perferentia poſita eſt, nõ eſt profecto

Religio ſine ſapiẽtia eẽ uera nõ poteſt.

Voluptas nõ mõ nõ ẽ ſummũ bonũ: ſed ne bonũ q̃dem.

Virtus bonũ q̃dem: ſed nõ ſũmum.

profecto ſummum bonũ. Q uæramus aliud. At nihil uirtute pulchrius, nihil ſapientia dignius inueniri poteſt. Si enĩ uitia ob turpitudinem fugiẽda ſunt, uirtus igitur appetẽda eſt ob decorem. Q uid ergo? Poteſt ne fieri, ut quod bonũ, quod honeſtum eſſe conſtat, mercede ac præmio careat, fitq; tam ſterile, ut nihil ex ſe commodi pariat? Labor ille magnus & difficultas & eluctatio aduerſus mala, q̃bus hæc uita plena eſt, aliquid magni boni pariat neceſſe eſt. Id uero q̃d eſſe dicemus? Num uoluptatem? At nihil turpe ex honeſto naſci poteſt. Num diuitias? Num poteſtates? At ea quidem fragilia ſunt & caduca. Num gloriam? Num honorem? Num memoriam nominis? At hæc omnia non ſunt in ipa uirtute, ſed in aliorum exiſtimatione, atq; arbitrio poſita. Nam ſæpe uirtus & inuiſa eſt, & malo afficitur. Debet autem id bonũ quod ex eó naſcitur ita cohærere, ut diuelli atq; diſtrahi nequeat: nec aliter ſummum bonũ uideri poteſt, q̃ ſi proprium ſit uirtutis: & tale ut neq; adiici quicq̃, nec detrahi poſſit. Q uid q̃ in his omnibus cõtemnendis uirtutis officia conſiſtunt. Nam uoluptates, opes, potentias, honores atq; omnia quæ pro bonis habentur, nõ concupiſcere, nõ appetere, non amare, quod cæteri faciũt uicti cupiditate, ideſt pfecto uirtutis. Aliud ergo ſublimius atq; præclarius efficit: nec fruſtra his præſentibus bonis reluctatur: niſi q̃ maiora & ueriora deſiderat non deſperemus inueniri poſſe. Mõ uerſet ſe cogitatio in omnia. Neq; enim leuia aut ludicra præmia petuntur.

Virtus ſæpe iuiſa & malo afficitur.

¶ De duplici pugna corpis & aiæ: & hoſtibus utriuſq;. Et q̃ uirtus ñ pp ſe appetẽda eſt, ſed pp uitã æternã, quæ ſummũ bonũ eſt. Et uirtutẽ neceſſario ſequitur, & in præſenti haberi non poteſt. Cap. XII.

SEd quæritur quid ſit, propter quod naſcimur: quid efficiat uirtus poſſumus ſic inueſtigare. Duo ſunt ex q̃bus hõ conſtat, animus & corpus. Multa ſunt propria animi: multa ꝓpria corporis: multa utriq; cõmunia, ſicut eſt ipſa uirtus quæ quotiens ad corpus refertur, diſcernẽdi gratia ſortitudo noĩatur. Q uoniam igit̃ utriq; ſubiacet fortitudo, utriq; ꝓpoſita dimicatio eſt, & utriq; ex dimicatiõe uictoria. Corpus quia ſolidũ eſt & cõpræhẽſibile: cum ſolidis & cõpræhenſibilibus cõfligat neceſſe eſt. Animus aũt quia tenuis & iuiſibilis eſt: cũ his congreditur hoſtibus, qui uideri tangiq; nõ põt. Q uiſunt aũt hoſtes animi, niſi cupiditates, uitia, peccata? quæ ſi uicerit uirtus ac fugauerit, imaculatus erit animus ac purus. Vnde ergo colligi poteſt, quid efficiat animi fortitudo? nimirum ex cõiuncto & pari, hoc eſt ex corporis fortitudine. Q uod cũ in aliquã cõgreſſionẽ certamẽq; uenerit: quid aliud ex uictoria q̃ uitã petit? Siue. n. cũ homine, ſiue cũ beſtia dimices, pro ſalute certatur. Ergo ut corpus uincendo id aſſequitur: ut nõ intereat: ſic etiam aĩus ut pmaneat: & ſicut corpus ab hoſtibus ſuis uictum morte mulctat̃: ita ſuperatus a uitiis animus moriat̃ neceſſe eſt. Q uid ergo intererit inter ai corporiſq; dimicationem, niſi q̃ corpus temporalem uitam expetit, aĩus ſempiternam? Si ergo uirtus per ſeipſam beata non eſt, qm̃ in perferẽdis (ut dixi) malis, tota uis eius eſt. Si oĩa quæ pro bonis cõcupiſcũtur negligit: ſi ſummus eius gradus ad mortem patet: quandóquidẽ uitam quæ optatur a cæteris, ſæpe reſpuit:

Hõ cõſtat ex aĩo & corpore.

Virtus q̃ & fortitudo.

mortemq; quam cæteri timent, fortiter ſuſcipit: Si neceſſe ē aliquid ex ſe magni boni pariat, quia ſuſtentati & ſuperati uſq; ad mortem: labores ſine præmio eſſe non poſſunt. Si nullū præmium quod ea dignū ſit in terra reperiretur: qñquidē cuncta quæ fragilia ſunt, & caduca ſpernit. Quid aliud reſtat, niſi ut cæleſte aliquid efficiat, qa terrena uniuerſa contēnit? & ad altiora nitatur, quia humilia deſpicit? Id uero nihil aliud pōt eſſe, q̄ immortalitas. Merito ergo philoſophoꝝ nō obſcurus Euclides, qui fuit conditor megaricoꝝ diſciplinæ, diſſentiēs a cæteris id eſſe ſummū bonū dixit, quod ſimile ſit & idem ſemper. Intellexit profecto quæ ſit natura ſummi boni, licet id nō explicauerit quid ſit: id eſt aūt īmortalitas. Nec aliud oīno quicq̄, quia ſola nec īminui, nec augeri, nec īmutari pōt. Seneca quoq; imprudens incidit ut fateretur: nullum eſſe aliud uirtutis præmium q̄ īmortalitatem. Laudans enim uirtutē in eo libro, quem de īmatura morte conſcripſit. Vna inquit res eſt uirtus, quæ nobis īmortalitatem donare poſſit, & pares diis facere. Sed & ſtoici quos ſecutus eſt, negant ſine uirtute effici quenq̄ beatum poſſe. Ergo uirtutis præmium beata uita eſt: ſi uirtus (ut recte dictū eſt) beatam uitam facit. Non eſt igitur (ut aiunt) ꝓpter ſeipſam uirtus expetenda, ſed propter uitam beatam, quę uirtutē neceſſario ſequitur. Quod argumentum docere eos potuit, quod eſſet ſummū bonum. Hæc autē uita præſens & corporalis beata eſſe non poteſt: quia malis eſt ſubiecta per corpus. Epicurus deū beatū uocat: quia incorruptū uocat, quia ſempiternus eſt. Beatitudo enim perfecta eſſe debet, ut nihil ſit quod eā uexare ac īminuere, aut īmutare poſſit. Nec aliter quicq̄ exiſtimari beatū poteſt: niſi fuerit incorruptū. Incorruptū aūt nihil eſt niſi quod eſt īmortale. Sola ergo īmortalitas beata eſt, quia corrūpi ac diſſolui non poteſt. Quod ſi cadit in hominem uirtus: quod negare nullus pōt: cadit & beatitudo. Nō pōt.n. fieri ut ſit miſer, q uirtute ē prędītus. Si cadit beatitudo, ergo & īmortalitas cadit in hoīem: quæ beata eſt. Summū igit̄ bonū ſola īmortalitas īnuenitur, quia nec aliud aīal, nec corpus attingit. Nec pōt cuiq̄ ſine ſciētiæ uirtute. i. ſine dei cognitione ac iuſtitia puenire. Cuius appetitio q̄ uera, q̄ recta ſit, ipſa uitæ huiuſce cupiditas īdicat: quæ licet ſit temporalis, & labore pleniſſima, expetitur tamē ab oībus & optatur. Hanc enim tam ſenes q̄ pueri, tā reges q infimi, tam deniq; ſapiētes q̄ ſtulti cupiunt. Tanti eſt (ut Anaxagoræ uiſum eſt) cōtemplatio cæli ac lucis ipſius, ut quaſcunq; miſerias libeat ſuſtinere. Cum igitur laborioſa hæc & breuis uita nō tm̄ hominū, ſed etiā cæterorum aīantium conſenſu magnū bonum eſſe ducatur. Manifeſtum eſt eādem ſummum ac perfectum fieri bonum, ſi & fine careat, & omni malo. Denique nemo unq̄ extitiſſet, qui hanc ipſam breuem contemneret, aut ſubiret mortem: niſi ſpe uitæ longioris. Nam illi q propter ſalutem ciuium uolūtariæ ſe neci obtulerūt, ſicut Thebis Menœceus, Athenis Codrus, Romæ Curtius, & Mures duo Decii: nunq̄ mortem uitæ commodis prætuliſſent, niſi ſe immortalitatem opinione ciuium conſequi putauiſſent. Quitametſi neſcierunt immortalitatis uiam, res tm̄ eos nō fefellit. Si.n. uirtus diuitias & opes ideō contēnit: quia fragiles ſūt uoluptates ideo quia breues, ergo & uitā fragilem breuēq; ideo contēnit, ut ſolidam & perpetuā conſequatur. Ipſa ergo cogitatio per ordinem

gradiens

Euclides; pūs. Immortalitas ſūmū bonum.

Virtutis p̄miū īmortalitas.

Virtus nō ē expetēda pp ſe ipſā.

Deus cur beatus. Beatitudo pfecta q̄.

Virtute p̄ditus miſer eſſe nō poteſt.

Vitæ cupiditas ineſt omnibus.

Decii mures.

gradiēs & uniuerſa conſiderans, perducit nos ad eximiū illud & ſingulare, cuius cauſa naſcimur bonū. Quod ſi feciſſent philoſophi, ſi non qd ſemel apprehenderant, tueri pertinaciter maluiſſent: profecto peruenīſſent ad ueꝝ hoc, ut oſtendi modo. Quod ſi nō fuit eorum qui cęleſtes animas unā cum corporibus extinguūt: illi tamen qui de immortalitate diſputāt animi, intelligere debuerunt. Ideo propoſitam nobis eſſe uirtutem, ut perdomitis libidinibus rerumq; terreſtriū cupiditate ſuperata: puræ ac uictrices animæ ad deum, ideſt ad originē ſuam reuertantur. Iccirco.n. ſoli animantium ad aſpectum cœli erecti ſumus: ut ſummum bonum noſtrum in ſummo deo eſſe credamus. Ideo religionem ſoli capimus, ut ex hoc ſciamus humanum ſpūm nō eſſe mortalē: q; deum qui eſt īmortalis & deſiderat & agnoſcit. Igitur ex omnibus philoſophis qui aut pro ſummo bono ſciētiam aut uirtutem ſunt amplexi: tenuerunt quidē uiam ueritatis, ſed nō peruenerunt ad ſummū. Hæc enī duo ſunt, quæ ſimul efficiant illud quod quęritur. Sciētia id præſtat: ut quomodo & quo peruenīēdū ſit, nouerimus: uirtus ut peruenia mus. Alterū ſine altero nihil ualet. Ex ſcientia enī uirtus, ex uirtute ſummū bonū naſcitur. Beata igitur uita quam philoſophi quæſiuerunt ſemper & quærūt: ſiue in cultu deoꝝ, ſiue philoſophia, nulla eſt. Et ideo ab his non potuit reperiri: quia ſummū bonū non in ſummo quæſiuerūt, ſed in imo. Summū autem qd eſt niſi cœlū & deus, unde animus oritur? Imum quid eſt niſi tetra, unde corpus eſt? Ita quę licet quidam philoſophi ſummū bonū nō corpori ſed animo dederint: tamē quoniam ad illud hanc uitam rettulerunt, quæ cum corpore terminatur: ad corpus reuoluti ſunt: cuius eſt omne hoc tp̄s quod tranſigit̄ in terra. Quare nō immerito ſummū bonū non compræhenderunt: quia quicqd ad corpus ſpectat, & īmortalitatis eſt expers: uanū ſit neceſſe eſt. Nō cadit ergo in hominem beatitudo illo modo quo philoſophi putauerūt, ſed ita cadit: non ut tunc beatus ſit: cū uiuit in corpore: quod utiq; ut diſſoluatur: neceſſe eſt corrumpi: ſed tunc cū anima ſocietate corporis liberata in ſolo ſpiritu uiuit. Hoc uno beati eſſe in hac uita poſſumus: ſi minime beati eſſe uideamur. Si fugientes illecebras uoluptatum, ſoliq; uirtuti ſeruientes, in omnibus laboribus miſeriiſq; uiuamus: quæ ſunt exercitia, & corroboramenta uirtutis. Si deniq; aſperam illam uiam difficilemque teneamus: quæ nobis ad beatitudinem patefacta eſt. Summū igitur bonum, quod beatos facit non poteſt eſſe, niſi in ea religione atq; doctrina, cui ſpes immortalitatis adiuncta eſt.

¶ Quod aīa ſit īmortalis, & quare diuina traditio logicā non deſiderat, aut philoſophiam: ſed ethicam ſolam, in qua docēda ſūmi phi errauerūt. Et quare phia nō ſit dux uitæ & uirtutum parens, expultrixq; uitiorum: quod tamen Cicero & alii aſtruere conati ſunt. Cap. XIII.

Virtus ex ſcientia

PEs exigere uidetur hoc loco: ut qm̄ docuimus īmortalitatem eſſe ſummum bonum: immortalem eſſe animā cōprobemus. Quade re ingens iter philoſophos diſceptatio eſt: nec quicq̄ tm̄ explicare, aut ꝓbare potuerunt, hi qui uerum ſentiebāt de aīa: exptes huius diuinæ eruditionis: nec argumenta uera quibus uincerent

attulerunt, nec teſtimonia qbus probarent. Sed oportunius hanc quæſtionẽ tractabimus in ultimo libro, cũ de uita beata nobis erit diſſerendũ. Supeſt illa pars tertia philoſophiæ, quã uocant logicã. i. rõnalem, in qua tota dialectica, & ois loquẽdi ratio cõtinet. Hãc diuina eruditio nõ deſiderat, qa nõ in lingua, ſed in corde ſapientia eſt: nec intereſt quali utatur ſermone. Res enim nõ uerba quærunt. Et nos nõ de grãmatico, aut oratore, quorum ſciẽtia eſt quomõ loqui deceat: ſed de ſapiẽte diſſerimus: cuius doctrina ẽ qũo uiuere oporteat. Q d' ſi neq; phyſica illa rõ neceſſaria ẽ: neq; hæc logica quia beatos facere nõ poſſunt: reſtat ut in ſola ethica totius phĩæ uis cõtineat: ad quã ſe abiectis oĩbus Socrates cõtuliſſe dicit.

Logica q̃.

In qua ẽt parte qm̃ phõs erraſſe docui, qui ſummũ bonum (cuius capiendi gr̃a generati ſunt) non compræhenderunt, apparet falſam & inanẽ eſſe philoſophiã, quia nec inſtruit ad iuſtitiæ munera, nec officiũ hoĩs rationemq; confirmat. Sciant igitur errare ſe, qui philoſophiã putant eſſe ſapientiã, non trahantur authoritate cuiuſq̃, ſed ueritati potius accedant. Nullus hic temeritati locus eſt, in æternum ſtultitiæ pœna ſubeunda eſt, ſi aut pſona inanis: aut opinio falſa decæperit. Hõ autẽ qualiſcũq; eſt, ſi ſibi credit, hoc eſt ſi hoĩ credit (ut nõ dicam ſtultus) q ſuũ nõ uideat errorẽ. Certe arrogãs eſt, qui ſibi audeat uẽdicare, quod hũana cõditio nõ recipit. Ille ipſe Romanæ linguæ ſummus author q̃tum fallatur, licet ex illa ſnĩa peruidere, qui cum in libris officioꝝ phĩam nihil aliud eſſe dixiſſet: q̃ ſtudium ſapientiæ, ipſam autem ſapiẽtiam rerum diuinarum & humanarum ſcientiam. Tum adiecit, cuius ſtudium qui uituperat, haud ſane ĩtelligo quidnam ſit quod laudandum putet. Nam ſi oblectatio quæritur animi, requieſq; curarum, quæ cõferri cum eorum ſtudiis poſſunt, qui ſemper aliquid inquirunt, quod ſpectet & ualeat ad benẽ beatẽq; uiuendum? Si uero ratio conſtantiæ uirtutiſq; ducitur: aut hæc ars eſt, aut nulla oĩno per quam eas aſſequamur. Nullã dicere maximarum reꝝ artem eſſe, cum minimaꝝ ſine arte nulla ſit, hoĩum eſt parum cõſiderate loquentiũ, atq; in maximis rebus errantiũ. Si aũt eſt aliq̃ diſciplina uirtutis, ubi ea quæretur, cum ab iſto genere diſcendi diſceſſeris? Equidẽ tametſi operam dederim, ut quãtulãcunq; dicendi aſſequerer facultatẽ pp ſtudium dicendi: tñ eloquens nunq̃ fui. Q uippe qui forũ ne attigerim qdẽ: ſed neceſſe eſt ipſa me faciat cãæ bonitas eloquentẽ: ad quã diſerte copioſeq; defendẽdã ſcia diuinitatis & ipa ueriras ſufficit. Vellẽ igit' Ciceronẽ pauliſp ab iferis ſurgere, ut uir eloquẽtiſſimus ab homunculo non diſerto doceret'. Primũ quidnã ſit quod laudandum putet: qui uituperat id ſtudium, quod uocatur phĩa. Deniq; neq; illã eſſe artẽ qua uirtus & iuſtitia diſcatur: nec aliam ullam ſicut putauit. Poſtremo qm̃ eſt uirtus diſciplina ubi quærenda ſit: cum ab illo diſcendi genere diſceſſeris, quod ille non audiendi diſcẽdiq; gratia quærebat. A quo. n. poſſet audire? cum ſciret id nemo? Sed ut in cauſis facere ſolebat, interrogatione uoluit urgere, ad confeſſionẽq; deducere, tanq̃ confideret reſponderi prorſus nihil poſſe, quominus philoſophia eſſet magiſtra uirtutis. Q d quidẽ in tuſculanis diſputationibus aperte profeſſus eſt, ad eam ipſam conuerſa oratione tanq̃ ſe declamatorio' dicendi genere iactaret. O uitæ philoſophia dux inquit, o uirtutis indagatrix, expultrixque uitiorum quid

Phĩa falſa ac inanis ẽ

Phĩæ Laus ex Cicero.

Lactan. eloquẽtiã docuit ſed forũ nõ attigit.

Phĩæ laus ex Cicero.

quid non modo nos, ſed omnino uita hominum ſine te eſſe potuiſſet? Tu inuentrix legum, tu magiſtra morum, ac diſciplinæ fuiſti. Q uaſi uero aliquid per ſe ipſa ſentiret: ac non potius ille laudandus eſſet qui eam tribuit. Potuit eodem modo gratias agere cibo & potui: quia ſine his rebus uita cõſtare non poſſit: in quibus ut ſenſus ita beneficii nihil eſt. Atqui ut illa coporis alimenta ſunt, ſic animæ ſapientia.

¶ Q uod Lucretius & alii errauerunt opinati ſapiam iuentã eſſe ab hoĩe: & nec datam hoĩbus a creatore. Et qũo Cicero ſuis uerbis conuincitur: & q; phĩa nec uerum docet: nec ad rectẽ uiuendum inſtruit. Cap. XIIII.

PEctius itaq; Lucretius cum eum laudat qui ſapientiam primus inuenit. Sed hoc ineptẽ q; ab homine inuentam putauit. Q uaſi uero illam alicubi iacentem homo ille: quem laudabat inuenerit: tanquam tibias ad fontem (ut poetæ aiunt) q; ſi repertorem ſapientiæ ut deum laudauit. Ita enim dicit.

Phĩæ inuẽtor quis & quomodo laudandus

Nemo (ut opinor) erit mortali corpore cretus.
Nam ſicut ipſa petit maieſtas cognita rerum.
Dicendum eſt, deus ille fuit, deus inclyte Memmi:
Tamen non erit ſic laudandus deus & q; ſapientiam inuenerit, ſed q; hominem fecerit, qui poſſet capere ſapientiam. Minuit enim laudem, qui partem laudat ex toto. Sed ille ut hominem laudauit, qui tamen ob id ipſum deberet pro deo haberi: q; ſapere inuenerit, nam ſic ait. Nonne decebit, Hunc hominem diuum numero dignarier eſſe. Vnde apparet Pythagoram uoluiſſe laudare, qui ſe primus (ut dixi) philoſophum nominauit: aut Mileſium Thalem qui de rerum natura primus traditur diſputaſſe. Sed dum hominem quærit extollere, rem ipſam depreſſit. Non eſt enim magna, ſi ab homine potuit inueniri. Verum poteſt ut poetæ dari uenia. At ille idem perfectus orator, ſummuſq; philoſophus: ne græcos reprehendam, quorum leuitatem ſemper accuſat, & tamen ſequitur: ipſam ſapientiam, quam alias donum, alias inuentum deorum uocat, poeticæ figuratam laudat in faciem. Grauiter etiam queritur extitiſſe aliquos, qui eam uituperarent. Q uiſq̃ ne inquit uituperare uitæ parentem: & hoc parricidio ſe inquinare audeat, & tam impiẽ ingratus eſſe? Nos ergo. M. Tullii parricidæ ſumus, & inſuendi te iudice in culeum, qui phĩam negamus parẽtem eſſe uitæ? An tu qui aduerſus deum tam impiẽ ingratus es? Non hunc cuius effigiem ueneraris in capitolio ſedentem? ſed illum qui mũdum fecit hoĩemq; figurauit, qui ſapiam quoq; ipſam inter cætera cæleſtia bñficia largitus eſt. Magiſtrã tu uirtutis, aut parentẽ uitæ uocas, ad quã ſi quis acceſſerit: multo ſit incertior neceſſe ẽ, q̃ prius fuerit? Cuius enĩ uirtutis? quæ ipa ubi ſita ſit, adhuc phi nõ expediũt: cuius uitæ? cũ ipſi doctores ante fuerint, ſenectute ac morte cõfecti: quã cõſtituerint, quomodo uiui deceat, cuius ueritatis indagatricẽ profiteri potes? qui ſæpe teſtaris, cum tanta multitudo fuerit philoſophorũ, ſapiẽtem tñ extitiſſe adhuc neminem. Q uid ergo te magiſtra illa uitæ docuit? An ut potentiſſimũ con-

Lucretii locus.

Cicero pfectus orator ſummuſq; phis.

Phĩæ uituperator inqnat ſe parricidio.

Cicero. M. Antoniũ ĩ ſe excitauit

Cice. philosophiæ studiosus.

sulem maledictis incesseres, eūq; hostem patriæ uenenatis orationibus faceres? Sed omittamus illa quæ possunt excusari forunæ nomine. Studuisti nempe philosophiæ, & quidem sic ut nullus unq̄ diligentius: quippe qui omnes cognoueris disciplinas, sicut ipse gloriari soles, eamquć ipsam latinis literis illustraueris, imitatoremq; te Platonis ostenderis. Cedo igitur quid didiceris, aut in qua secta ueritatem deprehenderis. In academia. s. quā secutus es, quam probasti: at hæc nihil docet, nisi ut scias te nihil scire. Tui ergo te libri arguunt, q̄ nihil a philosophia disci possit ad uitam. Hæc tua uerba sunt. Mihi autem nō modo ad sapiētiam cæci uidemur: sed ad ea ipsa quæ aliqua ex parte cerni uideantur hebetes & obtusi. Si ergo philosophia est magistra uitæ, cur tibi cæcus & hebes & obtusus uidebare, quem oportuit illa docentem & sentire & sapere, & in clarissima luce uersari? At quam confessus fueris philosophiæ ueritatem, docent ad filium composita præcepta: quibus mones philosophiæ quidem præcepta noscēda: uiuendum autem esse ciuiliter. Q uid tam repugnans dici potest? Si noscenda sunt pręcepta philosophiæ, ideo utiq; noscēda sunt, ut recte sapiēterq; uiuamus. Vel si ciuiliter uiuēdum est: non est igitur philosophia sapientia, siquidem melius est ciuiliter q̄ philosophice uiuere. Nā si sapientia est quæ dicitur philosophia: stultć profecto uiuit, qui non secundum philosophiam uiuit. Si aūt nō stultć uiuit, qui ciuiliter uiuit, sequitur ut stultć uiuat q philosophicć uiuit. Tuo itaq; iudicio philosophia stultitię inanitatisq; damnata est. Idē in consolatione, i. in opere non ioculari. Hāc de philosophia sentētiam tulisti. Sed nescio quis uos teneat error, aut miserabilis ignoratio ueri. Vbi est ergo philosophiæ magisterium? aut quid te docuit illa uitæ parēs, si uerum miserabiliter ignoras? Q uod si hæc erroris ignorationisq; cōfessio, penć inuito tibi ab intimo pectore expressa est: cur non tibi aliquando uerum fatebaris: philosophiam, quam tu nihil docentem in cælum laudibus extulisti, magistram uirtutis esse non posse?

Viuēdum ciuiliter.

¶ Q uod in eodem errore fuit Seneca: & quid philosophia secūdum ipsum. Et q̄ sicut deus unus & ueritas una: ita una est & simplex sapia. Et quomodo philosophorum oratio pugnet cum uita. Cap. XV.

Phīa quid ex seneca.

EOdem ductus errore Seneca: quis. n. ueram uiam teneret errante Cicerone? Phīa inquit nihil aliud est q̄ recta uiuendi ratio, uel honestć uiuendi scientia, uel ars uitæ agendæ. Non errabimus, si dixerimus philosophiam esse legem benć honestćq; uiuendi. Et qui dixerit illam regulam uitæ, suum illi reddidit. Hic plancć non respexit ad commune philosophiæ nomen: quæ cum sit in plureis sectas disciplinasq; diffusa: nihilq; habeat certi, nihil deniq; de quo uniuersi una mēte ac uoce consentiant, quid potest esse tam falsum q̄ regulam uitæ philosophiam uocari? in qua diuersitas præceptoꝝ rectū iter impediat & turbet? aut legē benć uiuēdi, cuius capita lōge dissonant? aut sciam uitæ agendæ? in qua nihil aliud efficit cōtraria sæpe dicēdo, q̄ ut nemo qcquā sciat. Q uæro. n. utrū ne academiā philosophiā putet esse, an nō? Negaturū nō arbitror: quod si est, nihil ergo illoꝝ cadit in phīam: q̄ ut oīa reddat ĩcerta: legē abrogat: artē nullam putat: rōnem subuertit: regulam

regulā deprauat, sciētiam funditus tollit. Falsa igitur illa omnia, q̄a ī rem semper incertam, & adhuc nihil explicantem cadere nō pōt. Nulla itaq; ratio uel scīa, uel lex benć uiuendi: nisi in hac unica & uera & cælesti sapientia constituta est: quæ philosophis fuit ignota. Nā illa terrena qm̄ fallax ē: uaria, & multiplex sibiq; tota contraria est: & sicut unus est huius mundi constitutor & rector deus: una ueritas: ita unā esse ac simplicem sapientiam necesse ē: qa quicquid est ueꝝ ac bonū, id perfectum esse non potest, nisi fuerit singulare. Q uod si philosophia uitam posset instruere, nulli alii nisi philosophi essent boni. Et qui eam non didicissent, essent omnes semper mali. Cum innumerabiles existant, & semp extiterint q̄ sint aut fuerint, sine ulla doctrina boni. Ex philosophis autem perraro fuerit, qui ali quid in uita fecerit laude dignum. Q uis est tandem, qui nō uideat eos homines uirtutis qua ipsi egēt, nō esse doctores? Nā siquis mores eoꝝ diligenter inquirat, inueniet iracūdos, cupidos, libidinosos, arrogātes, proteruos, & sub obptentu sapiētiæ sua uitia cælātes, domi faciētes ea, quæ in scholis arguissent. Fortasse mētior accusandi gratia: nōne idipsum Tullius & fatetur & queritur? Q uotus inqt quisq; philosophorū inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo & uita cōstitutus, ut ratio postulat: qui disciplinā ueram non ostentationem scientiæ, sed legē uitæ putet, qui obtemperet ipse sibi, & decretis pareat suis? Videre aūt liceat alios tāta leuitate & iactatione, ut his fuerit nō didicisse melius: alios pecuniæ cupidos, alios gloriæ, multos libidinum seruos, ut cū eorū uita & uitiis mirabiliter pugnet oratio. Neposq; Cornelius ad eundē Ciceronē ita scribit. Tantū abest ut ego magistrā esse putē uitæ philosophiā, beatæq; uitæ pfectricē: ut nullis magis existimē opus esse magistros uiuendi, q̄ plærisq;, qui in ea disputanda uersantur. Video. n. magnā partem eorum, qui ī schola de pudore & cōtinētia præcipiāt argutissimć, eosdē in omniū libidinū cupiditatibus uiuere. Itē Seneca in exhortationibus. Plæriq; inquit philosophorū tales sunt diserti in conuiciū suū: quos si audias in auaritiā, in libidinē, ī ambitionem perorantes, indicium sui putes pfessos. Adeó redundāt ad ipsos maledicta in publicū missa: quos nos nō aliter ituri decet, q̄ medicos, quoꝝ tituli remedia habent pyxides uenena. Q uosdam uero nec pudor uitiorum tenet, sed patrocinia turpitudini suæ fingunt, ut etiam honestć peccare uideantur. Faciet sapiens (inquit idem Seneca) etiam quæ nō probabit, ut etiam ad maiora transitum inueniat: nec relinquet bonos mores, sed tempori aptabit, ut quibus alii utuntur in gloriam aut uoluptatem, utatur agendæ rei causa. Deinde paulopost. Omnia quæ luxuriosi faciūt, quæq; imperiti, faciet & sapiens, sed nō eodē modo, eodēq; proposito. Atqui nihil interest quo aio facias, qđ fecisse uitiosum est, quia facta cernūtur, aius non uidetur. Aristippo Cyrenaicorū magistro cum Laide nobili scorto fuit cōsuetudo: qđ flagitiū grauis ille philosophiæ doctor sic defendebat, ut diceret multū inter se & cæteros Laidis amatores itereſſe, q̄ ipse haberet Laidem, alii uero a Laide haberentur. O præclara & imitāda bonis sapia. Huic uero liberos in disciplinam dares, ut discerent habere meretricē. Aliqđ inter se ac pditos itereſſe dicebat. s. q̄ illi bona sua pderēt. Ipse gratis luxuriaretur. In quo tamć sapientior meretrix fuit: quæ sic philosophū ha-

Phōꝝ oro pugnat cū eoꝝ uita.

Aristippus Cyrenaicꝰ amauit Laidem. Laidē habeo. non hēor a Laide.

buit pro lęnone, ut ad ſe omnis iuuentus doctoris exemplo & autoritate cōcurreret corrupta ſine ullo pudore. Quid ergo interfuit, quo animo philoſophus ad meretricem famoſiſſimam cōmearet, cum eum populus & riuales ſui uiderent omnibus perditis nequiorē? Nec ſatis fuit ita uiuere, ſed docere etiā libidines cœpit: ac mores ſuos de lupanari ad ſcholam tranſtulit: diſſerēs uoluptatem corporis eſſe ſummum bonum. Quæ doctrina execrabilis & pudenda, non in corde philoſophi, ſed ī ſinu meretricis eſt nata. Nam quid ego de Cynicis loquar? quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit, quid mirum ſi a canibus (quorum uitām imitantur) etiam uocabulum nomenq; traxerunt? Nullum igitur in hac diſciplina magiſterium uirtutis eſt: cum etiam illi qui honeſtiora prędicipiunt aut nō faciunt ipſi quæ ſuadēt, aut (qđ raro accidit) non diſciplina eos ad rectū: ſed natura perducat, quæ ſæpius etiam indoctos impellit ad laudem.

Ariſtippus ſtatuit ſūmū bonū corporis uoluptatē Cynici ob ſcœni.

¶ Quod rectē docentes & malē uiuentes (teſte Cicerone) non utilitatē ex phīa ſed inanē percipiūt delectationē. Et q; ſapīa ſeipſam ſemper exercet in bonis actibus. Et quare nō phīæ ſed ſapientiæ ipſi iugiter inſiſtēdū ſit. Cap. XVI.

VErūm enim ſe perpetuæ deſidiæ tradāt: nullāq; uirtutē capeſſant, & omnem ſuam uitam nihil aliud q̄ in eloquentia peragant, quid aliud q̄ inertes putari debent? Sapientia autem niſi in aliquo actu fuerit: quo uim ſuam exerceat, inanis & falſa eſt. Rectēq; Tullius ciuiles uiros qui remp. gubernāt, qui urbes aut nouas conſtituāt, aut conſtitutas æquitate tueātur: qui ſalutē libertatēq; ciuium, uel bonis legibus uel ſalubribus cōſiliis, uel iudiciis grauibus conſeruēt, philoſophiæ doctoribus præfert. Bonos. n. facere oportet, potiuſq; incluſos in angulis faciēda præcipere: quæ ne ipſi quidē faciunt qui loquuntur, & qm̄ ſe a ueris actibus remouerūt, apparet eos exercendæ linguæ cā, aduocandi gratia artem ipſam philoſopiæ repperiſſe. Quī autē docent tantum, nec faciūt, ipſi præceptis ſuis detrahunt pondus. Quis enī obtemperet, cū ipſi præceptores doceāt nō obtemperare? Bonū eſt autem recta & honeſta præcipere: ſed niſi & facias, mendacium eſt: & incongruēs atq; ineptum non in pectore, ſed in labiis habere boniratem. Nō ergo utilitatem ex philoſophia, ſed oblectationē petunt. Quod quidē Cicero teſtatus eſt: profecto inquit omnis iuſtorū diſputatio quanq̄ uberrimos fontes uirtutis & ſcīæ contineat: tn̄ collata cū horū actis perfectiſq; rebus, uereor ne tm̄ uideatur attuliſſe negociis hoīum quantam oblectationē ocii. Vereri quidem non debuit, cum uerum diceret, ſed quaſi timeret ne proditi myſterii reus a philoſophis citaret. Nō eſt auſus confidenter pronunciare, quod fuit uerum, illos non ideo diſputare ut doceant: ſed ut ſe oblectent in ocio, qui qm̄ authores ſunt rerū gerēdarū, nec ipſi quicquid gerunt, pro loquacibus ſunt habēdi. Sed pfecto qa nihil boni ad uitā afferebant, nec ipſi decretis ſuis obtemperauerūt, nec quiſquā p tot ſecula inuētus eſt, qui eoꝝ legibus uiueret. Abiicienda eſt igit̄ omnis phīa quia non ſtudendū eſt ſapīæ: quod fine aut̄ mō careat: ſed ſapiendū eſt & q̄dē mature. Non enim nobis altera uita conceditur, ut cum quæramus in hac ſapientiam, in illa ſapere poſſimus:

Ciuiles uiri pferēdi.

Phīæ ſtudiū nō ad utilitatē rē deſ: ſed ad inanē delectationē.

poſſimus, in hac utrūq; fieri neceſſe eſt. Cito iueniri debet, ut cito ſuſcipi poſſit, nequid pereat ex uita, cuius finis incertus eſt. Ciceronis Hortenſius cōtra philoſophiam diſſerens, circunuenitur arguta concluſione: qui cum diceret philoſophandum non eſſe: nihilominus philoſophari uidebatur: quoniam philoſophi eſt, quid in uita faciendum, uel non faciēdum ſit diſputare. Nos ab hac calumnia immunes ac liberi ſumus, qui philoſophiam tollimus, quia humanæ cogitationis inuentio eſt. Sophiam defendimus, quia diuina traditio eſt: eamq; ab omnibus ſuſcipi oportere teſtamur. Ille cū philoſophiam tolleret, nec melius aliquid afferret, ſapientiam tollere putabatur, cóq; facilius de ſentētia pulſus eſt: quia cō ſtat hominem non ad ſtultitiam, ſed ad ſapientiam naſci. Præterea illud quoq; argumētum contra philoſophiam ualet plurimū, quo idem eſt uſus Hortenſius, ex eo poſſe intelligi philoſophiā non eſſe ſapientiā, q; principiū & origo eius appareat. Quādo inquit philoſophi eē cœperūt Thales (ut opinor) primus, recēs hæc quidem ætas. Vbi ergo apud antiquiores latuit amor iſte inueſtigandæ ueritatis? Idem Lucretius ait.

Philoſophandū nō eſſe.

Sophia q̄.

Phīæ origo.

Thales autor phīæ.

Lucretii locus.

Deniq; natura hæc rerum, ratioq; reperta eſt
Nuper, & hac primum cum primis ipſe repertus.

Nunc ego ſum in patrias, qui poſſum uertere uoces. Et Seneca, Nondum ſunt inquit mille anni, ex quo initia ſapię nota ſunt. Multis ergo ſeculis humanum genus ſine ratione uixit. Quod irridens Perſius, Poſtquam inquit ſapere urbi Cūpipere & palmis uenit: Tanquam ſapiētia cum ſaporis mercibus fuerit inuecta: quæ ſi ſecundum hominis naturam eſt, cum homine eſſe cœperit neceſſe eſt. Si uero non eſt: nec capere quidem illam poſſet humana natura. Sed quia recepit, igitur a principio fuiſſe neceſſe eſt: ergo philoſophia quia nō á principio fuit, nō eſt eadem uera ſapientia: ſed uidelicet Græci qui ſacras ueritatis literas nō attigerant: quemadmodum deprauata eſſet ſapientia, neſciuerunt. Et ideo cum uacare ſapientia humanam uitam putarent: philoſophiam commēti ſunt: ideſt latētem atq; ignotam ſibi ueritatem diſſerendo eruere uoluerunt: q; ſtudium per ignorātiam ueri ſapientiam putauerunt.

Perſii locꝰ.

¶ Quæ fuit ipſa doctrina Epicuri: quæ moribus omniū appoſitiſſima loquebatur. Et quomodo Leucippū & Democritū habuerit authores erroris: & fabros atomorum & aſſertores uoluptatis. Cap. XVII.

DIxi de philoſophia ipſa q̄ breuiter potui: nunc ad philoſophos ueniamus: nō ut cum eiſdē certemus: qui ſtare nō poſſunt: ſed ut eos fugientes atq; deiectos noſtro campo inſequamur. Epicuri diſciplina multo celebrior ſemp fuit q̄ cæterorum: nō qa ueri aliqd afferat: ſed qa multos ad populare nomē uoluptatis ſuitat. Nemo. n. nō ī uitia pnus eſt. Præterea ut ad ſe multitudinē cōtrahat: appoſita ſingulis qbuſq; moribꝰ loqt̄. Deſidioſū uetat lr̄as diſcere: auaꝝ ppr̄ari largitōe liberat: ignauū p̄hibet accedeē ad rēp. pigꝝ exercere: timidū militare. Irreligioſus audit deos nihil curare: ihūanus & ſuis cōmodis ſeruiēs iubet̄ nihil cuiq̄ tribuere. Oīa. n. ſui cā facere ſapiētē: fugiēti turbā ſolitudo laudat̄. Quī nimiū parcus ē: diſcit aq̄ & polē

Epicuri ſecta celeberrima ſemp & cur.

Voluptatis nomen populare.

ta uitam posse tolerare. Q ui odit uxorem, huic enumerãtur cælibatus bona. Ha benti malos liberos, orbitas prædicatur. Aduersus impios parentes nullum esse uinculum naturæ impatiẽti ac delicato dolorem esse omnium malorũ maximum dicitur: forti etiam in tormentis beatum esse sapientem. Q ui claritati ac potẽtiæ studet, huic præcipitur reges colere. Q ui molestiã ferre non potest: huic regiam fugere. Ita homo astutus ex uariis diuersisq; modis circulum cogit: & dum studet placere omnibus, maiore discordia secum ipse pugnauit, q̃ inter se uniuersi.

Prouïdentia cur ab Epicuro sublata. Mors idifferenter in oẽs sæuit.

Vnde autẽ disciplina eius tota descendat, quam originem habeat, explicandũ ẽ. Videbat Epicurus bonis aduersa semper accidere: paupertatem, labores, exilia, carorum amissiones: malos cõtra beatos esse, augeri potentia, honoribus affici, uidebat innocentiam minus tutam, scelera impune commiti: uidebat sine delectũ morum, sine ordine ac discrimine annorum sæuire mortem: sed alios ad senectutem peruenire: alios infantes rapi: alios iam robustos interire alios in primo adolescentiæ flore immaturis funeribus extingui: in bellis potius meliores & uinci & pire. Maxime ãt cõmouebat hoies primis religiosos grauioribus malis affici. His autem qui aut deos omnino neglexerunt, aut non pić coluerunt, uel minora incõmoda euenire, uel nulla. Ipsa etiam templa fulminibus conflagrare.

Q uod Lucretius queritur cum dicit de deo.

Tum fulmina mittat & ædes
Ipse suas disturbet: & in deserta recedens
Sæuiat exercens tælum, quod sæpe nocentes.
Præterit: examinatq; ídignos inq; merẽtes. ¶ Q d̃ si uel exiguã ueritatis aurã colligere potuisset, nũq̃ diceret ædes illũ suas disturbare, cũ iõ disturbet, q nõ sunt suæ. Capitolium quod est romanæ urbis & religionis caput summum, nõ semel sed sæpius fulmine ictum conflagrauit. Homines aũt ingenioſi quid de hoc existimauerint, ex dicto Ciceronis apparet: qui ait diuinitus extitisse illam flãmã nõ quæ terrestre illud domiciliũ iouis deleret: sed quæ sublimius magnificẽtiu squé deposceret. Q ua de re etiam in libris consulatus sui eadem dixit, quæ Lucretius:

Capitoliũ fulmĩe ictũ

Ciceron. carmen.

Nam pater altitonans stellanti nixus olympo.
Ipse suas arces atq; inclyta templa petiuit. Et capitolinis iniecit sedibus ignes.

Pertinaci ergo stultitia nõ modo uim maiestatemq; ueri dei nõ itellexerũt: sed ẽt impietatem sui erroris auxerũt: qui templum cælesti iudicio sæpe dãnatum resti tuere cõtra fas omne cõtenderint. Cum hæc igitur cogitaret Epicurus, earum rerum uelut iniquitate inductus. Sic.n. cãm rationemq; ignorãti uidebatur, existimauit nullã esse prouidẽtiã. Q d̃ cũ sibi persuasisset, suscæpit etiã defendẽdũ: sic in errores inextricabiles se ipe inclusit. Si enim puidẽtia nulla est, quomodo tam ordinatẽ, tã dispositẽ mũdus effectus est. Nulla inquit dispositio est, multa .n. facta sunt aliter q̃ fieri debuerũt. Et iuenit hõ diuinus, quæ reprehẽderet. Q uæ singula si uacaret refellere: facile ostẽderem: nec sapiẽtem hunc fuisse nec sanũ. Itẽ si nulla prouidẽtia est, quo aialium corpora tam prouidẽter ordinata sunt: ut singula quæq; mẽbra mirabili rõne dispositа, sua officia cõseruẽt? Nihil inqt ĩ procreãdis aialibus puidẽtiæ rõ molita est. Nã neq; oculi facti sunt ad uidẽdũ: neq;

Prouidentiã nullam esse.

Epicuri opiniões.

aures

aures ad audiendũ, neq; lingua ad loquendum: neq; pes ad ambulandum: quoniam prius hæc nata sunt q̃ esset loqui, audire, uidere, ambulare. Itáq; non hæc ad usum nata sunt: sed usus ex illis natus est. Si nulla prouidẽtia est cur hymbres cadunt, fruges oriunt, arbusta frondescunt? Non inquit semp animantium cã ista fiunt, qm̃ prouidẽtiæ nihil prosunt, sed omnia sua sponte fieri necesse est. Vnde ergo nascũtur, aut qũo fiunt oia, quæ gerũtur? Non est inquit puidentiæ opus. Sũt. n. fæmina per inane uolitãtia, quibus inter se temere cõglobatis uniuersa gignuntur, atq; cõcrescunt. Cur igit illa non sentimus, aut nõ cernimus? Q uia nec colorem habẽt inquit, nec calorem ullũ, nec odorẽ, saporis quoq; & humoris expertia sunt, & tã minuta ut secari ac diuidi nequeant. Sic eũ quia in principio falsum susceperat, cõsequentiũ rerum necessitas ad deliramenta perduxit. Vbi enĩ sunt aut unde ista corpuscula? Cur illa nemo præter unũ Leucippũ somniauit? A quo Democritus eruditus hæreditatem stultitiæ reliquit Epicuro. Q uæ si sint corpuscula, & quidẽ solida, ut dicunt, sub oculos certe uenire possunt. Si eadem est natura omniũ, qũo res uarias efficiunt? Vario inquit ordine ac positione conueniunt, sicut literæ, quæ cum sint paucæ, uariæ tamen collocatæ innumerabilia uerba cõficiũt. At literæ uarias formas habẽt. Ita inquit & hæc ipsa primordia. Nam sunt aspera, sunt hamata sunt leuia. Secari ergo & diuidi possunt, si aliquid inest illis quod emineat. Si aũt leuia sunt & hũoris idigent cohærere nõ possunt. Hamata igitur eẽ oportet, ut possint inuicem cõcathenari. Cum uero tam minuta esse dicãtur, ut nulla ferri acie disiici ualeant, qũo hamos aut angulos habent? Q uos quia extãt, necesse est posse diuelli. Deinde quo fœdere inter se? qua mente cõueniunt, ut ex his aliquid cõstituatur, si sensu careãt, nec coire tam dispositẽ possunt: quia nõ potest quicquã rationale pficere nisi ratio. Q uã multis coargui hæc uanitas potest: sed properat oratio. Hic est ille,

Atomi q̃d

Q ui genus humanũ ingenio superauit: & omnes, Extinxit stellas ut exortus ætherius sol? Q uos equidem uersus nũquam sine risu legere possum. Nõ enim de Socrate aut Platone hoc saltem dicebat: qui uelut reges habẽtur philosophorum. Sed de homine quo sano & uigẽte nullus æger ieptius delirauit. Itáq; poeta inanissimus leonis laudibus murẽ non ornauit: sed obruit & obtriuit. At idẽ nos metu liberat mortis: de qua hæc ipsius uerba sunt exp̃ssa. Q ñ nos sumus: mors non est: quãdo nos nõ sumus: mors ẽ. Mors ergo nihil ad nos: q̃ argute nos fefellit: quasi uero transacta mors timeatur, qa iam sensus ereptus ẽ, ac nõ ipsum mori quo sensus eripit. Est igitur tẽpus aliquod quo & nos iam non sumus: & mors tamen nondum est. Idque ipsum uidetur miserum esse: q; & mors esse incipit, & nos esse desinimus. Nec frustra dictum est, mors misera non est. Aditus ad mortem est miser, hoc ẽ morbo tabescere, ictum perpeti, ferrum corpore excipere, ardere igni, dentibus bestiarum laniari. Hæc sunt quæ timentur, non quia mortẽ afferunt, sed quia dolorem magnum. Q uín potius effice ne dolor malũ sit. Omnium inqt malor; maximum est. Q uid ergo nõ possum nõ timere, si id qd̃ mortẽ antecedit, aut efficit malũ est? Q uid q; totũ illud argumẽtũ falsum est? qa nõ intereũt aiæ. Veré inqt nã qd̃ cum corpore nascitur, cũ corpe intereat necesse est.

Lucretii locus.

Mors nihil ad nos.

Dolor oĩum malorum maximum.

Aia an cũ corpore ĩtereat.

Epicuri dogma uitã puertit.

iam ſuperius dixi differre hunc locum melius, & operi ultimo reſeruare, ut hãc Epicuri perſuaſione, ſiue illa Democriti, ſiue Dicearchi fuit, argumentis & diuinis teſtimoniis redarguã. Verũm ille fortaſſe ipunitatẽ uitiis ſuis ſpopondit. Fuit enĩ turpiſſimæ uoluptatis aſſertor: cuius capiẽdæ cã naſci hoiem putauit. Quis cũ hoc affirmari audiat, uitiis & ſceleribus abſtineat. Nã ſi perituræ ſunt aĩæ, appetamus diuitias, ut oẽs ſuauitates capere poſſimus. Quæ ſi nobis deſũt, ab his q hñt auferamus clã, dolo, ui. Eó magis ſi humanas res nullus deus curat: qñcũq; ſpes ipunitatis arriſerit, rapiamus, necemus. Sapiẽtis ẽ enim malefacere, ſi & utile ſit & tutũ, qm̃ ſiquis cælo deus eſt, nõ iraſcitur cuiq̃. Æq; ſtulti eſt & benefacere, qa ſicut ira nõ cõmouetur, ita nec gratia tangit᷑. Voluptatibus igitur quoquomõ poſſimus, ſeruiamus. Breui.n. tpe nulli erimus oĩno. Ergo nullũ diẽ, nullum deniq; tpis punctum fluere nobis ſine uoluptate patiamur: ne quia ipſi qñq; periturí ſumus, idipſum qd᷑ uiximus pereat. Hoc ille tametſi nõ dicit uerbo, re tamẽ ipſa docet. Nã cũ diſputat oĩa ſapiẽtem ſua cã facere, ad utilitatẽ ſuam refert oĩa quæ agit. Itáq; qui audit hæc flagitia, nec boni quicq̃ faciendũ putabit: qm̃ bene facere ad utilitatem ſpectat alienã: nec a ſcelere abſtinẽdum, quia maleficto præda coniuncta eſt. Archipirata quiſquam uel latronum ductor, ſi ſuos ad graſſandum cohortet᷑: quo alio ſermone uti põt ſ q̃ ut eadem dicat, quæ dicit Epicurus: deos nihil curare. Non ira, non gratia tangi, inferorũ pœnas nõ eſſe metuendas: q animæ poſt mortẽ occidant: nec ulli oĩno ſunt inferi: uoluptatẽ eſſe maximum bonum: nullam eſſe humanam ſocietatem: ſibi quẽq; cõſulere: neminem eſſe qui alterum diligat niſi ſua cã. Mortem non eſſe metuẽdam forti uiro: nec ullum dolorẽ quí netiã ſi torqueatur, ſi uratur, nihil ſe curare dicat. Eſt planẽ cur quiſquã putet hanc uocem uiri eſſe ſapientis: quæ poteſt latronibus aptiſſimẽ cõmodari.

Deus nec iraſcit᷑: nec gratia tangitur.

Sapientem oĩa ſua cã facere.

¶ Quomodo pythagorici & ſtoici cõtrario epicureis errore deſipiãt: ſic aĩas; immortalitatem ſtatuẽtes: ut eas in uaria corpora tranſire mentiantur. Et uolũtariam mortem perſuaſerint inaniter philoſophantibus. Cap. XVIII.

Aĩas poſt mortẽ ſupereſſe.

Palimpſychia pythagoræ.

Cleanthes manꝰ ſibi intulit.

Chryſippꝰ ſe neci dedit.

Zeno mortẽ ſibi maturauit.

Empedocles ĩ Ætnæ ſpecũ ſe deiecit.

Aii autem contraria dixerũt: ſupereſſe animas poſt mortem, & hi ſunt maxime pythagorici ac ſtoici: quibus & ſi ignoſcendum eſt, quia uerum ſentiunt: non poſſunt tamẽ reprehendere eos, qui nõ ſcientia, ſed caſu inciderũt in ueritatẽ. Itáq; in eo ipſo qd᷑ rectẽ ſentiebãt: aliqd errauerũt. Nã cũ timerẽt, argumẽtũ illd᷑ quo colligit᷑: neceſſe ẽ ut occidant aiæ cũ corporibus: qa cũ corporibus naſcunt᷑: dixerũt non naſci aĩas, ſed inſinuari potius ĩ corpa: & de aliis in alia migrare corpa. Nõ putauerũt aliter poſſe fieri ut ſupſint aĩę poſt corpa: niſi uideãt᷑ fuiſſe añ corpa. Par igr̃ ac ꝑpe ſimilis error ẽ ptis utriuſq;. Sed hæc in ꝑterito falſa eſt: illa in futuro. Nemo enĩ uidit qd᷑ eſt ueriſſimũ: & naſci aĩas, & nõ occidere, quia cur id fieret, aut q̃ rõ eſſet, hoíes neſcierũt. Multi ergo ex his qui æternas eẽ aĩas ſuſpicabant᷑, tanq̃ in cælũ migraturi eẽnt: ſibi ipſis manus ĩtulerũt, ut Cleãthes & Chryſippus, ut Zeno & Empedocles, qui ſe in ardentis Ætnæ ſpecũ intempeſta nocte deiecit: ut cũ repente nõ apparuiſſet, abiiſſe ad deos crederetur: ex Romanis Cato, qui fuit in omni

omni ſua uita Socratice uanitatis imitator. Nã Democritus in alia fuit pſuaſione. Sed tñ ſpõte ſua letho caput obuius obtulit ipe, quo nihil ſceleratius fieri põt. Nã ſi homicida nefarius ẽ: q hoís extictor ẽ, eidẽ ſceleri obſtrictus ẽ q̃ ſe necat: qa homĩẽ necat. Immo uero maius eẽ id facinus exiſtimãdũ ẽ, cuius ultio deo ſoli ſub iacet. Nã ſicut ĩ hãc uitã nõ nr̃a ſpõte uenimus: ita rurſus ex hoc domicilio corporis qd᷑ tuendũ nobis aſſignatũ eſt: eiuſdẽ iuſſu nobis recedendũ eſt: q nos in hoc corpus iduxit, tã diu habitaturos, donec iubeat emitti. Et ſi uis aliqua inferat᷑: æq̃mẽte patiẽdũ eſt, cũ extincta inocẽtis aĩa inulta eẽ nõ poſſit: habeamuſq; uindicẽ magnum, cui ſoli uindicta integra ſemper eſt. Homicidę igitur illi oẽs phĩ & ipſe romanæ ſapiæ princeps Cato, q anteq̃ ſe occideret perlegiſſe Platonis librum dicit᷑, q eſt ſcriptus de æternitate aĩarũ. Et ad ſũmũ nefas phĩ authoritate compulſus eſt. Et hic tñ aliquã moriendi cãm uidet᷑ habuiſſe: odiũ ſeruitutis. Quid Ambraciotes ille, qui cum eundẽ librũ plegiſſet, pręcipitẽ ſe dedit nullã aliã ob cãm, niſi q; Platoni credidit ſ Execrabilis prorſus ac fugienda doctrina: ſi abigit hoíes a uita. Quod ſi ſciſſet Plato, atq; docuiſſet, a quo, & qũo & qbus & quæ ob facta, & quo tẽpore immortalitas tribuatur: nec Cleombrotum impegiſſet in mortem uolũtariam, nec Catonẽ, ſed eos ad uitam & ad iuſtitiã potius erudiſſet. Nam Cato uidetur mihi cãm quæſiſſe moriẽdi, non tã ut Cæſarẽ fugeret: q̃ ut ſtoicorũ decretis obtẽperaret, quos ſectabat᷑: nomẽq; ſuũ grandi aliquo facinore clarificaret: cui quid mali accidere potuerit, ſi uiueret nõ inuenio. Caius.n. Cæſar ut clæmens erat, nihil aliud efficere uolebat, ẽt in ipſo belli ciuilis ardore: q̃ ut bene mereri de repu. uideretur: duobus optimis ciuibus Cicerone & Catone ſeruatis. Sed redeamus ad eos q mortẽ pro bono laudant. De uita q̃reris quaſi uixeris: aut unq̃ tibi ratio conſtiterit: cur omnino ſis natus. Nonne igitur tibi uerus ille & communis oĩum pater Terentianũ illud iure increpauerit. Prius diſce qd᷑ ſit uiuere: ſi diſpliceb uita, tũ iſtoc utitor. Indignaris te malis eſſe ſubiectũ: quaſi quicq̃ merearis boni, q patrem, q dm̃, q regẽ tuũ neſcis: q quãuis clariſſimã lucẽ ituearis oculis mẽte tñ cæcus es, & in profundis ignorãtiæ tenebris iaces. Quæ ignorantia effecit, ut quoſdã dicere nõ puderet, iccirco nos eẽ natos, ut ſceler; pœnas lueremus: quo quid delirius dici poſſit nõ inuenio. Vbi.n. uel quæ ſcelera potuimus admittere, qui oĩno nõ fuimus ſ Niſi forte credemus inepto illi ſeni, q ſe ĩ priori uita Euphorbũ fuiſſe mẽtitus eſt. Hic credo qꝑ erat ignobili genere natus. Familiam ſibi ex Homeri carminibus adoptauit. O mirã & ſingularẽ Pythagoræ memoriã. O miſerã obliuionem nr̃um oĩum, q̃ neſciamus quid ante fuerimus: ſed fortaſſe uel errore aliquo uel gr̃a ſit effectum: ut ille ſolus letheũ gurgitem non attigerit: nec obliuionis aquam guſtauerit: uidelicet ſenex uanus (ſicut ocioſæ aniculæ ſolẽt) fabulas tanquã infantibus credulis finxit. Quod ſi bene ſenſiſſet de his qbus hæc locutus eſt: ſi hoíes eos exiſtimaſſet nunquã ſibi tã petulanter mentiendi licẽtiã uendicaſſet: ſed deridenda hoís leuiſſimi uanitas. Quid Ciceroni faciemus ſ q cum in principio conſolationis ſuæ dixiſſet: luendorum ſcelerum cauſa naſci homines. Iterauit id ipſum poſtea, quaſi obiurgãs eum, qui uitã non eſſe malis plenã putet: rectẽ ergo profatus eſt errore ac miſerabili ueritatis ignorãtia ſe teneri.

Cato ſocratis imitatõ Democritus ultro mortẽ oppetiit.

Cato ſe uticæ occidit.

Clembrotus Ambraciates ex alto ſe ꝑcipitẽ dedit.

Cæſaris clementia.

Cicero & Cato optimi ciues.

Homines ideo natos ut ſcelerũ pœnas ꝓluant.

Pythagoræ palingenefia.

¶ Quod Cicero & alii sapiẽtissimi imortalitatẽ aiarum sed infideliter docẽt. Et ꝙ mala uel bona mors sit põderãda ex ante acta uita & gra dei. Ca. XIX.

Mortẽ nõ eẽ malum

ATilli q de mortis bono disputãt, quia nihil ueri sciũt, sic argumentãtur: si nihil est post mortẽ: nõ est malum mors. Aufert enim sensum mali. Si aũt semper sunt animæ: est ẽt bonum, quia immortalitas sequitur. Quam sententiam Cicero de legibus sic explicauit. Gratulemurq; nobis quoniam mors aut leuiorẽ quã qui ẽ in uita: aut certe non deteriorem est allatura statum. Nã sine corpore animo uigente diuina est uita: sensu carenti, nihil profcto est mali. Argute ut sibi uidetur quasi nihil aliud esse possit. At qui utrunque hoc falsum est. Docent enim diuinæ literæ non extingui animas, sed aut pro iustitia præmio affici, aut pœna pro sceleribus sempiterna. Nec enĩ fas est aut eũ q sceleratus in uita feliciter fuerit effugere qd meretur: aut eum qui ob iustitiã miserrimus fuerit, sua mercede fraudari. Quod adeó uerum est ut idem Tullius in consolatione non easdẽ sedes incolere iustos atque impios prædicauerit. Nec enim omnibus inquit iidem illi sapientes arbitrati sunt inde cursum in cælũ patere: nã uitiis & sceleribus contaminatos deprimi in tenebras, atq; in cœno iacere docuerũt. Castos autem animos puros integros incorruptos bonis etiam studiis, atq; artibus expolitos, leui quodã & facili lapsu ad deos, idest ad naturam sui similem peruolare. Quæ sententia superiori illi argumẽto repugnat. Illud enim sic assumptum est tanq; necesse sit oẽm hominem natũ immortalitate donari. Quod igitur erit discrimẽ uirtutis ac sceleris, si nihil interest utrũm ne Aristides sit aliqs an Phalaris? Vtrũm Cato an Catilina? Sed hanc repugnantiam rerũ sniamq; non cernit, nisi qui tenet ueritatem. Siquis igitẽ nos roget utrum ne mors sit bonum an malum, respondebimus qualitatem eius ex uitæ rõne pendere. Nã sicut uita ipsa bonum est cũ uirtute uiuatur: malum si cum scelere: ita & mors ex præteritis uitæ actibus ponderãda est. Ita fit ut si uita in dei religione transacta sit: mors malum non sit qa trãslatio est ad imortalitatẽ. Sin aliter malũ sit necesse ẽ: qm̃ (ut dixi) ad æterna supplicia trãsmittit. Quid ergo dicemus, nisi errare illos, qui aut mortẽ appetũt tanq; bonum, aut uitam fugiunt tanq; malũ? Nisi ꝙ sunt iniquissimi, qui pauciora mala nõ cõpẽsant bõis pluribus. Nam cũ oẽm uitam per exquisitas & uarias traducãt uoluptates: mori cupiunt, siquid forte his amaritudinis superuenerit. Et sic hñt tanq; illis nunq; fuerit benẽ, si aliqñ fuerit malẽ. Damnãt igitẽ uitam oẽm bonisq; pleni nihil aliud q; male opinantur. Hinc nata est inepta illa snia: hanc esse mortem, quam nos uitã putamus: illam uitam quam nos pro morte timeamus. Ita primũ bonum esse nõ nasci, secundum citius mori. Quæ ut maioris sit authoritatis, Sileno attribuitẽ. Cicero in consolatione. Non nasci inquit longe optimum, nec in hos scopulos incidere uitæ. Proximum aũt si natus sis, q; primum mori tanq; ex incẽdio effugere uiolentiam fortunæ. Credidisse illi uanissimo dicto exinde apparet: ꝙ adiecit aliquid de suo ut ornaret. Quæro igitẽ cui esse optimũ putet nõ nasci: cum sit nullus oĩo qui sentiat? Nã ut bonũ sit aliquid, aut malum sensus efficit. Deinde cur omniũ uitam nihil aliud esse q; scopulos & incẽdium putauerit? quasi aut in nostra fuerit

Cicero. locus ex lib. de legibꝰ.

Impioꝝ sedes. Iustoꝝ sedes.

Mors bona sit an mala ante acta uita dijudicat.

Vitã quã nos putamus esse mortem. Mortem quã nos timemꝰ eẽ uitam.

Non nasci lõge optimũ.

Mori q; primum optimo proximum.

potestate ne nasceremur aut uitam nobis fortuna tribuat non deus: aut uiuẽdi ratio quicq; simile incendio habere uideatur. Non dissimile Platonis illud est: quod aiebat se gratias agere naturæ. Primum ꝙ homo natus eẽt potius q; mutum aĩal. Deinde ꝙ mas potius q; fœmina: ꝙ græcus q; barbarus. Postremo ꝙ athenien sis non thebanus, & ꝙ temporibus Socratis. Dici non potest quantam mẽtibus cæcitatem: quanto sq; pariat errores ignoratio ueritatis. Ego planẽ cõtenderim, nũq; quicq; dictum esse in rebus humanis delirius: quasi uero si aut barbarus, aut mulier, aut asinus deniq; natus esset: idem ipse plato non esset, ac non illud ipsum qd natus fuisset. Sed Pythagoræ uidelicet credidit: q ut uetaret homines animalibus uesci dixit aias de corporibus in aliorum aĩalium corpora commeare, quod & uanum & impossibile est. Vanum quia necesse non fuit ueteres aias in noua corpora inducere: cum idem artifex qui primas aliqñ fecerat potuerit semper nouas facere. Impossibile quia rectæ rationis aĩa tam ĩmutarare naturã status sui nõ põt: q; ignis aut deorsum niti, aut in transuersum fluminis modo flãmam suam fundere. Existimauit ergo homo sapiens fieri potuisse ut aĩa quæ tunc erat in Platone: in aliquod mutum aĩal includeretur: essetq; humano sensu prædita ut intelligeret ac doleret, incongruenti se corpore oneratam. Quanto sanius faceret si gratias se agere diceret: ꝙ ingenio sus ꝙ docilis natus eẽt: ꝙ in his opibus ut liberaliter eruditur. Nam ꝙ athenis natus est, quid in eo beneficii fuit? An non plurimi extiterunt in aliis ciuitatibus excellenti ingenio, atq; doctrina uiri? qui meliores singuli q; oẽs athenienses fuerũt? Quanta hominum milia fuisse credamus, qui & Athenis nati: & temporibus Socratis indocti tamen ac stulti fuerũt? Non enim aut patrietes aut locus in quo quisq; est, effusus ex utero conciliat hoĩ sapiam. Quid uero attinuit Socratis se temporibus natũ gloriari? Num Socrates ingenia discentibus potuit dare? Non uenit in mẽtem Platoni Alcibiadẽ quoq; & Critiam eiusdem Socratis assiduos auditores fuisse quorum alter hostis patriæ acerrimus fuit: alter crudelissimus omnium tyrannorum.

Plato quibꝰ de rebu agebat gratias naturæ.

Mas mulier e pstãtior Barbari in fastidio.

Thebani pĩguis Mineruæ.

Socratem quãti fecit Plato.

Palimpsychia Pythagoræ.

¶ Quod Socrates in eo fuit cordatior cæteris: quia a scrutino cælestiũ & naturaliũ causis disputationẽ suspendit, in quibus temerẽ consumit ingeniũ & tempus, & in multis desipuit, quorum subiiciuntur exempla. Cap. XX.

VIdeamus nunc qd in Socrate ipso tam magnum fuerit: ut hõ sapiens merito grãs ageret illis tpibus se esse natũ. Non ificior fuisse illũ paulo cordatiorẽ q; cæteros: qui naturã rerũ putauerũt ingenio posse cõprẽhẽdi. In quo illos nõ trñ excordes fuisse arbitror: sed ẽt impios, ꝙ in secreta illius cælestis ꝓuidẽtiæ, curiosos oculos uoluerunt immittere. Romę & in plæriscq; urbibus scimus esse quædã sacra quæ aspici a uiris nefas habetur. Abstinẽt igitur aspectu quibus illa cõtaminari non licet: & si forte uel errore uel casu quopiã uir aspexerit: primo pœna eius deinde ĩstauratione sacrificii scelus expiatur. Quid his facias, qui incõcessa scrutari uolunt. Nimirũ multo sceleratiores qui arcane mundi & hoc cæleste templum ꝓfanari impiis disputationibus quærunt, q; qui ædẽ Vestæ, aut bonæ deæ, aut cereris intrauerit. Quæ penetralia q; uis adire uiris nõ liceat: trñ a uiris fabricata sunt. Hi uero

Alcibiades hostis patriæ. Critias crudelis. Tyrannus. Scrutiniũ.

Bonæ deæ sacra a uiris aspici nefas erat.

non tantum impietatis crimẽ effugiunt: ſed quod eſt multo indignius, eloquẽtiæ famam, aut ingenii gloriã conſequuntur. Quid ſi aliqd iueſtigare poſſent? Sunt enim tam ſtulti in aſſeuerando: q̃ improbi in quærendo: cum neq; inuenire quicq̃ poſſint, nec defendere, ẽt ſi inuenerint. Nam ſi ueꝝ uel fortuito uiderint: quod ſæpius contingit: cõmittũt ut ab aliis id pro falſo refellat. Non enim deſcẽdit aliqs de cœlo, q ſniam ſingulorꝝ opinionibus ferat: quapropter nemo dubitauerit eos qui iſta cõquirãt ſtultos ineptos, inſanos eſſe. Aliqd ergo Socrates habuit cordis humani, qui cũ intelligeret hæc nõ poſſe iueniri: ab eiuſmodi quæſtionibus ſe remouit. Verior in eo ſolo: multa.n. ſunt eius nõ modo laude ídigna, ſed ẽt reꝑhenſione digniſſima: in quibus fuit ſuorꝝ ſimillimus. Ex his unũ eligam, quod ab oĩbus ſit probatũ celebre, hoc ꝓuerbiũ Socrates habuit. Quod ſupra nos nihil ad nos. Procũbamus igit in terram: & manus nobis ad præclara opera datas cõuertamus in pedes. Nihil ad nos cælũ, ad cuius cõtemplationẽ ſumus excitati: nihil deniq; lux ipſa ptineat. Certe uictus noſtri cã de cælo eſt: qd ſi hoc ſenſit: nõ eſſe de rebus cæleſtibus diſputandũ: ne illorꝝ qdem rõnem poterat cõpręhẽdere, quę ſub pedibus habebat. Quid ergo? nũ errauit in uerbis? Veriſimile nõ eſt, ſed nimirum id ſenſit quod locutus eſt: religioni minime ſeruiendũ. Quod ſi apte diceret, nemo pateret. Quis.n. nõ ſentiat hunc mundũ tam mirabili rõne perfectũ, aliqua prouidẽtia gubernari? Quãdo quidem nihil eſt quod poſſit ſine ullo moderatore cõſiſtere. Sic domus ab habitatore deſerta dilabitur. Nauis ſine gubernatore abit peſſum. Et corpus relictũ ab anima defluit: ne dum putemus tantam illam molem, aut cõſtrui ſine artifice: aut ſtare ſine rectore tãdiu potuiſſe. Quod ſi publicas illas religiones uoluit euertere, nõ improbo, qn etiam laudabo: ſi ipſe quidem melius inuenerit. Verũ idem p canem & anſerẽ deierebat. O hoĩem ſcurram (ut ait Zeno epicuræus) ineptũ, ꝑditũ, deſpatũ, ſi cauillari uoluit religionẽ: dementẽ ſi hoc ſerio fecit, ut anial turpiſſimũ pro deo hẽret. Quis iam ſupſtitiones ægyptiorꝝ audeat reꝑhendere, quas Socrates Athenis authoritate confirmauit ſua? Illud uero nõne ſũmæ uanitatis, q, ante mortẽ familiares ſuos rogauit, ut Æſculapio gallũ quẽ uouerat, pro ſe ſacrarẽt? Timuit uidelicet ne apud Rhadamanthũ receptorẽ uoti reus fieret ab ęſculapio. Dementiſſimũ hoĩem putarem, ſi morbo affectus periſſet. Cũ uero hoc ſanus fecerit, eſt ipſe inſanus, qui eũ putet eſſe ſapientẽ. En cuius tẽporibus natũ eſſe ſe homo ſapiens gratuletur.

Socrates ĩ quo cæteris phis fuit cõdatior

Quod ſupra nos nihil ad nos.

Religioni mime ſeruiendũ.

Socra. ab epicuræo Zenone ſcurra cõpellatus.

Aeſculapio gallũ uouere.

¶ Quod Plato didicerit a Socrate ea, quæ ſi obtineret humani generis periret ſocietas. Cap. XXI.

Videamus tñ qd illũ Socrates docuerit: q cũ totã phyſicã repudiaſſet: eó ſe cõtulit, ut de uirtute atq; officio q̃reret. Itaq; non dubito quin auditores ſuos iuſtitiæ p̃ceptis erudierit. Docẽte igit Socrate nõ fugit Platonẽ iuſtitiæ uim in æquitate cõſiſtere. Siquidem oẽs pari conditione naſcunt. Ergo inqt nihil priuati ac ꝓprii habeant: ſed ut pares eſſe poſſint, qd iuſtitiæ rõ deſiderat: oĩa in cõe poſſideant. Ferri hoc poteſt quãdiu de pecunia dici uidet. Q d ipſum q̃ ipoſſibile ſit, & q̃ iniuſtum, poteram multis rõnibus oſtendere. Concedamus tñ ut poſſit fieri. Oẽs.n. ſapientes erunt

Iuſtitiæ uis in æquitate cõſiſtit.

Cõia oĩa Plato ſtatuit.

erunt, & pecuniam contemnent. Quo ergo illum cõmunitas iſta perduxit? Matrimonia quoq; (inquit) communia eſſe debebunt. ſ. ut ad eãdem mulierem multi uiri tanq̃ canes confluant: & is utiq; obtineat, qui uiribus uicerit. Aut ſi ſapientes ſunt ut philoſophi, expectent ut uicibus tãquam lupanar habeant. O miram Platonis æquitatem. Vbi eſt igitur uirtus caſtitatis? ubi fides coniugalis? quæ ſi tollas, omnis iuſtitia ſublata eſt: at idem dixit beatas ciuitates futuras fuiſſe, ſi aut philoſophi regnarẽt, aut reges philoſopharentur. Huic ergo tam iuſto, tã æquo uiro regnum dares: qui aliis ſuſtuliſſet ſua, aliis condonaſſet aliena? proſtituiſſet pudicitiam mulierum? quæ nullus unquam non modo rex, ſed ne tyrannus quidem fecit: quam uero intulit rationem turpiſſimi huius conſilii, ſic inquit. Ciuitas concors erit, & mutui amoris conſtricta uinculis, ſi omnes omnium fuerint & marit & patres, & uxores, & liberi, quæ iſta confuſio generis humani eſt? Quo modo ſeruari poteſt caritas, ubi nihil eſt certum, quod ametur? quis aut uir mulierem, aut mulier uirum diliget, niſi habitauerint ſemper unã? niſi deuota mens & ſeruata inuicem fides indiuidua fecerit caritatem? quæ uirtus in illa promiſcua uoluptate locum non habet? Item ſi omnes omnium liberi fuerint: quis amare liberos tanq̃ ſuos potuerit, cum ſuos eſſe aut ignoret, aut dubitet? quis honorẽ tãq̃ patri deferet: cum unde natus ſit neſciat? Ex quo fit, ut non tm̃ alienum pro patre habeat, ſed ẽt patrẽ pro alieno: quid q, uxor pót eſſe cõis, filius uero nõ pót? quem concipi non niſi ex uno neceſſe eſt. Perit ergo illi uni communitas ipſa reclamante natura. Supereſt ut tatummodo concordiæ cã uxores uelint eſſe cões. At nulla uehementior diſcordiarum eſt cã, q̃ unius fœminę a multis maribus appetitio. In quo Plato ſi ratione nõ poterat, exemplis certe potuit admoneri: & mutorum animalium quæ ob hoc uel acerrime pugnãt: & hominum qui ſemper ob eam rem grauiſſima inrer ſe bella geſſerunt.

Matrimonia cõmunia Plato ſtatuit.

Reges opꝫ eſſe phõs.

¶ Quod dogma Platonis non erat niſi criminis fons & fomes, & uirtutum omnium exterminium. Cap. XXII.

Peſtat ut communio iſta nihil aliud habeat, præter adulteria & libidines: propter quas funditus euertendas eſt uirtus uel maxime neceſſaria. Itaque non inuenit concordiam quam quærebat, quia nõ uidebat unde oriat. Nam iuſtitia in extra poſitis nihil momenti habet: nec in corpore quidem ſed tota in hominis mente uerſatur. Qui ergo uult homines adæquare, nõ matrimonia, non opes ſubtrahere debet, ſed arrogãtiam, ſuperbiam, tumorem, ut illi potentes, & elati pares eſſe ſe ẽt mendiciſſimis ſciant. Detracta.n. diuitibus inſolẽtia & iniquitate, nihil intererit, utrum ne alii diuites, alii pauperes ſint, cum animi pares ſint: quod efficere nulla alia res præter religionem dei pót. Putauit igitur ſe inueniſſe iuſtitiam, cum eam prorſus euerteret, quia non rerum fragilium: ſed mentium debet eſſe communitas. Nam ſi iuſtitia uirtutum oĩum eſt mater, cũ illæ ſingulæ tollunt, ipſa ſubuertitur. Tulit aũt Plato, ante oĩa fragilitatẽ, quæ utiq; nulla eſt, ubi proprii nihil habeat. Tulit abſtinentiã, ſiquidẽ nihil fuerit quo abſtineat alienum. Tulit temperantiã, tulit caſtitatẽ, quæ uirtutes in utroq; ſexu maximę ſunt. Tulit uerecũdiam

Iuſtitia uir tutũ oĩum mater.

pudorem & modeſtiam: ſi honeſta & legitima eſſe incipiunt, quæ ſolent flagitioſa & turpia iudicari. Sic uirtutē cum uult oībus dare: oībus ademit. Nam rerum proprietas & uitiorum, & uirtutum materiā continet. Communitas aūt nihil aliud q̄ uitioꝝ licētiā. Nam uiri qui multas mulieres habent: nihil aliud dici poſſunt: q̄ luxurioſi ac nepotes. Item mulieres quæ a multis habent̄: nō utiq; adulteræ: qa certū mr̄imoniū nullū eſt: ſed ꝓſtitutæ ac meretrices ſint neceſſe ē. Redegit ergo humanam uitā ad ſimilitudinē non dico mutoꝝ, ſed pecudū ac bęluaꝝ. Nā uolucres penē oēs faciunt matrimonia: & paria iungunt̄, & nidos ſuos tanq̄ genitales thoros concordi mente defendūt: & fœtus ſuos quia certi ſunt, amāt, & ſi alienos obieceris abigunt. At homo ſapiens cōtra morem hoīum, contraq; naturam ſtultiora ſibi quæ ſequeretur: elegit. Et qm̄ uidebat in cæteris aialibus officia marium fœminarūq; non eſſe diuiſa, exiſtimauit oportere & mulieres militare & conſiliis publicis intereſſe: magiſtratus gerere: & impia ſuſcipere. Itaq; his arma & equos aſſignauit: conſequens eſt ut lanam & telam uiris infantium geſtationes. Nec uidit impoſſibilia eſſe quæ diceret ex eo, ꝙ adhuc in orbe terræ neq; tā ſtulta, neq; tam uaria ulla gens extiterit, quæ hoc modo uiueret.

Mulieres oportet militare.

¶ De minoribus phis, & quatenus inuicem ratione ex rerum contemptu proficiant, & erroris aſſertores ſint. Cap. XXIII.

Pecuniæ cōtēptus.

Vm igitur in tanta uarietate ipſi phōꝝ principes deprehendātur: quid illos minores putabimus: q nunq̄ ſibi tā ſapientes uideri ſolent, q̄ cum pecuniæ contemptu gloriant̄? Fortis aīus. Sed expecto quid faciant, & quō ille contēptus euadat. Tradita ſibi a parētibus patrimonia: tanq̄ malū fugiūt ac deſerūt. Et ne in tēpeſtate naufragiū faciāt: in trāquillo ſe ultro præcipitāt. Nō uiritute, ſed puerſo metu fortes: ſicut illi qui cū timēt ne ab hoſte iugulent̄, ipſi ſe iugulant: ut mortem morte deuitent. Sic iſti unde poſſent gloriā liberalitatis acquirere: ſine honore, ſine gratia perdūt. Laudat̄ Democritus ꝙ agros ſuos dereliquerit, eoſq; paſcua publica fieri paſſus ſit. Probarē ſi donaſſet. Nihil aūt ſapienter fit: qd ſi ab oībus fiat: inutile eſt ac malū. Sed hæc negligentia tolerabilis. Quid ille qui patrimoniū in nummos redactū effudit in mare? Ego dubito utrū ne ſanus an demens fuerit. Abite inquit in ꝓfundū malæ cupiditates: ego uos mergā, ne ipſe mergar a uobis. Si tātus pecuniæ contēptus ē, fac illā beneficiū, fac humanitatem, largire pauperibus. Poteſt hoc qd ꝑditurus es: multis ſuccurere: ne fame aut ſiti, aut nuditate moriantur. Imitare inſaniā ſaltem furorēq; Tuditani, ſparge populo diripiēda. Potes & pecuniā effugere, & tñ bene collocare: quia ſaluū ē quicqd pluribus ꝓfuit. Zenonis aūt paria peccata quis ꝓbat? Sed omittamus id, qd eſt ab oībus ſemp irriſum. Illud ſatis eſt ad coercendū furioſi hoīs errorē: quia inter uitia & morbos mi ſericordiā poſuit. Adimit nobis affectū, quo ratio humanæ uitæ penē oīs continetur. Cum. n. naura hoīs imbecillior ſit: q̄ cæterorū aīaliū: quæ uel ad perferendam uim temporum: uel ad incurſiones a ſuis corporibus arcēdas: naturalibus munimentis prouidētia cæleſtis armauit. Hoī autem quia nihil iſtorum datū eſt: accæpit pro iſtis oībus miſeratiōis affectum; qui planē uocatur humanitas: q̄ noſmet inuicem

Democritus agros ſuos dereliquit.

Pecuniam effudit in mare.

Tuditanus patrimonium populo diripiendū ſparſit.

Miſericordia aī mortbus.

Hō cæteris aīantibus ibecillior

Humanitas quæ.

inuicem tueremur. Nam ſi homo ad conſpectum alterius hoīs efferaretur: quod facere uidemus aīantes, quaꝝ natura ſoliuaga eſt: nulla eſſet hoīum ſocietas, nulla urbiū cōdendaꝝ uel cura uel rō. Sic neq; uita qdem ſatis tuta: cū cæteris aīalibus expoſita, eſſet imbecillitas hoīum: & ipſi inter ſemetipſos bæluarū more ſæuirēt. Nō minor in aliis demētia. Quid. n. dici pōt de illo, qui nigrā dixit eſſe niuem? q̄ cōſequens erat ut ēt picē albā eſſe diceret. Hic eſt ille qui ſe iccirco natum eſſe dicebat, ut cælū ac ſolē uideret: qui in terra nihil uidebat ſole lucente. Xenophanes dicētibus mathematicis orbē lunæ duo de uiginti partibus maiorē eſſe q̄ terram, ſtultiſſimē credidit. Et q; huic leuitati fuit cōſentaneū: dixit intra concauum lunæ ſinum, eſſe aliā terram, & ibi aliud genus hoīum ſimili mō uiuere quo nos in hac tetra uiuimus. Habent igitur illi lunatici hoīes alteram lunā: quæ illis nocturnum lumen exhibeat: ſicut hæc exhibet nobis. Et fortaſſe hic noſter orbis alterius inferioris terræ luna ſit. Fuiſſe Seneca inter ſtoicos ait, q deliberaret utrū ne ſoli quoq; ſuos populos daret, inepte, ſcilicet qui dubitauerit. Quid. n. ꝑderet ſi dediſſet? Sed credo calor deterrebat: ne tantam multitudinem periculo committere: ne ſi æſtu nimio periſſent, ipſius culpa eueniſſe tanta calamitas diceretur.

Niuem nigram dixit Anaxagoras.

¶ De Antipodibus, quos ideo eſſe finxerunt: quia opinati ſunt mūdum eſſe rotundum. Cap. XXIIII.

Lunæ ortus bis. xvili. partibus terra maior.

Lunæ concauū ſinū aliā ītra ſe terrā cōtinere.

Sol an ītra ſuum orbē habeat populos.

Antipodas nō eſſe

Quid illi qui eē cōtraios ueſtigiis nr̄is antipodas, putant? Nūqd aliqd loquunt̄? Aut ē qſq̄ tā ieptus, q tradat eē hoīes, quoꝝ ueſtigia ſint ſupiora q̄ capita? Aut ibi q̄ apud nos iacent: uniuerſa pēdere fruges & arbores deorſū uerſus creſcere: pluuias & niues & grādines ſurſum uerſus cadere in terrā. Et mirat̄ aliquis hortos penſiles iter ſeptē mira narrari: cum phi & agros, & maria, & urbes, & montes penſiles faciāt? Huius quoq; erroris aperiēda nobis origo eſt. Nam ſemp eodē mō fallunt̄. Cū. n. falſum aliqd ī principio ſumpſerint ueriſimilitudie īducti neceſſe eſt, eos in ea q̄ cōſequunt̄ incurrere. Sic incidūt in multa ridicula: qa neceſſe eſt falſa eſſe quæ rebus falſis cōgruūt. Cū autē primis habuerint fidē: qualia ſunt ea quæ ſequuntur non circunſpiciunt: ſed defendunt omni modo: cum debeant prima illa utrum ne uera ſint, an falſa ex cōſequentibus iudicare. Quæ igitur illos antipodas rō perduxit. Videbant ſiderum curſus in occaſum meantium. Solem atq; lunam in eandem partē ſemper occidere: atq; oriri ſemper ab eadem. Cū aut nō pſpicerēt quæ machinatio curſus eoꝝ tēperaret, nec qūo ab occaſu ad orientem reuerterēt. Cælū aūt ipſum in oēs partes putarent eſſe deuexū. Quod ſic uideri pp immenſam latitudinē neceſſe eſt. Exiſtimauerunt rotundū eſſe mundū ſicut pilā, & ex motu ſiderū opinati ſunt cælū uolui: ſic aſtra ſoleq; cū occiderint uolubilitate ipſa mūdi ad ortum referri. Itaq; ætherios orbes fabricati ſunt, quaſi ad figuram mūdi, eoſq; cælarunt portentoſis quibuſdam ſimulacris, quæ aſtra eſſe dicerent. Hanc igitur cæli rotūditatē illud ſequebat̄: ut terra in medio ſinu eius eſſet incluſa. Quod ſi ita eſſet, terrā ipſam globo ſimilem. Neq; enī fieri poſſet, ut non eſſet rotundū, qd̄ rotundo incluſum teneretur. Si aūt rotunda ēt terra eſſet, neceſſe eſt ut in oēs cæli partes eandē faciē gerat; ideſt montes erigat, campos tendat, maria

Horti penſiles inter vii. mira.

Solis & lunæ meatꝰ.

Cælum deuexum.

Mūdus in orbē conglobatus.

Terra globo ſimilis & cur.

Antipodas esse.

consternat. Quod si esset, sequebatur illud extremum: ut nulla sit pars terræ quæ nō ab hoibus, cæterisq; aialibus incolatur. Sic pendulos istos antipodas cæli rotū ditas adinuenit. Quod si quæras ab his qui hæc portenta defendūt: quō non cadūt oia in inferiorem illā cæli partem? Hanc respondent rerum esse naturā, ut pō dera in medium ferātur: & ad mediū cōnexa sint oia, sicut radios uidemus in rota. Quæ aūt leuia sunt ut nebula, fumus, ignis, a medio deferantur, ut cælum petant. Quid dicam de his nescio? qui cum semel aberrauerint, constanter in stulti tia perseuerant: & uanis uana defendunt: nisi q; eos interdum putō ioci cā philo sophari: aut prudentes & scios mēdacia defendenda suscipere: q̄si ut ingenia sua in malis rebus exerceāt uel ostentent. At ego multis argumentis probare possem nullo modo fieri posse ut cælū terra sit inferius: nisi & liber iam cōcludendus eēt, & adhuc aliqua restarent, quæ magis sint præsenti operi necessaria: & quoniam singulorum errores percurrere nō ē unius libri opus, satis sit pauca enarrasse: ex quibus possint qualia sint cætera intelligi.

¶ Quot & quanta prædiscenda sunt, & gentiliter philosophantibus, ut philoso phiam nullus assequatur, aut rarus. Cap. XXV.

Phiam nō esse uulgarem.

NVnc pauca nobis de phia in cōi dicenda sunt: ut confirmata cā p oremus. Sūmus ille noster Platonis imitator existiauit phiam nō esse uulgarem, & q; eā non nisi docti hoies assequi possent. Est inquit phia paucis contenta iudicibus, multitudinem cōsulto ipsa fugiens. Non est ergo sapia si ab hoium cœtu abhorret. Q m̄ igit̄ sapia si hoi datā est: sine ullo discrimine oibus data ē: ut nemo sit prorsus, qui eā capere nō possit. At illi uirtutem humano generi datam sic amplexantur: ut soli oium publico bono frui uelle uiderentur: tam inuidi q̄ si uelint deligare oculos, aut effodere cæteris ne solem uideant. Nam quid est aliud hoibus negare sapiam, q̄ mentibus eoq; uerum ac diuinum lumen auferre? Quod si natura hois sapiæ capax est oportuit opifices, & rusticos, & mulieres, & oēs deniq; qui humanam fortunā gerūt doceri ut sapiant: populūq; ex oi lingua, & conditione, & sexu, & ætate conflari. Maximum itaq; argumentum est phiam neq; ad sapiētiam tendere: neque ipsam esse sapiam: mysteriū eius barba tm̄ celebrātur & pallio. Senserunt hoc adeo stoici, qui & seruis & mulieribus philosophandum esse dixerunt. Epicurus quoq; qui rudes oium literarum ad phiam inuitat. Item Plato qui ciuitatem de sapientibus uoluit componere. Conati quidem sunt illi facere, quod ueritas exigebat: sed non potuit ultra uerba ꝓcedi. Primū quia multis artibus opus est: ut ad phiam possit accedi. Discendæ literæ istę communes pp usum legendi: quia in tanta rerum uarietate nec disci audiēdo possunt oia, nec memoria cōtineri: Grammaticis quoq; non parū operæ dandū est: ut rectā loquendi rōnem sciant. Id multos annos auferant necesse est. Nec oratoria quidē ignoranda est, ut ea quæ didiceris, ꝓferre atq; eloqui possis. Geometria quoq; ac musica & astrologia necessaria est: q; hæ artes cum phia habent aliquam societatem: quæ uniuersa perdiscere nequē fœminæ possunt: quibus intra puberes annos officia mox usibus domesticis profutura discenda sunt. Neq; serui quibus per eos annos uel maxime seruiendum est:

Phī barba tenus & pallio. Philosophādū seruis etiā & mulierib⁹.

est: quibus possunt discere: neq; pauperes, aut opifices, aut rustici, quibus in diē uictus labore est quęrendus. Ob eam causam Tullius ait abhorrere a multitudine philosophiam. At enim rudes Epicurus accipiet. Quomodo ergo illa quæ de principiis rerum intelligent: quæ perplexa & inuoluta uix etiam politi homines assequūtur? In rebus igitur obscuritate implicitis, & ingeniorum uarietate cōfusis, & eloquentia uirorum exquisito sermone fucatis: quis imperito ac rudi locus est? Denique nunq̄ ullas mulieres philosophari docuerunt: præter unam ex omni memoria Themisten. Neq; seruos præter unum Phædonem, quem male seruientē redemisse ac docuisse Cebetē tradunt. Enumerāt ēt Platonē ac Diogenē, q tamen serui non fuerunt, sed his seruitus euenerat, sunt enim capti. Platonem quidem redemisse Aniceris quidam traditur sestertiis octo. Itaq; insectatus est conuitiis redemptorem Seneca: q; Platonem paruo æstimauerit. Furiosus ut mihi quidem uidetur, qui homini fuerit iratus: q; non multum pecuniæ perdidit: scilicet aurum appendere debuit, tanquā pro mortuo Hectore: aut tantum ingerere nummorum, quantum uenditor non popposcit? Ex barbaris uero nullum præter unum Anacharsim scytham, q; philosophiam ne somniasset quidem, nisi & liguā & græcas literas ante didicisset.

Themistephiæ studiosa. Phædon elienſis. Plato in seruitutem recidit. Seneca arguitur. Anacharsis pūs.

¶ Quod doctrina cælestis sapientiam sola largitur: quam natura communis appetit: & quærens philosophia non inuenit. Et quam efficax sit lex dei, & ecclesiæ sacramenta. Cap. XXVI.

QVod ergo illi poscente natura faciendum esse senserunt. Sed tamen neq; ipsi facere potuerunt, neq; philosophis fieri posse uiderunt. Sola hæc efficit doctrina cælestis, quæ sola sapientia est. Illi scilicet persuadere cuiq̄ potuerunt, qui nihil persuadent etiam sibi? Aut cuiusq̄ cupiditates oppriment, iram temperabunt: libidinem coercebūt, cū ipsi & cedāt uitiis, & fateant̄ plus ualere naturā? Dei aūt præcepta, quia & simplicia & uera sunt, quantum ualeant in animis hium, cottidiana expimenta demonstrāt. Da mihi uirū, qui sit iracūdus, maledicus, effrēnatus pau cissimis dei uerbis tam placidū, q̄ ouem reddā. Da cupidū, auarū, tenacem. Iam tibi eum liberalē dabo: & pecuniā suam propriis manibus largientē. Da timidū doloris ac mortis. Iam cruces & ignes, & picula, & taurū cōtemnet. Da libidinosum, adulterū, ganeonem. Iā sobriū, castū cōtinentē uidebis. Da crudelem & sanguinis appetentē: Iam in ueram clæmentiā furor ille mutabit̄. Da iniustum, insipientē, peccatorē: cōtinuo & æquus & prudens & inocēs erit. Vno enim lauacro malitia ois abolebitur. Tanta diuinæ sapientiæ uis est: ut in hominis pectus infusa matrē delictorum stultitiam uno simul impetu expellat. Ad quod efficiēdum: non mercede, non libris, non lucubrationibus opus est. Gratis ista fiunt, facile, cito: modo pateant aures, & pectus sapientiam sitiat. Nemo uereatur nos: aquam non uēdimus: nec solē mercede præstamus. Dei fons uberrimus atq; plenissimus patet cunctis: & hoc cæleste lumen uniuersis oritur, quicumq; oculos habent. Num quis hæc philosophorum aut unq̄ præstitit, aut præstare, si uelit potest? Qui cum ætates suas in studio phiæ conterant: neq; alium quenq̄, neq; seipsos

Ignorātia uitioꝝ mē

(si natura paululum obstitit) possunt facere meliores. Itaq; sapientia eo⁊ ut plurimum efficiat, non excidit uitia, sed abscondit. Pauca uero dei p̄cepta sic totū hominē imutant: & exposito uetere nouū reddunt: ut nō cognoscas eundē esse.

¶ Q uod philosophi sæpe rectē præcipiunt: & interdum uident uerum. Et quare non sit eis credendū: in quo solo nitatur conditio creaturæ: & unde: & quomodo philosophi suis inuicem gladiis pereunt. Cap. XXVII.

QVid ergo? Nihil ne illi simile præcipiunt? Immo permulta, & ad uerum frequenter accedunt. Sed nihil ponderis habent illa præcepta, quia sunt humana, & authoritate maiori, i. diuina illa carent. Nemo igitur credit, quia tam se hominem putat esse qui audit: q̄ est ille qui præcipit. Præterea nihil apud eos certi est: nihil quod a scientia ueniat. Sed cum omnia coniecturis agantur: multa etiam diuersa & uaria proferantur: stultissimi est hominis præceptis eorū uelle parere, quæ utrū uera sint an falsa dubitabitur. Et ideo nemo paret quia nemo uult ad incertū laborare. Virtutē esse stoici aiunt, quæ sola efficiat uitam beatā. Nihil potest uerius dici. Sed qd si cruciabit, aut dolore afficiet? Poterit ne quisq̄ inter carnifices beatus esse? Immo uero illatus corpori dolor: materia uirtutis est. Itaq; ne in tormētis qdem miser ē. Epicurus multo fortius, sapiēs inqt semp beatus est: & uel inclusus in Phalaridis tauro hāc uocem emittet. Suaue est & nihil curo: quis eū nō irriserit? Maxime q̄ hō uoluptarius personā sibi uiri fortis īposuit: & qdem supra modū. Non. n. fieri pōt, ut qsq̄ cruciatus corporis pro uoluptatibus ducat: cū satis sit ad officiū uirtutis īplendū perferre ac sustinere. Q uid dicitis stoici? Q uid tu Epicure? Beatus est sapiens etiam cū torquet. Si pp gloriā: patiētia nō fruet. In tormentis. n. fortasse morietur. Si pp memoriā: aut nō sentiet si occidūt animæ: aut si sentiet, nihil ex ea cōsequetur. Q uis ergo alius fructus est in uirtute? Q uæ beatitudo uitæ, ut ęquo aīo moriatur? Bonū mihi affertis unius horæ aut fortasse momenti: propter quod non expediat in tota uita miseriis & laboribus confici. Q uātum autem tēporis mors occupat: quæ cū uenit utrū ęquo animo: an iniquo eam subieris iam nihil refert. Ita fit ut nihil aliud ex uirtute captetur nisi gloria. Sed hæc aut supuacua & breuis est: aut prauis hominū iudiciis non sequet. Nullus igit ex uirtute fructus est ubi uirtus mortalis est & caduca. Itaq; qui hæc locuti sunt, umbram quādam uirtutis uiderunt: ipsam uirtutē non uiderūt. Deflexi enim fuerunt in terrā: nec uultus suos in altum erigebant: ut eam possent intueri: quæ se se cæli regionibus ostendebat. Hæc causa est cur præceptis eorum nullus obtemperet, quoniam aut ad uitia erudiunt: si uoluptatem defendunt: aut si uirtutem asserunt: neque peccato pœnam minantur: nisi solius turpitudinis: neq; uirtuti ullum præmium pollicētur: nisi solius honestatis & laudis: cū dicant nō propter aliud, sed propter seipsam expetendam esse uirtutem. Beatus est igitur sapiens in tormentis, sed cū torquet pro fide, pro iustitia, pro deo: illa patientia doloris beatissimū faciet. Est enim deus qui solus potest honorare uirtutem: cuius merces īmortalitas sola ē: quā qui non appetūt: nec religionē tenent, cui æterna subiacet uita: profectó neq; uirtutis uim sciūt, cuius præmium ignorant: neq; in cælū spectāt: quod ipsi se facere

Virtus sola efficit uitā beatam.

Sapiens in tormentis ēt beatus.

Lucretii hemistichiū.

Virtus expentenda. pp se ipsā.

facere putant, cum res non inuestigabiles quærunt: quia ratio in cælum spectandi nulla alia est: nisi aut religionē suscipe: aut hanc aīam suā immortalem esse credere. Q uisquis enim aut deum colendū esse intelligit: aut īmortalitatis spē sibi p̄positam habet: mens eius in cœlo est. Et licet id nō aspiciat oculis: animæ tamen lumine aspicit. Q ui autē religionem non suscipiunt, terreni sunt: quia religio de cælo est. Et qui animā putant cū corpore interire, æque in terrā spectant: quia ultra corpus quod est terra nihil amplius uident, qd̄ sit īmortale. Nihil igitur prodest hominem esse fictum, ut recto corpore spectet in cælum: nisi erecta mente deum cernat: & cogitatio eius in spe uitæ perpetuæ tota uersetur.

¶ Q d fortuna nihil est: quā phi non mō deā, sed deū mentiunt. Et qūo hūc errorē dæmones īmiserint eis, qui deū nesciebāt, aut conténebāt. Ca. XXVIII.

QVappter nihil aliud est in uita, quo rō, quo cōditio nostra nitatur: nisi dei qui nos genuit agnitio, & religiosus ac pius cultus. Vnde qm̄ philosophi ab errauerūt: sapientes utiq; non fuerūt. Q uę fierunt illi quidem sapientiam, sed quia non ritć quærebāt, prolapsi sunt longius: & īmaximos errores inciderūt: ut etiā cōem sapientiam non tenerēt. Non. n. tantū religionē asserere uoluerūt: uerum ēt sustulerūt, dum specie uirtutis falsæ inducti, conant aios omni metu liberare: quæ religiōis euersio naturæ nomē inuenit. Illi enim cū aut ignorarent a quo esset effectus mūdus: aut persuadere uellēt nihil esse diuina mente perfectū: naturā esse dixerunt rerū omnium matrem: quasi dicerent omnia sua sponte esse nata: quo uerbo plané imprudentiam suā confitentur. Natura enim remota prouidentia & potestate diuina, prorsus nihil est. Q uod si deū naturā uocant: quæ peruersitas est naturam potius quā deum nominare? Si aūt natura rō est, uel necessitas uel conditio nascendi non est per seipsum sensibilis: quia necesse est mentem esse diuinā, quę sua prouidentia nascendi principiū rebus omnibus præbeat. Aut si natura est cælum atq; terra, & omne quod natū est, nō est dea natura, sed dei opus. Non dissimili errore credūt esse fortunā, quasi deā quādam res humanas uariis casibus iludentem: quia nesciunt unde sibi bona & mala eueniāt. Cum hac se compositos ad præliandū putant: nec ullā tamen rōnem reddunt, a quo & quam ob cām: sed tātum cū fortuna se digladiari munimentis omnibus gloriātur. Iam quicūq; alios consolati sunt ob interitum amissionēq; carorum: fortunæ nomen acerrimis accusationibus prosciderūt: nec omnino ulla eo⁊ disputatio de uirtute ē, in qua nō fortuna uexetur. M. Tullius in sua cōsolatione pugnasse se semper cōtra fortunā loquitur, eāq; a se esse superatā, cum fortiter inimico⁊ impetus retudisset: nec tū quidem se ab ea fractū: cum domo pulsus patria caruit. Tum aūt cum amiserit carissimā filiam, uictū se a fortuna turpiter confitet. Cedo inquit: en manū tollo. Q uid hoc homine miserius, qui sic iaceat? Insipienter inquis. Sed qui profitetur se esse sapientem. Q uid ergo sibi uult assumptio nois. Q uid est contemptus ille rerū, qui magnificis uerbis p̄tendit? Q uid dispar cæteris habitus? Aut cur oīno præcepta sapiæ dantur, si nemo qui sapiat adhuc inuētus est? Et quisq̄ nobis inuidiam facit, quia philosophos negamus esse sapientes? cū ipsi nec scire quicq̄, nec

Natura rerū oīum mater.

Fortuna q̄.

M. Tulli⁹ fortunam superauit.

Manum dare.

sapere fateãtur? Nam si qñ ita defecerint: ut ne effingere quidem quicq̃ possint: qd faciũt in rebus cæteris? Tũ uero ignorãtiæ admonent & q̃si furibũdi exsiliũt & exclamãt: se cæcos eẽ & excordes. Anaxagoras pnũciat circũfusa esse tenebris oĩa. Empedocles angustas esse sensuũ semitas queritᵉ: tanq̃ illi ad cogitãdum rheda & quadrigis opus esset. Democritus quasi in puteo quodam sic alto ut fundus sit nullus ueritatẽ iacere demersam, nimirũ stultẽ ut cætera. Nõ.n. tanq̃ in puteo demersa est ueritas: quo uel descendere uel ẽt cadere illi licebat. Sed tanq̃ in summo mõtis excelsi uertice, uel potius in cælo, qd est uerissimũ. Quid.n. é cur eã potius in imũ dep̃ssam diceret: q̃ in sũmũ leuatã, nisi forte mẽtem quoq; ĩ pedibus, aut in imis calcibus cõstituer malebat potius quã in pectore aut in capite? Adeo remotissimi fuerũt ab ea ueritate: ut eos ne status qdẽ sui corporis admoneret, ueritatẽ in sũmo illis eẽ q̃rendã. Ex hac despatiõe cõfessio illa Socratis nata é, qua se nihil scire dixit, nisi hoc unum, ꝙ nihil sciat. Hinc academiæ disciplina manauit: si tñ disciplina dici põt, ĩ qua ignoratio & discit, & docet. Sed ne illi quidem qui sciam sibi assumpserunt, idipsum qd se scire putabãt, cõstanter defendere potuerunt. Quicqm̃ ratio illis non quadrabat, p ignorantiã rerũ diuinarũ, tã uarii, tã incerti fuerunt, sibiq; sæpe contraria differentes: ut quid sentirẽt, quid uellẽt, satis statuere ac diiudicare nõ possis. Quid igitur pugnes aduersus hoies eos, qui suo sibi gladio pereũt? Quid labores ut eos destruas, quos sua ip̃os destruit atq; affligit oratio? Aristoteles (inquit Cicero) ueteres philosophos accusauit, eos ait aut gloriosos, aut stultissimos fuisse: qui existimassent philosophiã suis ingeniis esse perfectam. Sed se uidere ꝙ paucis annis magna accessio facta esset, breui tempore philosophiam planẽ absolutam fore. Quod igitur fuit illud tempus? quo in ore? quando est, aut á q̃bus absoluta? Nam ꝙ ait stultissimos fuisse qui putassent ingeniis suis perfectã esse sapiam, uerũ est. Sed ne ipse qdem satis prudẽter, qui aut a ueteribus cœptam, aut a nouis auctã, aut mox a posterioribus perfectũ iri putauit. Nunq̃ enim potest inuestigari, qd nõ per uiam suã quæritᵉ.

Ignorãtiæ confessio.

Veritas in profundo demersa.

Socrates unũ se scire dicebat: ꝙ nihil sciret

Phĩa Aristotelis ætate non dũ absoluta.

¶ Item repetitio de fortuna, & natura, & definitione eius. Cap. XXIX.

Fortunæ diffinitio.

Fortũa deᵉ Nã idẽ qd fortuna. Cicer. libri de officiis.

Fortunæ magna uis

SEd repetamus, id qd omisimus. Fortuna ergo p̃ se nihil ẽ, nec sic habendum est, tanq̃ sit in aliquo sensu. Siqdẽ fortuna est accidentium rerũ subitus, atq; inopinatus euẽtus. Vex philosophi ne aliquãdo nõ errent, in re stulta uolũt esse sapientes: qui fortunę sexũ mutãt, eãq; non deam sicut uulgus, sed deũ esse dicunt. Eũdem tñ interdũ naturam, interdũ fortunam uocãt. Quod multa (inquit idẽ Cicero) efficiat inopinata nobis pp obscuritatẽ ignorationẽq; causarum. Cum igitᵉ cãs ignorẽt, pp quas fiat aliquid: & ipsum qui faciat, ignorent necesse est. Idẽ in opere ualde serio, in quo p̃cepta uitæ deprompta ex philosophia filio dabat. Magnã inqt esse fortunæ uim, in utrãq; partem quis nesciat? Nam & cũ prospero flatu eius utimur: ad exitus puenimus optatos, & cũ reflauerit affligimur. Primum qui negat sciri posse quicq̃: sic hoc dixit tanq̃ & ipse & omnes sciãt. Deinde qui etiam quæ clara sunt dubia conatᵉ efficere: hoc putauit esse claꝝ, quod illi esse debuit, uel maxime dubiũ: nam sapiẽti omnino falsum est. Quis inqt nescit? Ego uero nescio.

Doceat

SVmmus igitur deus ac parens omniũ cum religionem ſuam tranſferre uoluiſſet doctorem iuſtitiæ miſit é cælo: ut nouis cultoribus noua legem in eo uel per eum daret. Non ſicut antefecerat per hominem: ſed tamen naſci eum uoluit tanq̃ hominem ut per omnia ſummo patri ſimilis exiſteret. Ipſe enĩ deus pater & origo & principium rerum: quoniam & parentibus caret: ἀπάτωρ atq; ἀμήτωρ, i. ſine patre atq; matre a Triſmegiſto ueriſſime nominatur, q̃ ex nullo ſit procreatus. Iccirco etiam filium bis naſci oportuit, ut ipſe fieret ἀπάτωρ atq; ἀμήτωρ. In prima enĩ natiuitate ſeculi ἀμήτωρ fuit, quia ſine officio matris a ſolo deo patre ꝓgeneratus eſt. In ſecunda uero carnali ἀπάτωρ fuit: quoniam ſine patris officio uirginali utero procreatus eſt, ut media inter deum & hominem ſubſtãtiam gerens noſtram hãc fragilem imbecillẽq; naturã, quaſi manu ad ĩmortalitatẽ poſſet educere: factus eſt dei filius ꝓ ſpiritum: & hoĩs per carnem, i. & deus & hõ, dei uirtus in eo ex operibus quæ fecit apparuit fragilitas hoĩs ex paſſione quã ꝓtulit, quam cur ſuſceperit paulopoſt docebo. Interim & deũ fuiſſe & hoiem ex utroq; genere permixtũ prophetis uaticinãtibus diſcimus. Eſaias deũ fuiſſe teſtatur his uerbis. Fatigata eſt Ægyptus & negociatio Æthiopũ & Saba: Viri alti ad te tranſgredient, & tui erũt ſerui, & poſt te ambulabũt uincti cõpedibus, & adorabũt, & te p̃cabuntur: qm̃ in te deus eſt. Et nõ eſt alius deus præter te. Tu. n. deus es & neſciebamus, deus iſrael ſaluator. Cõfundent & reuerebunt oẽs qui aduerſantur tibi, & cadẽt in confuſionẽ. Item ꝓpheta Hieremias ſic ait. Hic deus nr̃, & non deputabitur alius abſq; illo qui inuenit oẽm uiam prudẽtiæ, & dedit eã Iacob puero ſuo, & iſrael dilecto ſibi. Poſt hæc in terris uiſus eſt, & cum hoĩbus uerſatus eſt. Item Dauid in pſalmo. xliiii. Thronus tuus deus ſecula ſeculoꝝ uirga æqtatis, uirga regni tui. Dilexiſti iuſtitiã, & odio habuiſti iniuſtitiã, ꝓpterea unxit te deus, deus tuus oleo exultationis. Q uo uerbo & nomen oſtendit: ſiquidem (ut ſupra docui) ab unctiõe appellatus eſt Chriſtus. Deinde hominem fuiſſe eundẽ Hieremias docet dicens. Et homo eſt & quis cognouit eum? Item Eſaias, Et mittet eis deus hominẽ & ſaluabit eos iudicans ſanabit eos. Sed & Moyſes in numeris ita loquitur. Orietur ſtella ex iacob, & exurget hõ ex iſrael. Propterea Mileſius Apollo conſultus utrum ne deus an hõ fuerit, hoc mõ reſpõdit græce ἀνητός ἐ ἔννυκτὰ σάρκα, σοφὸς τερατώδισιν ἔργοις, ἀλλ' ὑπὸ χαλδαίων κριτῶν ὁπλοις συναλωθεὶς γόμφοις καὶ σκολοπεσσι πικρὴν ἀνέτλησε τελευτήν, i. mortalis erat ſecundum carnem ſapiens portentificis operibus, ſed ſub iudicibus Chaldæis armis cõpræhenſus, clauis & cruce amarũ finem cõpleuit. Primo qdem uerſu ueꝝ dixit, ſed argute conſultorem fefellit, ſacramentũ ueritatis pe-

Chriſtꝰ deus & hõ.

nitus nescientem. Videtur enim negasse illum deum, sed cum fatetur secūdum carnem fuisse mortalē quod nos etiam prædicamus: consequens est, ut secūdum spiritum deus fuerit, quod nos affirmamus. Quid enī fuerat necesse carnis facere mentionem: satis esset dicere fuisse mortalē? Sed ueritatem prorsus negare nō potuit, quēadmodum res se haberet: sicut illud quod ait fuisse sapientem. Quid ad hoc Apollo respōdes? Si sapiens est, ergo doctrina eius sapia est, nec ulla alia, & sapiētes qui sequunt, nec ulli alii. Cur igitur uulgo ꝓstultis & uanis & ineptis habemur: qui sectamur magistrum etiam ipsorum deorum cofessiōe sapientē? Nam quod ait portētifica illum opera fecisse: quo maxime diuinitatis fidem meruit, assentiri nobis iam uidetur: cum dicit eadem, quibus nos gloriamur. Sed colligit se tñ, & ad dæmoniacas fraudes redit. Cum.n. uerū necessitate dixisset, iam deorum sui ꝓditor uidebat, nisi quod abeo ueritas extorserat, mendacio fallente cælasset. Ait ergo illum fecisse opa miranda, uerum nō diuia uirtute, sed magica. Quid mirū, si hoc Apollo ueritatē ignorātibus persuasit? cum iudæi quoq; cultores (ut uidebantur) summi dei idem putauerint? cum ante oculos eoꝝ cottidie fierent illa miracula, nec tñ tantarum uirtutum contēplatione impelli potuerunt, ut deum crederent quē uidebant. Propterea Dauid quem inter cæteros ꝓphetas uel maxime legunt, in psalmo.xx. sic eos dānat. Redde illis retributionē eoꝝ, qm̄ non intellexerūt opa dñi. Ex huius ipsius domo xp̄m generatū iri secundum carnem, & ipe Dauid & alii prophetæ annuciauerunt. Apud Esaiam ita scriptū est, & erit in die illa radix Iessæ, & qui exurget principari in nationes, in eum gentes sperabūt, & erit requies eoꝝ in honore: & alio loco. Exiet uirga de radice iesse, & flos de radice eius ascēdet, & requiescet super eum spiritus dei, spiritus sapiæ & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis spiritus pietatis: & implebit illum spiritus timoris dei. Iesse aūt fuit pater Dauid ex cuius radice ascensurum eē florem prælocutus est: eum. s. de quo Sibylla dicit ἀνθήσει δ' ἄνθος καθαρόν. Idest floresset autem flos purus. Item in Basileon libro secundo. Propheta Nathan missus est ad Dauid uolētem deo tēplū fabricare, & fuit uerbū dñi ad Nathā dicēs. Vade, & dic seruo meo Dauid, hæc dicit dñs oipotēs. Nō tu ædificabis mihi domum ad inabitandum, sed cū impleti fuerint dies tui, & dormieris cū patribus tuis, suscitabo semen tuū post te, & parabo semē eius. Hic ædificabit mihi domū in nomine meo, & erigam thronum eius usq; in seculum: & ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, & fidem consequetur domus eius & regnum eius usq; in seculum. Sed hæc ut iudæi nō intelligerēt illa fuit cā, q; Solomon filius Dauid deo templum ædificauit, & ciuitatem quā de suo noie Hierosolyma nuncupauit. Ita q; ad ipsum quæ a propheta dicta sunt, rettulerunt. Solomon autem ab ipso patre imperii regimen accepit. Prophetæ uero de eo loquebantur, qui tum nascerētur, postq̄ Dauid cum patribus suis requieuisset. Præterea solomonis imperium perpetuū nō fuit. Annis enim.xl. regnauit, deinde q; nunq̄ filius dei dictus sit, sed filius Dauid, & domus quā ædificauit, nō est fidē cōsecuta, sicut ecclesia, quæ est uerum templum dei, quod non in parietibus est, sed in fide ac corde hoium: qui credūt in eū, ac uocant fideles. Illud uero solomoniū tēplū quia manu factū ē manu cecidit.

Christus a iudæis ēt magus existimatus.

Iesse pater Dauid.

Hierosolyma q̄ & unde.

nu cecidit. Deniq; pater eius in psalmo centesimo uigesimo septimo de operibus filii sui ꝓphetauit hoc mō: si dñs nō ædificauerit domū, sine cā laborāt qui ædificant eam: si dñs nō custodierit ciuitatem, sine causa uigilant qui custodiūt eam.

¶ De æterno Christi sacerdotio, quod prophetæ sicut & cætera prædixerunt sic exprimentes iesum christum, ut oracula nec ad filium Naue, nec ad filium iosedech ualeant retorqueri, & de uiis quas docuit Christus, qui nunq̄ suum honorē quæsiuit, sed patris. Cap. XIIII.

QVibus ex rebus apparet prophetas oēs denūciasse de Xp̄o fore ali qñ ut ex genere Dauid corporaliter natus cōstitueret æternū templū deo, quod appellat ecclesia: & uniuersas gētes ad religionē uerā dei cōuocaret. Hęc domus fidelis, hoc īmortale tēplū, in quo si quis non sacrificauerit īmortalitatis præmiū nō habebit. Cuius tēpli & magni & æterni qm̄ Christus fabricator fuit, idē necesse est hēat in eo sacerdotiū sempiternū. Nec pōt nisi per eū qui cōstituit templū ad aditū templi: & ad cōspectū dei peruenīri. Dauid in psalmo centesimo nono id ipsum docet dicēs. Ante luciferū genui te. Iurauit dñs & nō pœnitebit eū, tu es sacerdos in æternū secundū ordinē melchisedech. Itē in Basileō li. i. Et suscitabo mihi sacerdotē fidelē, qui oia quæ sunt in corde meo faciat: & ędificabo ei domū fidelē, & trāsibit in cōspectu meo oibus diebus. Quis aūt futurus esset, cui deus æternū sacerdotiū pollicebatur: Zacharias ēt noīe posito apertissime docuit: sic.n. dixit: & oñdit mihi dñs deus iesum sacerdotē magnū stantē ante faciē angeli dñi, & diabolus stabat ad dextrā ipsius, ut aduersaret ei. Et dixit dñs ad diabolū. Imperet tibi dñs in te, q elegit Hierusalē: & ecce titio eiectus ab igne, & iesus erat indutus uestimētis sordidis: & stabat ante faciē angeli, & respōdit & dixit ad circūstantes añ faciē eius. Ferte uestimēta sordida eb eo, & īduite eū tunica talari, & pōite cydarī mūdā sup caput ipsius: & coopuerūt eū uestimēto, & imposuerūt cydarī mundā super caput ipsius: & angelus dñi stabat, & testificabat ad iesum dicēs. Hæc dicit dñs oīpotēs, si ī uiis meis ābulaueris & p̄cepta mea seruaueris, tu iudicabis domū meā, & dabo tibi qui conuersent in medio horū circūstantiū. Audi itaq; iesu sacerdos magne. Quis nō igitur captos mētibus tū fuisse iudæos arbitret, qui cū hæc legerēt & audirēt: nefandas manus suas deo suo intulerūt? At qui ab eo tpe, quo zacharias fuit usq; ad annū quintūdecimū īperii Tyberii cæsaris, quo Christus crucifixus ē, anni qngenti numerant, siqdem Darii & Alexandri adoleuit ætate, qui fuerūt nō multo post, q̄ Tarquinius superbus exactus est: sed illi rursus eodē mō falsi, deceptiq; sunt, putātes hæc de iesu eē dicta filio Nauē, q successor fuit Moysi, aut de sacerdote iesu filio Iosedech: in quos nihil cōgruit eoꝝ quæ ꝓpheta narrauit. Nō.n. sordidati illi unq̄ fuerūt: cū alter eoꝝ princeps potētissimus fuerit: alter sacerdos, aut ppessi sunt aliqd aduersi, ut tanquā titio eiectus ex igne putarentur? Aut aliqñ in cōspectu dei & angeloꝝ steterūt, aut ꝓpheta de p̄teritis loquebat potius quā de futuris? Locutus ē igit de iesu filio dei, ut oñderet eū prio in hūanitate & carne eē uētuꝝ. Hęc.n. ē uestis sordida: ut pararet tēplū deo, & sicut titio igni cōbureret, i. ab hoibus cruciamēta pferret, & ad ultimū extingueret. Ti-

Christus sacerdos æternus.

Zacharias quo tpe claruerit ætate. Darii regis Alexandri magni tēpora.

Titio qđ

tionē.n.uulgus appellat extractū foco torrē ſemiuſtū extinctū.Q ūo aūt & cum qbus mādatis a deo mitteret in terrā,declarauit ſpūs dei per ꝓphetā,docēs futurū,ut cū uoluntatē ſummi patris fideliter & conſtanter impleſſet: acciperet iudiciū atq; imperiū ſempiternū.Si in uiis meis inqt ambulaueris,& p̄cepta mea ſeruaueris,tu iudicabis domum meā. Q uæ fuerint uiæ dei:& quæ p̄cepta eius:nec ambiguū:nec obſcurū eſt.Deus.n.cū uideret malitiā & falſorū deorū cultus per orbē terræ inualuiſſe,ut iā nomē eius ex hoīum memoria fuiſſet penē ſublatū.Si qdem iudæi quoq; quibus ſolis arcanū dei creditū fuerat,relicto deo, ad colenda figmēta irrætiti,dæmonū fraudibus aberraſſent,nec increpiti per ꝓphetas reuerti ad deū uellēt,filium ſuū principē angelorū legauit ad hoīes:ut eos conuerteret ab impiis & uanis cultibus,ad cognoſcendū & colendū ueꝝ deum.Itē ut eorum mentes á ſtultitia ad ſapiam,ab iniquitate ad iuſtitiæ opera traduceret. Hæ ſunt uiæ dei in quibus ambulare eum p̄cepit. Hæc p̄cepta quæ ſeruāda mandauit:ille uero exhibuit deo fidem.Docuit enim q; unus deus ſit,eūq; ſolumcoli oportere, nec unq̄ ſe deum eſſe dixit,quia non ſeruaſſet fidem,ſi miſſus ut deos tolleret,& unum aſſereret,induceret aliū præter unū.Hoc erat non de uno deo facere præconiū,nec eius qui miſerat,ſed ſuum ꝓprium negocium gerere ac ſe ab eo quem illuſtraturus uenerat ſepare. Propterea quia tam fidelis extitit:quia ſibi nihil prorſus aſſumpſit,ut mandata mittentis impleret:& ſacerdotis perpetui dignitatē:& regis ſummi honorem,& iudicis poteſtatem,& dei nomen accepit.

Christus nūq̄ ſe deū dixit.

¶ De baptiſmo Chriſti & miraculis quæ geſſit in carne ante paſſionem:quæ nō mō a prophetis p̄nunciata ſunt:ſed ēt uaticinio Sybillaꝝ,ſicut Cicero & Varro teſtantur,ſed oracula ante Chriſti aduentū nō potuerūt intelligi. Ca. XV.

QVoniam de ſecūda natiuitate diximus,qua ſe hoibus in carne mō ſtrauit:ueniamus ad illa opa mirāda,q̄ cū eſſent uirtutis cæleſtis īdicia:magū iudæi putauerunt:cū primū cœpit adoleſcere tinctus eſt a ioanne ꝓpheta in iordane flumine:ut lauacro ſpiritali peccata nōſua,quæ utiq; nō habebat : ſed carnis quā gerebat aboleret: ut quēadmodū iudæos ſuſcepta circunciſione,ſic ēt gētes baptiſmo.i.purificiroris perfuſione ſaluaret. Tunc uox de cælo audita eſt filius meus es tu: ego hodie genui te.Q uæ uox apud Dauid prædicta inuenitur,& deſcēdit ſuper eum ſpūs dei formatus in ſpeciem columbæ cādidæ.Exinde maximas uirtutes cœpit opari nō p̄ſtigiis magicis,quæ nihil ueri ac ſolidi oſtētant,ſed ui,ac ptāte cæleſti , quæ ēt pridem ꝓphetis nunciātibus canebatur. Q uæ opera tam multa ſunt,ut unus liber ad implenda oīa:ſatis nō ſit. Enumerabo igit illa breuiter & generatim ſine ulla perſonaꝝ ac locoꝝ deſignatiōe:ut ad exponendā paſſionis eius cruciſq; rōnē poſſim peruenire , quo iādudū feſtinat oratio. Virtutes eius fuerunt,quas Apollo portentificas appellauit:q; quacūq; iter faciebat:ægros ac debiles,& oi morborum genere laborantes:uno uerbo,unoq; momēto reddebat incolumes: adeo ut membris oībus capti:receptis repente uiribus roborati ipſi lectulos ſuos reportarent,in qbus fuerāt pauloāte delati. Claudis uero ac pedum uitio afflictis : non modo gradiendi:ſed ēt currendi dabat facultatē. Tunc quorū cæca lumina in altiſſimis

Christi baptiſmus.

Christi portētifica opera.

tiſſimis tenebris erāt:eorum oculos in priſtinum reſtituebat aſpectū. Mutorum quoq; linguas in eloquium ſermonēq; ſoluebat.Item ſurdoꝝ patefactis auribus inſinuabat auditum:pollutos ac aſperſos maculis repurgabat.Et hæc omnia non manibus aut aliqua medela:ſed uerbo ac iuſſione faciebat,ſicut ēt Sibylla prædixerat πάνταλόγω πρᾶπων πᾶσαιτενόσων θεραπεύων.i.omnia uerbo agens:oēm infirmitatē curās.Nec utiq; mirū q; uerbo faciebat mirabilia : cū ipſe eſſet dei uerbū, cæleſti uirtute ac poteſtate ſubnixum.Nec ſatis fuit q; uires ibecillibus redderet: q; debilibus integritatē:q; ægris & lāguentibus ſanitatem , niſi ēt mortuos ſuſcitaret,uelut e ſomno ſolutos,ad uitāq; reuocaret.Q uæ uidentes tūc iudæi dæmoniaca potētia fieri arguebāt:cum omnia ſic futura ut facta ſunt,arcanæ illoꝝ literæ continerēt. Legebāt quippe tum alioꝝ prophetarum:tum Eſaiæ uerba dicentis.Cōfortamini manus reſolutæ:& genua debilia conſolamini.Q ui eſtis puſilli animi,nolite timere,nolite metuere.dominus noſter iudicium retribuet,ipſe ueniet,& ſaluos faciet nos. Tunc aperient oculi cæcoꝝ,& aures ſurdoꝝ audient. Tunc ſaliet claudus ſicut ceruus:& plana erit lingua mutorum,quia rupta eſt in deſerto,aqua,& riuus in terra ſitienti.Sed & Sibylla eadem cecinit his uerſibus. νεκρῶν δὲ ἀνάſτασις ἔſται,κὠμχωλῶν δρόμος ὀκύς, κὼ κώφοις ἀκούσει κὼ τυφλοὶ βλέψουσι,λαλήσουσιν τ᾽ὀυλαλέοντες : ideſt mortuoꝝ autē ſurrectio erit & claudoꝝ curſus uelox: ſurdus audiet,cæci uidebūt,& muti loquent.Ob has eius uirtutes & opera diuina:cū magna illum multitudo ſequeretur uel debilium,uel ægrotoꝝ, uel eorum qui curādos ſuos offerre cupiebāt,aſcendit in montem quendā deſertum:ut ibi adoraret:ubi cū triduo moraret ac fame populus laboraret , uocauit diſcipulos quærens quantos ſecum cibos geſtarēt.At illi quinq; panes,& duos piſces in pera ſe habere dixerunt.Afferri ea iuſſit , ac multitudinē per quinquagenos diſtributam diſcumbere.Q d cū diſcipuli facerent,frangebat ipſe panem minutatim: carnemq; piſcium comminuebat,& utraq; in manibus eius augebantur.Et cum apponi illa populo diſcipulis imperaſſet:ſaturata ſunt quinq; milia hoīum:& inſuper duodecim cophini de reſiduis fragminibus impleti.Q uid aut dici aut fieri poteſt mirabilius? Ad id Sibylla futurū cecinerat olim his uerbis εἰνάρτοις ἄμα πέντε, κὼ ἰχθύεσσι δοιοῖσι ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρήμω πέντε κορέσει. κὼ τὰ περισσεύοντα λαβὼν μετὰ κλάς ματα δώδικα πληρώσει κοφίνους εἰς ἐλπίδα πολλῶν. Ideſt:ex panibus ſimul quinq;,& piſcibus duobus:hoīum milia in heremo quinq; ſatiabat, & reliquas tollens.xii.cophinos implebit in ſpē multoꝝ.Q uęro qd hic potuerit ars magica moliri:cuius pitia ad nihil aliud q̄ ad circūſcribēdos oculos ualet? Itē ſeceſſurus orādi gra ſicut ſolebat in mōtē p̄cepit diſcipulis ut nauiculā ſumerēt:ſeq; p̄cederēt. At illi urgēte iā ueſpe ꝓfecti,cōtrario uēto laborare cęperūt.Cūq; iā mediū fretū tenerēt:tū pedib⁹ mare īgreſſus cōſecutus ē eos tāq̄ ī ſolido gradiēs, nō ut poetę Orionē mētiūt ī pelago īcedētē q demerſa corpis pte,hūero ſupeminet undas.Et rurſus cū obdormiuiſſet ī naui,& uētus uſq; ad extremū piculū ſæuire cępiſſet,excitatus ſōno ſilere ꝓtinus uētū iuſſit, & fluctib⁹q maximi ferebāt cōqeſcere,ſtatiq; ſub uerbo ei⁹,trāqllitas ſecuta ē.Mētiūt fortaſſe hæ fābulæ:docētes tantā fuiſſe ī eo ptātē,ut īperio ſuo cogeret uētos obſeq maria ſeruire,morbos ce

Quinque hoīum milia qnq; panib⁹ & duobus piſcib⁹ in deſerto ſaturauit.

Orion pelagus īcedebat.

dere, inferos obedire. Quid q̄ eadem Sibyllæ carminibus ſuis ante docuerunt? quarum una cuius ſupra fecimus mentionem: ſic ait.

τούς ἀνέμους παύσειλόγω ῥῴσειδὲ θάλασσαν μαινομένην ἐνποσὶν εἰρήνης πίσειτε πατήσας.

ideſt uentos compeſcet: ſternet autem inſanũ mare pedibus pacis fideq̄ calcás. Et rurſus aliam quæ dicit. κύματα πεζεύσει, νόσον ἀνθρώπων ἀπολύσει, ζήσει τεθνηκῶς τας ἀπώσεται ἄλγεα πολλοῖς, ἐκ δὲ μιᾶς πηγῆς ἄρτου κόρος ἔσεται ἀνδ γῶν. i. fluctus pambulabit: morbos hominũ reſoluet, uiuificabit mortuos, arcebit dolores a multis. Ex uiuo autem fonte panis ſacietas erit uiris. His teſtimoniis, quidam reuicti ſolent eó cõfugere: ut aiant non illa eſſe carmina ſibyllina, ſed a noſtris ficta atq̄ compoſita. Quod profecto nõ putabit qui Cice. Varronemq̄ legerit, alioſq̄ ueteres: qui Erythræam Sibyllam cæteraſq̄ commemorant: ex quarum libris iſta exempla proferimus, qui authores obierũt anteq̄ Chriſtus ſecũdum carnem naſceretur. Verum nõ dubito: quin illa carmina prioribus temporibus pro deliramento ſint habita: cum ea nemo intelligeret. Denũciabant enim monſtroſa quędam miracula: quorum nec ratio, nec tempus, nec author deſignabatur. Denicq̄ Erythræa fore ait, ut diceret inſana & mendax. Ait enī φήσουσισιβύλλην μαινομένην φρέσιν, ἐπ' ἀν δὲγένηται ἀπάντα τηνίκα μου μνήμην ποιήσετε. κοὐκέτι μ' οὐδεὶς μαινομένην φήσειτὴν θεοῦ μεγάλοιο προφῆτιν. ideſt dicẽt iſanã uatem, & mendacẽ. Cũ aũt facta fuerint uniuerſa tum mei meminerit: neq̄ me iam q̄ſquã mẽdacem dicet dei magni prophetam. Latuerunt igitur multis ſeculis: poſtea uero animaduerſa ſunt: quæ Chriſti natiuitas & paſſio patefecit arcana, ſicut etiam uoces prophetarum, quæ tum per annos mille quingentos, uel eó amplius lectæ fuiſſent á populo iudæorum, nec tamen intellectæ ſunt: niſi poſtquã Chriſtus & uerbo, & operibus interprætatus eſt. Illum enim prophetæ annunciauerũt: nec ullo modo poterant quæ illi loquebantur intelligi, niſi fuiſſent uniuerſa completa.

¶ De paſſione Chriſti quæ iudæis eſt ſcandalo, & ſtultitiæ gentibus: quomodo ſummam uirtutem contineat, & ueram ſingularem ſapientiã, & ueritatem ſicut prophetæ fuerunt prælocuti. Cap. XVI.

Chriſti paſſio.

Enío nunc ad ipſam paſſionem, quæ uelut opprobrium nobis obiectari ſolet, q̄ & hoíem, & ab hoibus inſigni ſupplício affectũ & excruciatũ colamus: ut doceã eam paſſionem ab eo cum magna, & diuina ratione ſuſceptam: & in ea ſola & uirtutem, & ueritatẽ, & ſapientiam contineri. Neq̄ enī ſi beatiſſimus in terra fuiſſet: & per oẽm uitã in ſumma felicitate regnaſſet, quiſquã illum ſapiens, aut deum credidiſſet: aut honore diuino dignũ iudicaſſet: qđ faciũt ueræ religionis expertes: qui caducas opes, & fragilem potentiã: & alieni beneficii bona non tm̃ ſuſcipiũt: uerum ẽt conſecrãt, & ſcientes memoriæ mortuoꝝ deſeruiunt: fortunã iam extinctã colentes: quã ne uiuã quidẽ præſentẽq̄ ſapiẽtes colendã ſibi unq̄ putauerunt. Nec. n. põt aliq̄d in rebus terrenis eſſe uenerabile, cæloq̄ dignũ: ſed ſola eſt uirtus, ſola iuſtitia: quæ põt uerũ bonũ & cæleſte & ppetuũ iudicari: qa nec dat cuiq̄ nec auferẽ, qua uirtute ac iuſtitia: qm̃ xp̃s inſtructus uenit in terram: ímo uero qm̃ ipſe ẽ uirtus, & ipſe iuſtitia deſcẽdit: ut eã doceret hominẽq̄ formaret.

Quo

Quo magiſterio ac dei legatione pfunctus ob eã ipſam uirtutẽ, quã ſimul & docuit & fecit ab oibus gẽtibus & meruit, & potuit deus credi, ergo cũ magnus populus ad eũ uel ob iuſtitiã quã docebat: uel ob miracula quę faciebat ſubinde cõflueret: & p̄cepta eius audiret, & a deo miſſum deiq̄ filiũ crederet: tũ primores iudæoꝝ & ſacerdotes ira ſtimulati, q̄ ab eo tanq̄ peccatores increpabant, & iuidia deprauati: q̄ cõfluẽte ad eũ multitudine conteni ſe ac deſeri uidebãt: & qđ caput ſceleris illorũ fuit ſtultitia & errore cæcati: & immemores p̄ceptoꝝ cæleſtiũ ac pphetaꝝ, coierũt aduerſus eũ ipiũq̄ cõſiliũ de eo tollẽdo cruciãdoq̄ ceperũt, qđ pphetæ multo añ ſcripſerãt. Nã & Dauid id principio pſalmoꝝ ſuorum p̄ui dẽs in ſpũ quantũ facimus admiſſuri eſſent: beatũ eſſe ait: q nõ abierit in cõſilio ipioꝝ. Et Solomõ in li. ſapiæ his uerbis uſus ẽ. Circũueniamus iuſtũ: qm̃ iſuauis ẽ nobis & exprobrat nobis peccata legis: pmittit ſe ſciam dei habere: & filiũ dei ſe noíat: factus eſt nobis intra ductionẽ cogitationũ nr̃arum, grauis ẽ nobis ẽt ad uidendũ, qm̃ diſſimilis eſt aliis uita illius: & immutatæ ſunt uiæ illius, tanq̄ nugaces exiſtimati ſumus ab eo: cõtinet ſe a uiis nr̃is, quaſi ab immũdiciis, & præfert nouiſſima iuſtoꝝ, & gloriat p̄rem ſe hr̃e deũ. Videamus ergo ſi ſermones illius ueri ſunt: & tẽptemus q̄ uẽtura ſunt illi. Cõtumeliis & tormẽtis iterrogemus eũ: ut ſciamus reuerentiã illius, & pbemus patientiã illius: morte turpiſſima cõdemnemus eũ. Hæc cogitauerũt & errauerunt. Excęcauit. n. illos ſtultitia ipſoꝝ, & ne ſcierunt ſacramẽta dei. Nõne ita deſcripſit nefariũ illud cõſiliũ ab impiis initũ cõtra deũ: ut plane interfuiſſe uideat? Atqui á Solomone qui hæc cecinit uſq̄ ad id tẽpus quo geſta res mille ac decem anni fuerunt. Nihil nos fingimus, nihil addimus. Habebãt, hæc q fecerunt legebãt in quos hæc dicta ſunt, ſed & nunc hæredes noſtis & ſceleris illorum hũt: & damnationẽ ſuam pphetarum uoce p̄dictã cottidianis lectionibus pſonant. Hæc aliq̄n in cor ſuum quæ pars eſt, & ipa damnationis admittunt increpiti. Ergo ſæpe a Chriſto iudæi exprobante illis peccata & iniuſtitias & a populo penẽ deſerti concitati ſunt ad eũ necãdum. Cuius rei audaciam illis dedit humilitas eius. Nã cũ legerẽt, cũ quanta uirtute & claritate filius dei uenturus eſſet e cælo. Ieſum aũt cernerẽt, humilem, quietum, ſordidum, informem: non credebãt filiũ dei eſſe, ignorantes duos aduẽtus eius a pphetis eſſe p̄dictos. Primum in humanitate carnis obſcurum. Secundũ in fortitudiue maieſtatis manifeſtũ. De primo Dauid in pſalmo ſeptuageſimoprío ſic ait. Deſcẽdet ſicut pluuia in uellus: & orieẽ in diebus eius iuſtitia: & abundãtia pacis: donec extollatur luna ſicut enim pluuia ſi deſcẽdat in uellus: aiaduerti non põt: quia ſtrepitum non facit: ita Chriſtum in terram ſine cuiuſq̄ ſuſpitione uenturum eſſe dixit, ut iuſtitiã doceret: & pacem: Eſaias quoq; ita tradidit. Dñe quis credidit auditui nr̃o, & brachium domini cui reuelatum eſt? Annunciauimus corã ipſo ſicut pueri: & ſicut radix in terra ſitienti nõ ẽ figura eius, neq̄ claritas: & uidimus illũ & non habuit figurã neq̄ decorẽ, ſed figura eius ſine honore: & deficiens præter cæteros hoíes: homo in plaga poſitus eſt: ſciẽs ferre imbecillitatẽ, qa auerſus eſt, & non eſt cõputatus. Hic peccata noſtra portat, & pro nobis hic dolet, & nos putauimus ipſum eſſe in dolore & in plana & uexatione. Ipſe autem uulneratus eſt

Chriſti paſſio a pphetis p̄dicta.

Chriſti primus aduẽtus in hũanitate carnis obſcurus.

propter facinora nostra,& infirmatus ē ꝓpter peccata nostra,doctrina pacis nostræ super illum,liuore eius nos sanati sumus. Oēs sicut oues etrauimus, & deus tradidit illum pro peccatis nostris. Et Sibylla eodem modo locuta est, ὀικτρός, ἄτιμος, ἀμοῤῥοσ ἐνοἰκτροῖς ἐλπίδα δώσει .i.miserabilis, ignominiosus:informis, ut miserabilibus spem præbeat.Propter hanc humilitatē deū suū,non agnoscentes inierunt cōsiliū detestandū, ut priuarēt eum uita,ꝙ ut eos uiuificaret aduenerat. ¶Q d calūniati sūt eū q̄si legis destructorē:& qd p̄figurauerit circūcisio. Et q̄re in illo iussa sit fieri mēbro.Et quare ꝓhibitum sit carne suilla uesci. ¶Ca. XVII.

Christo iudæi quas calūnias intendebāt.

SEd iræ atq; inuidiæ suæ quam in cordibus suis gerebāt intus inclusam:alias cās præferebant,ꝙ legē dei ꝑ Moysen datā solueret,i.ꝙ sabbatis non uacaret operans in salutē hoīum, ꝙ circuncisionē uacue faceret:ꝙ abstinētiā suillæ carnis auferret.In q̄bus rebus iudaicæ religionis sacramenta consistunt.Ob hæc itaq; cætera pars populi q̄ nondū ad Xp̄m secesserat,a sacerdotibus incitabat, ut īpium iudicaret eū, ꝙ legē dei solueret cū hoc ille non suo iudicio,sed ex dei uoluntate & secundum p̄dicta faceret ꝓphetaꝝ.Micheas.n.nouā legē datuꝝ denunciauit hoc mō. Lex de Syon & sermo dñi ex Hierusalē,& iudicabit inter plurimos populos & reuincet,& diriget ualidas nationes.Illa.n.prior lex q̄ per Moysen data est nō in mōte syon,sed ī mōte Oreb data ē:quā Sibylla fore ut a filio dei solueret, oñdit. ἀλλ᾽ὁ. τε ἂν ταῦτ᾽ ἄν ἁπάντα τελειωθῆ ἀπερεῖπον εἰς ἀυτὸν πᾶς λύσεται νόμος .i. sed q̄n hæc oīa pfecta erunt q̄ dixi in ipsum oīs lex solue. Sed & ipē Moyses ꝓ quē datā sibi legem dum pertinaciter tuentur:exciderunt á deo & deum non agnouerunt:p̄dixerat fore ut propheta maximus mitteretur á deo,qui sit supra legem:qui uoluntatem dei ad hoīes perferat. In Deuteronomio ita scriptum reliquit.Et dixit dñs ad me prophetā excitabo eis de fratribus eoꝝ sicut te:& dabo uerbum meum in os eius,& loquet ad eos ea,quæ p̄cepero ei,& quisquis non auidierit ea q̄ loquet propheta,ille in noie meo,ego uindicabo in eum: Denunciauit.s.dñs ꝓ ipm legi ferū ꝙ filium suū.i. uiuā præsentēq; legē missurus esset:& illam ueterē per Moysen datā soluturus:ut denuo per eū qui esset æternus,legē sanciret æternā.Itē de circuncisione soluenda Esaias ita prophetauit.Hæc dicit dñs uiris iuda qui habitāt in hierusalem.Reuocate inter uos nouitatē,& ne seminaueritis in spinis. Circūcidite uos dño deo urō,& circūcidite p̄putium cordis urī,ne exeat ira mea sicuti ignis:& nō sit qui extinguat.Itē Moyses ipse.In nouissimis diebus circuncidet dñs cor tuum ad dñm deū tuū amandū.Itē iesus Naue successor eius.Et dixit dñs ad iesum.Fac tibi cultellos petrinos nimis acutos,& sede & circuncide secūdo filios israel,secundā circuncisionē futurā esse dixit:non carnis sicut fuit prima:qua etiam nunc iudæi utuntur,sed cordis ac spiritus quam tradidit Christus qui fuit uerus iesus.Non.n.propheta sic ait.Et dixit iesus ad me:sed ad iesum ut ostenderet ꝙ nō de eo loqueret:sed de Christo:ad quē tunc deus loquebatur.Christi.n. figuram gerebat ille iesus,qui cū primū auses uocaret, Moyses futura p̄sentiēs iussit eū iesum uocari,ut dux militiæ delectus esset aduersus Amalech,qui oppugnabat filios israel,& aduersariū debellaret ꝓnominis figurā:& populum in terrā

Circūcisio

Iesus Naue.F.

ꝓmissionis

ꝓmissio nis induceret.Et iccirco moysi ēt succesisset,ut oñderet nouā legem per Iesum Christū datā ueteri legi successurā,q̄ data p̄ Moysem fuit.Nāi lla carnis circūcisio caret,utiq; rōne qa si deus id uellet:sic a pricipio formasset hoiem, ut p̄putium nō hr̄et:sed huius secundę circuncisionis figura erat significans nudandū eē pectus.i.aperto & simplici corde oportere nos uiuere,q̄m pars illa corporis q̄ circuncidit:hēt quādā similitudinē cordis & est pudenda.Et ob hanc cām deus nudari eā iussit:ut hoc argumēto nos admoneret,ne inuolutū pectus haberemus.i. ne qd pudendū facinus intra cōsciæ secreta uellemus.Hæc ē cordis circūcisio,de qua ꝓphetę loquuntur:quā deus a carne mortali ad aiam transtulit,q̄ sola mensura est.Volens.n.uitæ ac saluti nr̄æ ꝓ æterna sua pietate consulere,pœnitentiā nobis in illa circuncisione ꝓposuit ut si cor nudauerimus.i.si peccata cōfessi satis deo fecerimus,ueniā consequamur,quæ contumacibus & admissa sua cęlantibus denegatur ab eo,qui non faciem sicut hō,sed intima & arcana pectoris intuetur.Eodem ēt spectat carnis suillæ interdictio a qua cū deus abstinere iussit id potissimū uoluit intelligi:ut se a peccatis atq; īmunditiis abstinerent. Est.n.lutulentum hoc aīal & īmundum:nec unq̄ cælum aspicit,& in terra toto corpore ꝓiectum & ore: uentri semp & pabulo seruit: nec ullum alium dum uiuit p̄stare usum pōt,sicut cæteræ aīantes:quæ uel sedendi uehiculum præbent,uel in cultibus agrorum iuuant,uel plaustra collo trahunt,uel onera tergo gestant:uel indumentum exuuiis suis exhibent:uel copia lactis exuberāt,uel custodiēdis domibus inuigilant.Interdixit ergo ne porcina carne uescerentur.i.ne uitā porcorum imitarētur:qui ad solam mortem nutriūtur,ne uentri ac uoluptatibus seruiētes:ad faciendā iustitiam inutiles essent ac morte afficerentur.Item ne se fœdis libidinibus immergerent sicut sus,quæ se cœno ingurgitat:uel ne terrenis seruiāt simulacris:ac se luto inquinent,luto enim se oblinunt qui deos ideſt qui lutum terramq; uenerantur:sic uniuersa præcepta iudaicæ legis ad exibendam iustitiam spectant,quoniam per ambagem data sunt: ut per carnalium figuram spiritalia noscerentur.

Circūcisionis figura

Suillæ carnis abstinētia quid significet.

¶Q uæ causa & quis fuerit ordo dominicæ passionis:& quibus sit prænunciata oraculis. Cap. XVIII.

VIm igitur ea q̄ deus uoluit fieri,quæq; per ꝓphetas suos multis seculis ante p̄dixit: Christus īpleret:ob ea īcitati & diuinas lr̄as nescientes coierūt,ut deū suū cōdēnarēt. Q d cū sciret futuꝝ:ac subī de diceret oportet se pati:ac īterfici ꝓ salute multoꝝ,secessit tn̄ cū discipulis suis:nō ut uitaret qd necesse erat perpeti,ac sustinere, sed ut oñderet ꝙ ita fieri oporteret in oī pſecutione:ne sua q̄s culpa incidisse uideat:ac denūciauit fore,ut ab uno eorū ꝓderet.Itaq; iudas p̄mio illectus tradidit filiū dei iudæis.At illí cōprehēsum ac Pōtio Pilato(q tū legatus Syriā regebat)oblatū:cruci affigi postulauerūt:obiiciētes ei nihil alid:nisi qd diceret se filiū dei eē & regē iudæoꝝ. Itē ꝙ dixerat.Si solueritis hoc tēplū qd ædificatū ē ānis.xlvi.ego illud sine māibꝰ itriduo resuscitabo,significās breui futurā passionē suā,& se a iudęis īterfectū tertio die resurrectuꝝ.Ipse.n.erat uerū dei tēplū. Has uoces eius tanq̄ infaustas & impias īsectabant.Q uæ cū pilatus audisset:& ille in

Persecutiones declinandæ.

defenſionē ſui nihil diceret, pnūciauit nihil ī eo dānatiōe dignū uideri. At iniuſtiſſimi accuſatores cū populo quē incitauerant: ſucclamare cœperūt: & crucē eius uiolētis uocibus flagitare. Tū Pōtius & illorū clamoribus & Herodis tertrarchæ inſtigatione metuentis ne regno pelleretur uictus eſt. Nec tñ ipſe ſnīam protulit: ſed tradidit eū iudæis: ut ipſi de illo ſecundū legem ſuam iudicarent. Duxerunt ergo eū flagellis uerberatū, & prius q̄ cruci affigerent illuſerunt, indutū. n. coloris punicei ueſte: ac ſpinis coronatū quaſi regē ſalutauerunt: & dederunt ei cibū fellis, & miſcuerunt ei aceti potionē. Poſt hæc conſpuerūt in faciē eius, & palmis ceciderūt. Cūq; ipſi carnifices de ueſtimētis eius eōtenderēt ſortiti ſunt īter ſe de tunica & pallio. Et cū hæc oīa fierent, nullam uocē ex ore ſuo tanq̄ ſi mutus eēt emiſit. Tū ſuſpēderunt eū inter duos noxios mediū, qui ob latrocinia damnati erāt: cruciq; affixerunt. Quid hic ergo in tāto facinore deplorē? Aut quibus uerbis tñ nefas cōquerar? Nō. n. Gabinianā crucem deſcribimus, quā. M. tul. uniuerſæ eloquentiæ ſuæ uerbis ac uiribus uelut effuſis totius ingenii fontibus ꝓſecutus eſt, facinus indignū eſſe ꝓclamās ciuem Romanū contra oēs leges in cruce eſſe ſublatū. Quī q̄uis innocēs fuerit: & illo ſupplicio indignus, mortalis tñ & ab hoīe ſceleſto q̄ iuſtitiā ignoraret affectus eſt. Quid de huius crucis indignitate dicemus: in qua deus a cultoribus dei ſuſpenſus atq; ſuffixus eſt? Quis tā facundus & tāta rerū uerborūq; copia inſtructus exiſtet? quæ oīo tantæ affluentiæ ubertate decurrens: ut illā crucē merito deploret, quā mundus ipſe & tota elementa luxerunt? Hæc āt ſic futura fuiſſe & ꝓphetaꝝ uocibus: & Sibyllinis carminibus denunciatū eſt. Apud Eſaiā ita ſcriptū inuenīt. Non ſum contumax, neq; contradico, dorſum meū poſui ad flagella, & maxillas meas ad palmas, faciē aūt meam non auerti a fœditate ſputorum. Similiter Dauid in pſalmo. xxxiiii. Cōgregata ſunt ſup me flagella, & ignorauerūt, diſſoluti ſunt, nec cōpuncti ſunt tēptarūt me, & deriſerūt deriſu, & ſtriderūt dētibus ſuis ſuper me. Sibylla quoq; eadē futura monſtrauit. εἰς ἀμόμους χεῖρας κὰι ἀπίστων ὕστερον ἥξει δώσουσι δὲ θεῶ ραπίσματα χερσὶν αἰπάγνοις κὰι σώμασι μιαροῖσιν πτύσματα φαρμακόεντα δώσει δ' εἰς μάσιγας ἁπλῶς ἀγνὸν τότε νῶτον. i. in manus iniquas & infidelium poſtea ueniet, dabunt deo alapas manibus inceſtis, & oribus īmundis expuēt ſaliuas uenenoſas. Dabit aūt in uerbera oīno innocens dorſum. Itē de ſilentio eius qđ uſq; ad mortem ꝑtinaciter tenuit. Eſaias ſic locutus eſt. Sicut ouis ad immolandū ductus eſt: & ſicut agnus corā tondētibus ſine uoce, ſic nō aperuit os ſuū. Et Sibylla ſupradicta. κὰι κολαφιζόμενος σιγήσει, μήτις ἐπιγνῶ τίς λόγος, ἢ πόθεν ἦλθεν. ἵνα φθιμένοισι λαλήσῃ. κὰι ξέφανον φορέσῃ τὸν ἀκάνθινον. i. & colaphos accipiens tacebit: nequis agnoſcat q̄ uerbū & unde uenit, ut mortuis loquatur, & coronā portabit ſpineam. De cibo uero & potu quē anteq̄ eum figerēt illi obtulerunt. Dauid in pſalmo. lxviii. ſic ait. Et dederunt in eſcam meā fel & in ſiti mea potauerunt me aceto. idem hoc futurum etiā. Sibylla concionata eſt. εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολήν. κ' εἰς δίψαν ὄξος ἔδωκαν τῆς ἀφιλοξενίης ταύτην δείξουσι τράπεζαν. ideſt in cibum autem fel, in ſitim acetum dederunt inhoſpitalitatis hanc monſtrabunt mēſam. & alia Sibylla iudeam terram his uerbis increpat. αὐτὴ παρ σὺ ἄφρων τὸν σὸν θεὸν οὐκ ἐτίμησας παίζοντα ἀνκτοῖσιν νοήμασιν ἀλλ' ἀκαθέοις, ἐ'ςεφας στέφῳ, φοβερήντε χολὴν

ἐπέρασας.

Chriſti cruciatio.

ἐχ'ερασας. i. ipſa enim ſtulta deum tuū non cognouiſti, ludentē mortaliū mētibus: ſed & ſpinis coronaſti corona, horridūq; fel miſcuiſti. Fore aūt ut iudæi manus inferrēt deo ſuo eūq; interficerent: teſtimonia ꝓphetarū hæc anteceſſerunt apud Eſdram ita ſcriptum eſt. Et dixit Eſdras ad populum. Hoc paſcha ſaluator noſter eſt, & refugium noſtrum cogitare, & aſcendat in cor ueſtrum, qm̄ hēmus humiliare eum in ſigno, & poſt hæc ſperabimus in eum: ne deſeratur hic locus in æternum tps, dicit dñs deus uirtutum. Si nō credideritis in eū neq; ex audieritis annūciationem eius: eritis deriſio in gentibus. Vnde apparet iudæos nullam aliam ſpē hſe, niſi ſe abluerint a ſanguine, ac ſperauerint in eum ipſum, quem negauerunt. Eſaias cum facinus eorum deſignat, dicit in humilitate eius iudicium ſublatū eſt. Natiuitatem eius quis enarrabit? qm̄ auferť a terra uita eius, a facinoribus populi mei abductus eſt ad mortem & dabo malos pro ſepultura eius: & diuites ꝓ morte eius, quia facinus non fecit, neq; inuentus eſt dolus in ore eius. Propterea ipſe hī ditabit multos, & fortiū diuidet ſpolia: propterea q; traditus eſt ad mortem, & inter facinoroſos deputatus eſt, & ipſe pcm̄ multoꝝ ꝓtulit, & propter facinora illorum traditus eſt. Dauid quoq; in pſal. lxxxxiii. Captabūt in aīam iuſti & ſanguinem innocentem condemnabunt, & factus eſt mihi dñs in refugiū. Et Hieremias. Dñe ſignifica mihi, & cognoſcam, tunc uidi meditationes eorum, ego ſicut agnus ſine macula perductus ſum ad uictimā, in me cogitauerūt cogitationē dicētes. Venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus e terra uitam eius, & nomen eius non erit in memoria amplius. Lignum aūt crucem ſignificat & panem corpus eius, q̄a ipſe eſt cibus & uita hoīum qui credūt in carnem quam portauit & in crucem in qua pependit, de qua tñ aptius ipſe Moyſes in Deuteronomio ita prædicauit. Et erit pendens uita tua ante oculos tuos, & timebis die ac nocte, & non credes uitæ tuæ. Idē rurſus in numeris. Non quaſi homo dñs ſuſpēdiť neq; quaſi filius hominis minas patitur. Zacharias ēt ſic tradidit. Et intuebuntur in me, quem tranſfixerūt. itē Dauid in pſalmo. xxi. Effoderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerūt oīa oſſa mea. ipſi aūt cōtemplati ſunt & uiderunt me, diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea, & ſuper ueſtē meā miſerūt ſortē. Quæ utiq; propheta nō de ſe locutus eſt. Fuit. n. rex & nunq̄ illa perpeſſus eſt. Spūs dei per illū loquebať qui fuerat illa paſſurus poſt ānos mille & quinquaginta. Tot. n. colligūtur anni a regno Dauid uſq; ad crucē chriſti. Sed & Solomon filius eius, qui Hieroſolimā condidit, eā ipſam periturā eē in ultionē ſanctæ crucis prophetauit. Qđ ſi auertimini a me dicit dñs, & non cuſtodieritis ueritatem meam reiiciam iſrael a terra quam dedi illis, & domum hanc, quam ædificaui illis in noīe meo: proiiciam illam oībus, & erit iſrael in perditionem, & in obprobrium populo, & domus hęc erit deſerta, & oīs qui tranſibit per illam, admirabitur & dicet. Propter quam rem fecit dñs terræ huic & domui huic hæc mala? Et dicent. Quia reliquerunt dominum deum ſuum, & perſecuti ſunt regem ſuum dilectiſſimum deum: & cruciauerunt illū in humilitate magna, propter hoc importauit deus illis mala hæc.

¶ De miraculis quæ in paſſione dñi cōtigerunt, de ſepultura & reſurrectione, & a quibus teſtimoniis prophetarum fides roboretur iſtorum. Cap. XIX.

QVid amplius de facinoribus iudæorũ dici põt, q̃ excęcatos tũ fuisse atq; insanabili furore correptos, qui hæc cottidie legẽtes nec ĩtellexerũt, neq; qn facerent cauere uoluerunt. Suspẽsus igit᷑ atq; affixus exclamauit ad dñm uoce magna & ultro spũm posuit. Eadẽ hora terræmotus factus est. Et uelũ tẽpli, qđ separabat duo tabernacula, scissum est in duas partes, & sol repente subductus est, & ab hora sexta usq; ad nonã tenebræ factæ sunt. Q ua de re Amos ꝓpheta testat᷑. Et erit in die illo dicit dñs: occidet sol meridie, & tenebrabit᷑ dies lucis: & conuertam dies festos uũros in luctum, & cãtica uã in lamentationem. Item Hieremias, Exterrita est quæ parit & teduit animã, & subiuit sol ei cũ adhuc medius dies esset: confusa est & maledicta: reliquos eorum in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, & Sibylla ait, ναοῦ δὲ χιθήσεται τὸ πέτασμα καὶ ἅματι μέσῳ νύξ ἔσται σκοτόεσσα τελώεις ἐν τριοίν ὥραις. Idest templi uero scindet᷑ uelum, & medio die nox erit tenebrosa nimis tribus horis. Cum hęc facta essent, ne ꝓdigiis quidem cęlestibus facinus suum ĩtelligere querũt. Sed qm̃ põdixerat se tertio die ab inferis resurrecturum, metuẽtes ne a discipulis surrepto & amoto corpe: uniuersi resurrexisse eũ crederent, & fieret multo maior ĩ plæbe cõfusio: detraxerũt eũ cruci, & cõclusũ ĩ monumẽto firmiter militari custodia circũdederũt. Vex᷒ tertio die ante lucẽ terræmotu facto repente patefactũ est sepulchrũ, & custodibus quos attonitos obstupefecerat, pauor nihil uidẽtibus ĩteger e sepulchro ac uiuus egressus ĩ Galilæã ꝓfectus ẽ, ut discipulos suos q̃reret. ĩ sepulchro uero nihil repertũ ẽ nisi exuuiæ, q̃bus ĩuolutũ corpus ĩcluserãt. Illũ aũt apud inferos nõ remãsur᷒ sed die tertio resurrectur᷒ ꝓphetæ cecinerãt. Dauid in psal. xl. Non derelinques aĩam meã apud inferos, nec dabis scm̃ tuũ uidere ĩteritũ. Itẽ in tertio, Ego dormiui & somnũ cœpi: & resurrexi: qm̃ dñs auxiliatus est mihi. Oseæ quoq; primus. xii. ꝓphetar᷒ de resurrectione eius testificatus est. Hic filius meus sapiẽs: ꝓp quod nũc nõ resistet ĩ tribulatione filior᷒ suorũ & de manu inferor᷒ eruã eũ. Vbi est iudiciũ tuũ mors: aut ubi ẽ aculeus tuus? Idẽ alio loco. Viuificabit nos post biduum die tertio. Et ideo, Sibylla impositur᷒ esse morti terminum dixit post triduanum somnũ. καὶ θαλάσσης μοῖραν τελέσει τρίτον ἦμαρ ὑπνώσας καὶ τότ᾽ ἀπὸ φθιμένων ἀναδείξας εἰς φάος ἥξει πρῶτος ἀναστάσεως κλητοῖς ἀρχὴν ὑποδείξας, i. mortis fatum finiet trium dierum somno suscepto: & tũc a mortuis egressus in lucem ueniet, primus resurrectionis uocatis initium ostendens. uita enim nobis acquisiuit morte supata. Nulla igitur spes alia consequendæ in mortalitatis hoi dat᷑ nisi crediderit in eum & illã crucẽ portãdã patiẽdãq; susceperit.

¶ Q uod ꝓfecto in Galilęã dño post resurrectionem discipulis scripturarum reserauit arcana. Et quare lex uetus dicat᷑ testamẽtũ, nec potuerit intelligi ante mortem domini. Et quod nouum testamẽtum ueteris adimpletio est quibus hoc ante prædictum sit testimoniis. Cap. XX.

Chriſti reſurrectio.

PRofectus ergo ĩ Galilęã noluit. n. se iudæis oñdere ne adduceret eos in pœnitẽtiã atq; impios seruaret. Discipulis iter᷒ congregatis scripturæ sanctæ lras. i. ꝓphetar᷒ arcana patefecit, q̃ anteq̃ patere-tur ꝓspici nullo mõ poterãt, qa ipum passionẽq; eius annũciabãt.

Iccirco

Iccirco Moyses & idẽ ipsi ꝓphetæ legẽ, q̃ iudæis data erat testamẽtũ uocãt: qa nisi testator mortuus fuerit, nec confirmari testamẽtũ põt, nec sciri qd in eo scriptũ sit, qa clausum & obsignatũ est. Itaq; nisi Christus mortẽ suscepisset apiri testm̃ .i. reuelari & ĩtelligi misteriũ dei nõ potuisset. Vex᷒ scriptura oĩs in duo testamẽta diuisa est. Illud qd aduentũ dñi passionẽq; antecessit. i. lex & ꝓphetæ uetus dicit᷑. Ea uero quæ post resurrectionem eius supra scripta sunt, nouum testm̃ nominat᷑. iudæi ueteri utunt᷑: nos nouo: sed tñ diuisa nõ sunt: qa nouũ ueteris adimpletio ẽ: & in utroq; idẽ testator ẽ Christus, q pro nobis mortẽ suscepit: nos hæredes æterni regni fecit, abdicato & exhæredato populo iudæor᷒: sicut Hieremias ꝓpheta testat᷑: cũ loquit᷑ talia. Ecce dies uenient dicit dñs, & cõsumabo domui israel & domui iuda testm̃ nouum. nõ secundum testamẽtũ qđ disposui patribus eor᷒ in die qua appẽhẽdi manũ eor᷒, ut illos educerẽ e terra Ægypti, qa ipsi nõ ꝓseuerauerunt in testamẽto meo: & ego neglexi eos, dicit dñs. Itẽ alio loco similiter ait. Dereliqui domũ meã, dimisit hæreditatẽ meã in manu inimicor᷒ eius. Facta est mihi hæreditas mea, sicut leo ĩ sylua: Dedit sup me uocẽ suã. iõ odi eam cũ sit hęreditas eius cæleste regnũ: non utiq; ipsam hæreditatẽ se odisse dicit: sed hæredes q aduersus eũ ingrati & ipii extiterũt. Facta ẽ inqt hæreditas mea mihi, sicut leo. i. põda & de uoratio: factus sum hæredibus meis, q me ĩmolauerunt sicut pecus: dedit sup me uocẽ suã. i. snĩam aduersus me mortis crucisq; dixerũt. Nã q, supius ait cõsumatum se domui iuda testm̃ nouum: ostendit uetus illud testamẽtum, quod p Moysen est datũ nõ fuisse perfectũ, id qđ p Christum dari haberet, cõsumatum fore. Domus aũt iuda & israel nõ utiq; iudęos significat: quos abdicauit sed nos qui ab eo conuocati ex gentibus in illor᷒ locum adoptionẽq; successimus: & appelamur filii iudeor᷒, quod declarat Sibylla cum dicit: ἰουδαίων μακαρίων θεῖον γένος οὐρανιώνων. i, iudæorum beatum diuinum genus cælestium. Q uod autem futurum esset id genus Esaias docet: apud quẽ pr̃ summus ad filiũ loquit᷑ dicẽs. Ego dñs deus uocaui te ad iustitiã: & tenebo manũ tuã & cõfirmabo te & dedi te in testamentum generis mei in lucẽ gẽtium, aperire oculos cæcor᷒: ꝓducere ex uinculis alligatos, & de domo carceris sedentes in tenebris. Cũ igit᷑ nos antea tanq̃ cæci, & tanq̃ carcere stultitiæ inclusi sederemus in tenebris: ignorãtes deum, & ueritatem: illuminati ab eo sumus, qui nos testamẽto suo adoptauit & liberatos uinculis malis atq; in lucem sapientię productos in hæreditatem regni cælestis asciuit.

Testamentum qr̃ iudæorum leges.

¶ De ascensione domini, diuisione discipulor᷒ ad nascentis ecclesiæ fundamẽtũ iaciendum & roborandum, & miraculis eor᷒: & quõ Petrus & Paulus Romã uenientes ꝓphetauerũt regem in breui uenturum, qui Hierosolyma destrueret, & iudæos deleret, eodem modo quo postea contigit Cap. XXI.

ORdinato uero discipulis suis euãgelio ac nois sui põdicatiõe: circũfudit se repẽte nubes eũq; ĩ cælũ sustulit q̃dragesimo post passionem die sicut Daniel fore oñderat dicẽs. Et ecce ĩ nubibus cęli filius hois ueniẽs usq; ad uetustũ dier᷒ puenit. Discipuli uero p ꝓuicias dispsi fundamẽta ecclesiæ: ubiq; posuerũt faciẽtes & ipsi in noie magistri dei magna & pene incredibilia miracula: qa descendẽs ĩstruxerat eos uirtute ac po

teſtate, qua poſſet nouæ anunciationis ratio fundari & confirmari: ſed & futura apuit illis oĩa q̃ Petrus & Paulus q romæ p̃dicauerũt, & ea p̃dicatio in memoriam ſcripta pmãſit: in q̃ cũ multa alia mira: tũ ẽt hoc futuꝝ eſſe dixerũt: ut poſt breue tp̃s imitteret deus regem qui expugnaret iudeos: & ciuitates eorum ſolo adeq̃ret. Hieroſoli/moꝝ euerſio p̃dicta. Ipſos autem fame ſitiq; cõfectos obſideret. Tum fore ut corporibus ſuorum ueſcerent & conſumerent ſe inuicem. Poſtremo ut capti uenirent in manus hoſtiũ & in conſpectu ſuo acerbiſſime coniuges ſuas uexari cernerent: uiolari ac ꝓſtitui uirgines: diripi pueros: allidi paruulos: omnia deniq; igni ferroq; uaſtari: captiuos in ꝑpetuum terris ſuis exterminari: eo q; exultauerũt ſuper amantiſſimum & ꝓbatiſſimum dei filium. Itaq; poſt illorum obitum: cum eos Nero interemiſſet: iudeoꝝ gentem & nomẽ Veſpaſianus extinxit: fecitq; oĩa q̃ illi futura prædixerant.

¶ Q d argumẽtis reuincẽdi ſunt q diuis detrahũt ſacramẽtis & qbus argumẽtis utant infideles: ut dñicæ incarnationis fidem euacuent. Cap. XXI.

COnfirmata ſunt (ut opinor) quæ falſa & incredibilia putant ab his quos uera cæleſtiũ lr̃arum doctrina nõ imbuit: ſed tñ ut refellant a nobis ẽt illi q nimium nõ ſine malo ſuo ſapiũt, rebuſq; diuinis fidem detrahũt, argumentiſq; illorũ coarguamus errorem, ut tandem aliqñ uideant ita fieri oportuiſſe, ſicut nos oſtendimus factum. Et q̃q̃ apud bonos iudices ſatis habeant firmitatis, uel teſtimonia ſine argumentis, uel argumenta ſine teſtimoniis, nos tñ nõ contenti alterutro ſumus: cum ſuppeditet nobis utrũq;, ne cui ꝑſe ingenioſo aut nõ intelligẽdi, aut contra diſſerendi locũ relinquamus. Negant fieri potuiſſe ut naturæ imortali quicq̃ decederet. Negãt deniq; deo dignũ, ut hõ fieri uellet: ſeq; infirmitate carnis oneraret, ut paſſionibus, ut dolori, ut morti ſeipſe ſubiiceret, q̃ſi non facile illi eſſet ut citra corpis imbecillitatẽ ſe hoibus oñderet, eoſq; iuſtitiã docereret, ſiquidẽ id uolebat maiore auctoritate (ut aiunt) ꝓfeſſi dei. Tunc.n. cũctos fuiſſe p̃ceptis cæleſtibus puturos, ſi ad ea uirtus ac ptãs dei præcipientis accederet. Cur igit aiunt ad docendos hoies non ut deus uenit? Cur ſe tã humilem imbecillẽq; conſtituit ut ab hoibus & cõtẽni & pœna affici poſſet? cur uim ab imbecillibus & mortalibus paſſus eſt? cur non manus hominum aut uirtute repulit? aut diuinitate uitauit? Cur non maieſtatẽ ſuã ſub ipſa ſaltẽ morte patefecit? ſed ut inualidus i iudiciũ ductus eſt: ut nocens dãnatus, ut mortalis occiſus? Refutabo hæc diligenter, nec quẽq̃ patiar errare. Illa.n. magna & mirabili rõne ſunt facta, quæ quicunq; ꝑceperit non tm̃ mirari deſinet deũ ab hominibus eſſe cruciatum, uerum etiam facile peruidebit, ne deum quidem potuiſſe credi, ſi ea ipſa quæ arguit: facta non eſſent.

¶ Q d p̃ceptoris moꝝ uacillat auctoritas: ſi nõ facit ipe qd docet ſicut in phis patet q cõtra ſua p̃cepta uiuebãt, ſed Xp̃s prio fecit poſtea docuit. Cap. XXII.

Præceptoris ẽ ea facere quæ p̃cipit.

QVicunq; præcepta dat hoibus ad uitam, moreſq; fingit aliorũ, q̃ro debeat nec ipſe facere quæ p̃cipit an non? Si non fecerit ſoluta p̃cepta ſunt. Si.n. bonas ſunt q̃ p̃cipiunt, ſi uitã hoium i optimo ſtatu collocãt: nõ ſe debet ipſe p̃ceptor a numero cœtuq; hoium ſegregare, iter quos hitat ipe: & ipſi eodẽ mõ uiuẽdũ eẽ: quo docet eẽ uiuẽdum: ne ſi

dum, ne aliter uixerit, ipſe præceptis ſuis fidem detrahat: leuioremq; doctrinam ſuã faciat: ſi re ipſa reſoluat quod uerbis nitat aſtruere. Vniuſquiſq; enim cũ audit præcipientem, non uult ſibi imponi neceſſitatem parendi tanq̃ ſibi ius libertatis adimat itaq; reſpondebit doctori hoc modo. Non poſſum facere quæ iubes: qm̃ ſunt ipoſſibilia. Vetas me iraſci, uetas cupere, uetas libidine cõmoueri, uetas dolorem aut mortẽ timere: ſed hoc adeo contra naturã eſt, ut his affectibus aĩalia uniuerſa ſubiecta ſint: uel ſi adeo putas repugnari poſſe naturę. & tuipſe quę p̃cipis fac ut ſciã fieri poſſe. Cum aũt ipſe non facias, quæ inſolentia eſt: ut hoi libero imponere uelis leges quibus ipſe non pareas? Prius diſce qui doces: & anteq̃ mores alioꝝ corrigas tuos corrige. Quis neget iuſtam eſſe hanc reſponſionem, quin etiam ſi in contemptum uenret huiuſmodi doctor, & eludet uiciſſim: quia uidebit & ipſe deludere. Quid ergo faciet & ille præceptor: ſi hæc ei fuerint oppoſita, quõ adimet excuſationem contumacibus, niſi ut præſentibus factis, doceat poſſibilia ſe docere? Vnde euenit ut phorum præceptis nullus obtẽperet. Hoies enim malunt exempla q̃ uerba: quia loqui facile eſt præſtare difficile. Vtinam quidem tam multi bene facerent q̃ multi loquuntur bene. Sed qui præcipiunt nec faciunt, abeſt ab eis fides. Et ſi homines fuerint contemnuntur ut leues: ſi deus opponet ei fragilitatis humanæ excuſatio. Supereſt ut factis uerba firmẽtur. quod & philoſophi facere nequeunt, itaq; cum ipſi præceptores uincantur affectibus quos uinci prædicant oportere: neminem poſſunt ad uirtutem quã falſo prædicant erudire ob eamq; cauſam putãt neminem adhuc perfectum eſſe ſapientem. i. in quo ſummæ doctrinæ ac ſcientiæ, ſumma uirtus & perfecta iuſtitia conſenſerit, quod quidem uerũ fuit. Nemo enim poſt mundum conditum talis extitit, niſi chriſtus qui & uerbo ſapientiam tradidit & doctrinam præſenti uirtute firmauit. Exempla magis mouent q̃ uerba.

¶ Q uod cæleſtem doctorem perfectum eſſe oporteat, & quare perfectus eẽ nõ poſſit ſine corporis aſſumptione mortalis. Cap. XXIIII.

AGe nunc cõſideremus, an doctor e cælo miſſus poſſit, non eẽ perfectus. Nondum de hoc loquor quẽ ueniſſe a deo negant. Fingamus e cælo aliquẽ eẽ mittẽdum: qui uitam: hoium rudimẽtis uirtutis inſtituat: & ad iuſtitiã formet. Nemini dubiũ põt eẽ, quin is doctor q̃ cælitus mittit, tam ſciẽtia ſit rerũ oium q̃ uirtute perfectus, ne nihil inter cæleſtẽ terrenũq; differat. Nã in hoie interna & ꝓpria doctrina eſſe nullo pacto põt. Nec.n. mens terrenis uiſceribus incluſa & tabe corporis impedita: aut cõprehẽdere ꝑſe põt, aut cape ueritatẽ niſi aliunde doceat. Et ſi maxime poſſit ſummam tm̃ uirtutem capere nequeat: & omnibus uitiis reſiſtere quorum materia in uiſceribus continet. Eo fit ut terrenus doctor perfectus eſſe non poſſit. At uero cęleſtis: cui ſcientiam diuinitas: uirtutẽ immortalitas tribuit: in docendo quoque ſicut in cæteris perfectus & conſumatus ſit neceſſe ẽ. At id omnino fieri non poteſt niſi mortale corpus aſſumat, cur autem fieri nõ poſſit ratio clara eſt. Nam ſi ad homines ueniat ut deus: ut omittam quod mortales oculi claritatẽ maieſtatis eius cõſpicere ac ſuſtinere non p̃nt. Ipſe certe deus uirtutem docere nõ poterit: quia exps corporis nõ faciet quæ docebit ac per hoc doctrina eius ꝓfecta nõ erit alioq; ſi uir- Doctrina interna ac ꝓpria i homine eſſe nõ poteſt.

tus ſumma eſt dolorem patienter ꝓ iuſtitia officioq; ꝓferre: ſi uirtus eſt mortem ipſam & intẽptatam nõ metuere, & illatã fortiter ſuſtinere: debet ergo doctor ille ꝓfectus, & docere iſta ꝓcipiendo: & confirmare faciẽdo, quia qui dat ꝓcepta uiuẽ di amputare debet oĩum excuſationũ uias: ut ĩponat hoĩbus parendi neceſſitatẽ: nõ aliqua ui, ſed pudore, & tñ libertatẽ reliquat. ut & ꝓmiũ ſit cõſtitutũ parẽtibus qa poterãt nõ ꝑere, ſi uellẽt. Q ũo ergo poterit amputari excuſatio, niſi ut q̃ docet faciat q̃ docet, & ſit q̃ſi ꝓuius & manũ porrigat ſecuturo? quẽadmodum põt face re q̃ docet ſi nõ ſit ei ſimilis: quẽ docet? nã ſi nulli ſubiectus ſit paſſioni, põt ei do cẽti hõ ſic rñdere. Volo equidẽ nõ peccare, ſed uincor. idutus ſum. n. carne fragi li & imbecilla, hæc eſt quæ iraſcitur: quæ concupiſcit, quæ dolet quæ mori timet.

Peccati excuſatio.

Itaq; ducor iuitus & pecco nõ quia uolo, ſed qa cogor. Sẽtio me ẽt ipſe peccare, ſed neceſſitas fragilitatis ĩpellit, cui repugnare nõ poſſum. Q uid ad hæc rñdebit ꝓceptor ille iuſtitiæ, quõ refutabit: ac redarguet hoĩem, q delictis ſuis excuſationẽ carnis oſtẽdet, niſi & ipſe carne fuerit ĩdutus, ut oſtẽdat ẽt carnẽ poſſe cape uirtu tẽ? Cõtũatia. n. redargui nõ põt niſi exẽplo. Nã hẽre nõ pñt quę doceas firmitatẽ.

Contumacia redargui nõ poteſt niſi exemplo.

niſi ea prior feceris: qa natura hoĩum ꝑcliuis in uitia: uideri uult, nõ mõ cũ uenia, ſed ẽt cũ rõne peccare. Oportet & magr̃m doctorẽq; uirtutis: hoĩ ſimillimũ fieri: ut uincẽdo peccatũ doceat hoĩem: uinci ab eo poſſe peccatũ. Si uero ſit ĩmortalis exẽplũ ꝓponere hoĩ nullo mõ põt. Exiſtet. n. cõſtãs aliqs ac dicet. Tu quidem nõ peccas: qa liber es ab hoc corpore, nõ cõcupiſcis: qa ĩmortali nihil eſt neceſſariũ. Mihi uero multis rebus opus ẽ: ut tuear hãc uitã. Mortẽ nõ times qa in te ualere nõ põt. Dolorẽ cõtẽnis qa nullã uim pati potes. At ego mortalis utrũq; timeo: qa cruciatus mihi grauiſſimos inferũt, quos tolerare ifirmitas carnis nõ põt. Doctor itaq; uirtutis ẽt hanc excuſationẽ debuit hoĩbus auferre: neqs q; peccat neceſſitati potius aſcribat: q̃ culpæ ſuæ. Ergo ut perfectus eẽ poſſit nihil ei debet opponi ab eo qui docẽdus eſt, ut ſi forte dixerit ĩpoſibilia ꝓcipis reſpondeat: ecce ipſe facio ego carne indutus ſum, cuius eſt peccare ꝓpriũ: at ego eãdẽ carnẽ gero, & tñ pec catum in me non dñat. Mihi opes contemnere difficile eſt: quia uiui aliter nõ põt in hoc corpore. Ecce mihi corpus eſt & tñ pugno contra oẽm uoluptatẽ. Nõ poſ ſum ꝓ iuſtitia nec dolorem ferre nec mortẽ, qa fragilis ſum. Ecce & ĩ me dolor ac mors hẽt pãtem: & ea ipſa q̃ times: uinco ut uictorem te faciã doloris ac mortis. Prior uado ꝑ ea q̃ ſuſtineri nõ poſſe prætendis: ſi ꝓcipientem ſequi non potes ſe quere antecedentem. Sublata eſt hoc modo oĩs excuſatio: & fateri hoĩem neceſſe eſt: ſua culpa iniuſtũ eſſe q̃ doctorem uirtutis & eundẽ ducem nõ ſequat. Vides ergo quãto ꝑfectior ſit mortalis doctor: qa dux eſſe mortalis põt q̃ ĩmortalis? quia patientiã docere non põt: qa ſubiectus paſſionibus non eſt. Nec hoc tñ eó pertinet: ut hoĩem deo ꝓferã: ſed ut oñdã neq; hoĩem ꝑfecta doctrina eſſe poſſe: niſi ſit idẽ deus: ut auctoritate cæleſti neceſſitatẽ parẽdi hoĩbus ĩponat: neq; deũ niſi mor tali corpe induat: ut ꝓcepta ſua factis adimplendo: cæteros parendi neceſſitate cõ ſtringat. Liqdo ergo apparet eũ q̃ uitæ dux: & iuſtitiæ ſit magiſter: corpalem eſſe oportere: nec aliter fieri poſſe: ut ſit illius plena & perfecta doctrina niſi habeat ra dicem & fundamentũ ſtabiliſq; apud hoĩes ac fixa permaneat. Ipſum autẽ ſubire

carnis

carnis a corporis imbecillitatem: uirtutemq; in ſe recipere doctoris ut eam ſimul & uerbis doceat & factis. Item ſubiectum eſſe morti & paſſionibus cunctis, quo niam & paſſione toleranda & in morte ſubeunda uirtutis officia uerſantur: quæ omnia (ut dixi) conſumatus doctor perferre debet: ut doceat poſſe perferri.

¶ Q d xp̃s licet mortalitatẽ nr̃am ſũpſerit: nõ tñ natus eſt ut alii hoĩes: ſed ex car ne uirginis: & q̃re cũ ĩmunis eẽt a culpa: ſpõte ſubierit pœnã. Cap. XXV.

Diſcant igit᷑ hoĩes & intelligant quare deus ſummus cũ legatũ ac nũ ciũ ſuũ mitteret, ad erudiendam ꝓceptis iuſtitiæ ſuę immortalitatẽ mortali uoluerit eũ carne indui, & cruce affigi, & morte mulctari. Nam cũ iuſtitia nulla eſſet in terra doctorẽ miſit quaſi uiuã legẽ: ut nomen ac templũ nouum cõderet, ut ueꝝ ac pium cultũ ꝓ oẽm ter rã uerbis & exẽplo ſeminaret. Sed tñ ut certũ eſſet, á deo miſſum non ita illũ naſci oportuit: ſicut homo naſcit᷑ ex mortali utroq; concretus: ſed ut appareret illum ẽt in hoĩe eſſe cæleſtẽ, creatus eſt ſine opa genitoris. Habebat. n. ſpãlem pr̃em deum: & ſicut pr̃ ſpũs eius deus ſine mr̃e, ita mr̃ corpis eius uirgo ſi ne pr̃e fuit. Igit᷑ deus & hõ inter deum atq; hoĩem medius conſtitutus. Vnde illũ græci μεσίτην uocãt ut hoĩem ꝓducere ad deum poſſet. i. ad immortalitatem: quia ſi deus tm̃ fuiſſet (ut ſupius dictũ eſt) exempla uirtutis hoĩ ꝓbere nõ poſſet: ſi hõ tm̃ non poſſet hoĩes ad iuſtitiã cogere, niſi authoritas ac uirtus homine maior ac cederet. Etenim cum conſtet homo ex carne & ſpiritu, & oporteat ſpũm iuſtitiæ opibus emereri ut fiat æternus. Caro quia terrena eſt, ideoq; mortalis copulatum ſibi ſpũm trahit ſecũ, & ab immortalitate ducit ad mortẽ. Ergo ſpũs carnis exps, dux eſſe homini ad immortalitatem nullo pacto poterit, qm̃ caro impedit ſpũm, quominus deum ſequat᷑. Eſt enim fragilis & ſubiecta peccato. Peccatum autẽ pa bulum mortis eſt. Itaq; iccirco mediator aduenit. i. deus in carne: ut caro eũ ſequi poſſet: & eripet morti hominem, cuius eſt dãnatio in carnem. Ideo carne ſe indu it, ut deſideriis carnis edomitis doceret, nõ neceſſitatis eſſe peccare, ſed ꝓpoſiti ac uoluntatis. Vna enim nobis & magna & ꝓcipua cum carne luctatio eſt: cuius in finitæ cupiditates ꝓmunt animã. nec dominum retinere patiunt᷑. ſed eam uolupta tibus & illecebris ſuauibus mãcipatã morte afficiunt ſempiterna. Q uibus ut re pugnar̃ poſſemus: deus nobis uiã ſupandæ carnis & apuit & oñdit. Q uæ uirtus ꝓ fecta & omnibus uinculis abſoluta, coronã uincentibus & mercedem expetendę nobis immortalitatis impartit.

¶ De myſterio domeſticæ crucis & uirtute & ſignificatione eoꝝ quæ xp̃s geſſit aut ꝓtulit. Et qũo præfiguratus ſit ĩmolatione agni legalis: Cap. XXVI.

Dixi de humanitate: & fragilitate: & paſſione: cur hæc deus ſubire ma luerit nunc ipſius crucis rõ reddẽda eſt, & uis enarranda: quod ſum mus pr̃ a principio diſpoſuerit, & quemadmodum cũcta quæ geſta ſunt, ordinauerit non tantum diuinatio prophetarum: quæ in Chri ſtũ uera ꝓceſſit, ſed ẽt ratio ipſius paſſionis docet. Q uæcumq; n. paſ ſus eſt non fuerũt inania, ſed habuerunt figurã & ſignificationem magnã: ſicut ẽt diuina illa opa quæ fecit: quorum uis & poteſtas ualebat, quidem in præſens, ſed

Christi miracula quã figurã gerebant.

declarabat aliud in futurũ. Apuit cæcorũ oculos uirtus cælestis: & lucẽ non uidẽtibus reddidit. Et hoc facto significauit fore ut conuersus ad gentes quæ deum nesciebant, insipientium pectora illuminaret luce sapientiæ, & ad ueritatem contemplandam oculos cordis apiret. Vere. n. cæci sunt, qui cælestia non uidẽtes, & tenebris ignorantię circũfusi, terrena & fragilia uenerantur. Patefecit aures surdorum Non utiq; actenus, uis illa cælestis opera est, sed declarabat breui fore, ut qui erãt ueritatis exptes, & audirent & intelligerẽt diuinas dei uoces. Vere enim surdos dixeris, qui cælestia & uera & facienda nõ audiunt. Mutorum linguas in eloquium soluit: admirabilis etiam cum fieret potentia. sed inerat huic uirtuti alia significatio, quæ ostẽderet mox futurũ ut rerũ cælestiũ nuper ignari percepta sapiẽtiæ disciplina de deo & ueritate dissererẽt. Nam qui rationẽ diuinitatis ignorat: is uere e linguis & mutus est: licet sit oĩum disertissimus. Lingua. n. cũ uerũ loqui cœpit, i. uirtutẽ maiestatemq; dei singularis interprætari, tũ demũ officio naturæ suæ fungitur. Q uãdiu ãt falsa loquitur: in suo usu nõ est, & ideo ifans sit necesse est q diuina ploqui nõ põt. Pedes quoq; claudorũ ad officiũ gradiẽdi reformauit. Laudabilis diuini opis, fortitudo, sed figura id cõtinebat, qđ cohibitis erroribus uitæ sæcularis ac deuiæ iter ueritatis aperiretur, per quod graderentur hoĩes ad dei gratiã cõsequẽdã. Is. n. uere claudus existimãdus est: qui caligine ac tenebris insipientiæ iplicatus, & quo tendat ignarus, offensibilibus & caducis gressibus per uiã mortis icedat. Itẽ labes & maculas inquinatoꝝ corporũ repurgauit. Nõ exigua imortalis potẽtiæ opa, uerũ id portẽdebat hæc uis, q; peccatorũ labibus ac uitioꝝ maculis inquinatos: doctrina eius purificatura eẽt eruditione iustitiæ, leprosi, atq; elephãtici debẽt haberi, quos uel ifinitæ cupiditates ad scelera, uel insatiabiles uoluptates ad flagitia cõpellũt: & dedecorũ maculis inustos labe afficiunt sempiterna. Iacentia mortuorum corpora erexit, eosq; nominibus propriis inclamatos a morte reuocauit. Q uid cõgruentius deo? Q uid miraculo dignius omniũ seculoꝝ q̃q decursam uitam resignasse: cõpleti sq; hominũ tẽporibus tẽpora adiecisse perpetua: arcana mortis reuelasse? Sed hęc inenarrabilis potestas imago uirtutis maioris fuit, q̃ demõstrabat tãtam uim habituram esse doctrinã suam, ut gentes in orbe toto: quæ alienæ â deo subiectæ morti fuerunt: cognitõe ueri luminis, animatæ ad imortalitatis prędmia peruenirẽt. Eos. n. recte mortuos existimaueris qui datorem uitę deum nescientes, atq; animas suas a cælo in terram deprimẽtes, in laqueos æternæ mortis incurrũt. Q uæ igitur cum faciebat in præsens imagines erãt futuroꝝ quæ illæsis affectisq; corporibus adhibebat ea spiritaliũ figurã gerebãt: ut in præsenti uirtutis nobis terrenæ opera monstraret: & in futurum potestatem suę cælestis maiestatis ostenderet. Ergo sicut opera eius significantiam quoq; maioris potestatis habuerunt, ita passio non simplex nec superuacua, nec fortuita præcessit. Sed ut illa quæ fecit, magnam uirtutem ac potestatem doctrinæ eius significabãt, sic ea quæ passus est: odio futurã esse sapientiã nunciabãt. Aceti. n. potus ac fellis cibus acerbitates & amãritudines, in hac uita sectatoribus ueritatis pollicebat. Et q̃q̃ ipsa p se acerba & amara specimẽ nobis futurorũ tormẽtoꝝ dabat: q̃ morãtibus nobis in hoc seculo, uirtus ipa ꝓponit: tũ illiusmodi cibus & potus i os doctoris nri ueniẽs,

Christi passio qd i futurum portendebat.

presuram nobis laborum ac miseriarum præbebat exemplum. Q uæ oĩa tolerari ac ꝓpeti necesse est eos: q ueritatẽ sequũtur: qm̃ ueritas est acerba & inuisa oĩbus q ueritatis expertes uitã suã mortiferis uoluptatibus dederũt. Nã corona spinea capiti eius ipsita id declarat fore, ut diuinã sibi plæbẽ de nocẽtibus congregaret. Corona. n. dr̃ circũstans in orbe populus. Nos autem qui ante cognitionẽ dei fuimus spinæ, i. iniusti mali & nocẽtes eramus, ignorãtes quid esset bonũ & a iustitię notione atq; operibus alieni oĩa scelere ac libidine polluebamus, plecti uero ex dumis ac sentibus sanctũ dei caput cingimus, quia cõuocati ab ipso & circũfusi undiq; ad eũ magistro & doctori assistimus, regemq; illum mundi & oĩum uiuentium dm̃ coronamus. Q uod uero ad crucem spectat, magna i ea eis ac ratio est quam nunc conabor oñdere. Deus namq; (sicut superius exposui) cum statuisset hoiem liberare: magistrũ uirtutis legauit in terrã. qui & præceptis salutaribus formaret hoĩes ad innocẽtiã: & operibus factisq; p̃sentibus iustitiæ uiã pãderet, qua gradiẽs hõ & doctorẽ suũ sequẽs ad uitam æternã peruenirẽt. Is igit̃ corporatus est & ueste carnis indutus, ut homini ad quẽ docẽdũ ucnerat uirtutis, & exempla & icitamẽta præberet. Sed eũ in oĩbus uitę officiis iustitię specimẽ præbuisset, ut doloris quoq; patientiã mortisq; contemptũ, qbus perfecta & cõsumata sit uirtus traderet hoĩ, uenit in manus impiæ nationis: cum & uitare potuisset, scientia futuri quã gerebat: & repellere eadẽ uirtute qua mirabilia faciebat. Sustinuit ergo cruciatus ac uerbera & spinas. Postremo ẽt mortem suscipere non recusauit, ut hõ illo duce subactã & cathenatam mortem cũ suis erroribus triumpharet. Cur aũt summus pater id potissimum genus mortis eligeret: quo affici eum sineret, hæc ratio est. Dicat. n. fortasse aliquis, cur si deus fuit & mori uoluit, nõ saltem aliquo honesto mortis genere affectus est? Cur potissimũ crucẽ? Cur ifami genere supplicii? Q uod ẽt hoĩ libero quãuis nocenti uideatur indignum? Primum q; is qui humilis aduenerat: ut humilibus & infirmis opẽ ferret. & in oĩbus spẽ salutis ostẽderet, eo genere afficiẽdus fuit, quo humiles & infirmi solent, nequis eẽt oĩno, q eũ nõ posset imitari. Deinde ut integrũ corpus eius seruaret̃: quẽ die tertio resurgere ab inferis oportebat. Nec hoc cuiq̃ ignorandũ est quod ipse ante de sua passione prædicans, ẽt id notũ fecerit habere se potestatẽ cũ uellet deponendi spiritũ & resumẽdi. Suffixus itaq; cum spiritũ sponte deposuisset, necessarium carnifices nõ putauerũt ossa eius suffringere (sicut mos eoꝝ ferebat) sed tantummodo latus eius perforauerũt. Sic integrũ corpus patibulo detractum est: & sepulchro deligenter inclusum. Q uæ omnia iccirco facta sunt, ne læsum atq; diminutũ corpus ad resurgẽdum inhabile redderetur. Illa quoq; præcipua fuit causa cur deus crucem maluerit, q; illa exaltari eum fuit necesse, & omnibus gentibus passionem dei notescere. Nam qm̃is q patibulo suspenditur, & cõspicuus est oĩbus: & cęteris altior: crux potius electa est: quę significaret illũ tam cõspicuũ: tãq; sublimem futurũ: ut ad eũ cognoscendũ pariter & colendum cunctæ nationes ex omni orbe cõcurrerent. Deniq; nulla gens tã inhumana est nulla regio tã remota: cui aut passio eius aut sublimitas maiestatis ignota sit. Extẽdit ergo i passiõe manus suas: orbẽq; dimensus est: ut iam tunc ostenderet ab ortu solis usq; ad occasum magnũ

Crucis christi rõa

Corõa qd

populum ex omnibus linguis & tribubus congregatum ſub alas ſuas eſſe uenturę & ſignum illud maximum atq; ſublime, frontibus ſuis ſuſcepturum. Cuius rei figuram iudæi ẽt nunc exhibent: cum limina ſua de cruore agni notent. Deus enim percuſſurus Ægyptios, ut ab ea plaga immunes faceret hebræos, præceperat his: ut agnum candidum ſine macula immolarẽt, ac ſignum liminibus ſuis de ſanguine eius imponerent. Itaq; cum Ægyptiorum primogenita una nocte interiſſent. Hæbræi ſoli ſigno ſanguinis tuti fuerunt: non quia cruor pecudis tantã in ſe uim haberet, ut hoibus ſaluti eſſet, ſed imago fuit rerum futurarum. Nã agnus candidus ſine macula Chriſtus fuit, ideſt innocens & iuſtus & ſanctus, qui ab iiſdem iudæis immolatus ſaluti eſt omnibus, qui ſignis ſanguinis. i. crucis qua ſanguinem fudit ſua in fronte conſcripſerunt. Frons. n. ſummum limẽ eſt hois, & limen ſanguine delibutum crucis ſignificatio eſt. Deniq; immolatio pecudis ab his iſpſis qui faciunt paſcha noſtur ἀπὸ τοῦ πάσχειν qa paſſionis eſt figura, quãdeus præſcius futurorum tradidit per moyſen populo ſuo celebrandam. Sed tñ figura ualuit in præſenti ad depellendum periculũ, ut appareat quantum ueritas ipſa ualitura ſit ad plæbem dei protegendam in extrema totius orbis neceſſitate. Q uomodo aũt uel in qua plaga tuti homines ſint futuri: qui ſignum hoc ueri & diuini ſanguinis in ſummo corporis ſui notauerunt: in nouiſſimo libro docebo.

¶ De potentia ſigni crucis, quantæ efficatiæ ſit inuocatio nominis crucifixi, & quantum a dæmoniis timeatur ſignum crucis Cap. XXVII.

NVnc ſatis eſt de huius ſigni potẽtia q̃tũ ualeat exponere q̃to terrori ſit dæmonibus hoc ſignum, ſciet qui uiderit quatenus adiurati per Chriſtum de corpibus quæ obſederint fugiãt. Nã ſicut ipe cũ inter hoies ageret uniuerſos dæmonas uerbo fugabat, hominũq; mẽtes emotas & malis incurſibus furiatas: in ſenſus priſtinos reponebat: Ita nũc ſectatores eius eoſdẽ ſpiritus inquinatos de hoibus & noie magiſtri ſui & ſigno paſſionis excludũt. Cuius rei non difficilis eſt ꝓbatio. Nã cũ diis ſuis immolãt ſi aſſiſtat aliquis ſignatã frontẽ gerẽs ſacra nullo mõ litant. Nec reſponſa põt conſultus reddere uates. Et hæc ſæpe cã præcipua iuſtitiã pſequẽdi malis regibus fuit. Cum enim quidam noſtrorum ſacrificantibus dominis aſſiſterent: impoſito frontibus ſigno, deos eorum fugauerunt, ne poſſent in uiſceribus hoſtiarũ futura depingere. Q uod cũ intelligerẽt aruſpices, inſtigãtibus hiſdẽ dæmonibus quibus ꝓſecarãt cõquerẽtes profanos hoies ſacris intereſſe, adegerũt pricipes ſuos in furorẽ, ut expugnarẽt dei templũ ſeq; uero ſacrilegio contaminarent, quod grauiſſimis perſequẽtium pœnis expiaretur. Nec tñ ex hoc ipo cæci hoies intelligere poſſunt, aut hanc eſſe ueram religionem: cui aduincendum tanta uis ineſt, aut illã falſam quæ ſubſiſtere aut congredi non poteſt. Sed aiunt hoc deos nõ metu: ueꝝ odio facere: quaſi quiſq̃ poſſit odiſſe niſi eum, qui aut noceat, aut poſſit nocere. immo uero cõgruẽs maieſtati fuit, ut eos quos oderant, præſentibus pœnis afficerẽt potius q̃ fugerẽt. Sed qm̃ neq; accedere ad eos poſſunt: in qbus cæleſtẽ notã uiderint, nec his nocere quos ſignũ imortale munierit tãq̃ iexpugnabilis murus: laceſſunt eos ꝑ hoies & manibus perſequunt alienis: quos ꝓfecto ſi eſſe cõfitent uicimus

Chriſtião ex perſecutiones ex qua cauſa.

mus. Neceſſe eſt enim hanc eſſe uerã religionem, quæ & rõnem dæmonũ nouit, & aſtutiã intelligit: & uim retũdit, & eos ſpiritalibus armis domitos ac ſubactos cedere ſibi cogit. Si negãt teſtimoniis poetarum ac phõrum refellent. Q uod ſi & malos eẽ inficias nõ eũt quid ſupeſt, niſi ut alios dicãt eſſe deos alios demões? Exponãt igit nobis differentiã generis utriuſq;, ut ſciamus q̃d colendũ quid execrandum ſit. Habẽt ne inter ſe aliquod cõſortiũ, an uero inimici ſint? Si ſunt aliqua neceſſitudine copulati, quatenus eos diſcernemus? Aut qũo utriuſq; generis honorẽ cultũq; miſcebimus? Si aũt ſunt inimici, aut dæmões deos nõ timẽt: aut dii dæmões fugare nõ poſſunt. Ecce aliquis inſtinctu dæmõis percitus demẽtia effert, inſanit, ducamus iſtũ in iouis optimi maximi tẽplum, uel qa ſanare hoies iuppiter neſcit i æſculapii uel apollinis fanum iubeat utriuſlibet ſacerdos dei ſui noie, ut nocẽs ille ſpiritus excedat ex hoie, nullo id pacto fieri põt. Q uæ igit deorum uis eſt, ſi ſubiectos ſibi dæmones non hñt? At uero iidẽ dæmones adiurati ꝓ nomen ueri dei ꝓtinus fugiunt. Q uæ rõ eſt ut Chriſtum timeant: iouẽ aũt nõ timeãt, niſi q̃ iidẽ ſunt dæmões quos uulgus deos eẽ opinat? Deniq; ſi cõſtituat in medio, & his quẽ cõſtat icurſum dæmonis ꝓpeti, Delphici Apollinis uates eodẽ modo dei nomẽ horrebit, & iã celeriter excedet de ſuo uate Apollo: q̃ ex hoie ſpũs ille dæmõicus & adiurato fugatoq; deo ſuo uates in ꝑpetuum cõticeſcet. Ergo iidẽ ſunt dæmones, quos fatent execrãdos eſſe: iidẽ dii quibus ſupplicant. Si nobis credendũ eſſe nõ putant: credãt Homero, qui ſummum illum iouẽ dæmonibus aggregauit: ſed & aliis poetis ac phis, qui eoſdẽ modo dæmonas: mõ deos nuncupãt quoꝝ alterum uerum, alterum falſum eſt. Illi enim nequiſſimi, ſpiritus ubi adiurant: ibi ſe dæmonas cõfitentur: ubi colunt, ibi ſe deos mentiunt ut errores hoibus ĩmittant, & auocẽt a ueri dei notione: ꝑ quã ſolã põt mors æterna uitari. Iidẽ ſunt qui deiiciendi hois cauſa uarios ſibi cultus ꝓ diuerſa regionũ condiderunt, mẽtitis tm̃ aſſumptiſq; noibus ut fallerent. Nã quia diuinitatẽ per ſeipſos affectare nõ poterant: aſciuerunt ſibi noĩa potentium regum, ſub quoꝝ titulis honores ſibi deoꝝ uẽdicarent. Q ui error diſcuti põt: & in lucẽ ueritatis ꝓtrahi. Nã ſi quis ſtudet altius inquirere: congreget eos qbus peritia eſt ciere ab inferis aĩas. Euocẽt Iouẽ: Neptunnum. Vulcanum: Mercurium, Apollinẽ: patrẽq; oium Saturnum. Reſpondebunt ab inferis oẽs: & interrogati loquent: & de ſe & de deo fatebũtur. Poſt hæc euocẽt Chriſtum non aderit: nõ apparebit: quia nõ amplius quã biduo apud inferos fuit. Q uid hac ꝓbatione certius proferri põt? Ego uero nõ dubito quin ad ueritatẽ Triſmegiſtus hãc aliqua rõne peruenerit: qui de deo patre omnia, & de filio locutus eſt multa: quæ diuinis continentur arcanis.

Dæmõ idẽ quod deꝰ

¶ De uera & ſingulari religione: & unde dicatur religio: uel ſecundum Ciceronem uel alios. Cap. XXVIII.

QVæ cum ita ſe habeant (ut oſtẽdimus) apparet nullam aliam ſpẽ uitæ hoi eẽ ꝓpoſitã, niſi ut abiectis uanitatibus & errore miſerabili deũ cognoſcat: & deo ſeruiat: niſi huic tpali renunciet uitæ ac ſe rudimẽtis iuſtitiæ ad cultũ religionis inſtituat. Hac. n. conditione gignimur: ut generati nos deo iuſta & debita obſeqa præbeamus

Religio unde.

hunc ſolum nouerimus, hunc ſequamur. Hoc uinculo pietatis obſtricti deo & religati ſumus: unde ipſa religio nomẽ accepit, non ut Cicero interp̃tatus eſt a re legando: qui in libro de natura deoꝝ ſecundo dicit ita. Non enim philoſophi ſolũ uerum ẽt maiores noſtri ſuperſtitionem á religione ſeparauerũt. Nam qui totos

Superſtitioſi qui & unde.

dies precabantur & immolabãt, ut ſui: ſibi filii ſuperſtites eſſent, ſupſtitioſi ſunt appellati. Q ui aũt oĩa q̃ ad cultũ deoꝝ pertinerẽt, retractarent, & tanq̃ relegerẽt. hi dicti ſunt religioſi ex religendo: tanq̃ ex eligẽdo eligentes: & ex deligendo deligẽtes: & ex intelligẽdo intelligẽtes. His enim oĩbus ineſt uis legendi eadẽ: quæ in religioſo: ita factũ eſt in ſuperſtitioſo, ac religioſo, alterum uitii nomen: alterũ laudis. Hæc interpretatio q̃ inepta ſit, ex re ipſa licet cognoſcere. Nã ſi in iiſdem diis colendis, & religio q; ſuperſtitio uerſat exigua, uel potius nulla diſtantia eſt. Q uid enim mihi affert cauſæ: cur precari pro ſalute filiorum ſemel religioſi: & idem decies facere, ſuperſtitioſi eſſe hoĩs arbitretur? Si enim ſemel facere optimum eſt, q̃tomagis ſæpius? Si hora prima, ergo & tota die. Si una hoſtia placabilis placabiliores utique hoſtiæ plurimæ, quia multiplicata obſequia merentur potius q̃ offendunt. Non enim nobis odioſi uidentur hi famuli, qui aſſidui ac frequentes ad obſequiũ fuerint ſed magis cari. Cur igitur ſit in culpa & nomẽ reprẽhẽſibile accipiat, qui aut filios ſuos magis diligit, aut deos ſatis honorat? laudetur aũt qui minus? Q uod argumentũ ẽt econtrario ualet. Si enim totos dies precari & immolare criminis eſt, ergo & ſemel. Si ſuperſtites filios ſubinde optare uitioſum eſt, ſuperſtitioſus eſt igitur ille qui raro id optauerit. Aut cur uitii nomen ſi ex eo tractũ, quo nihil honeſtius, nihil iuſtius optari poteſt. Nam q; ait religioſos a religendo appellatos, qui ea retractent diligenter quæ ad cultum deoꝝ pertineant, cur illi qui hoc ſæpe in die faciunt, religioſorum nomen amittant, cũ multo utiq; diligentius ex aſſiduitate ipſa relegant ea quibus dii coluntur? Q uid ergo eſt? Nimirum religio ueri cultus, ſuperſtitio falſi. Et oĩno quid colas intereſt, non quẽadmodũ colas: aut quid p̃ceris. Sed quia religioſos deoꝝ cultores ſe putant, cũ ſint ſuperſtitioſi, nec religionem poſſunt ac ſuperſtitione diſcernere, nec ſignificantiã nominum exprimere. Diximus nomen religionis a uinculo pietatis eſſe deductũ, q; hoĩem ſibi deus religarit & pietate conſtrinxerit, quia nos ſeruire ei ut dño & obſequi ut patri neceſſe eſt. Eo melius ergo id nomẽ Lucretius interpretatus eſt, quia ait religionũ nodis & exſoluere ergo ſuperſtitioſi aũt uocantur non qui filios ſuos ſuperſtites optant. Oẽs. n. optamus: ſed aut ii qui ſuperſtitẽ memoriã defunctoꝝ colunt, aut qui parentibus ſuis ſuperſtitibus colebãt imagines eoꝝ domi tanq̃ deos penates. Nã qui nouos ſibi ritus aſſumebant in deoꝝ uicẽ mortuos honorarẽt: quos ex hoĩbus in cœlũ receptos putabãt: hos ſupſtitioſos uocabant. Eos uero q publicos & antiquos deos colerent religioſos noĩabãt.

Religio unde.

Superſtitio quæ & unde.

Vnde Virgilius. Vana ſuperſtitio ueterũq; ignara deorũ. Sed cũ ueteres quoq; deos inueniamus eodem modo cõſecratos eſſe poſt obitũ, ſuperſtitioſi ergo qui multos ac falſos deos colunt. Nos aũt religioſi qui uni: & uero deo ſupplicamus.

¶ De unitate pr̃is & filii: ut liq̃at qũo unius dei pr̃t eẽ cultores: q duos colũt alteꝝ pr̃em, alteꝝ filiũ, pr̃em ĩmortalẽ: filiũ mortalẽ, de quo ſupius diſtũ ẽ. Ca. XXIX.

fortaſſe

FOrtaſſe quærat aliquis quõ cum deũ unũ nos colere dicamus, duos tñ aſſeueremus deũ patrẽ & deũ filium. quæ aſſeueratio plęroſque in maximũ ĩpegit errorem. Q uibus cũ ꝓbabilia uideãtur eẽ quæ dicimus, in hoc uno labare nos arbitrãtur, q; & alterum mortalem deũ fatemur. De mortalitate iã diximus: nunc de unitate doceamus. Cũ dicimus deũ patrẽ & deum filium, nõ diuerſum dicimus, nec utrũq; ſecernimus: quia nec pater ſine filio eſſe põt: nec filius a patre ſecerni, ſiquidẽ nec pr̃ ſine filio nũcupari: nec filius põt ſine patre generari. Cũ igitur & pr̃ filiũ faciat & filius patrẽ: una utriq; mens: unus ſpiritus, una ſubſtãtia eſt: ſed ille quaſi exuberans fons eſt, hic tanq̃ defluẽs ex eo riuus: ille tanq̃ ſol, hic tanquã radius ex ſole porrectus, q qm̃ ſummo patri & fidelis & carus eſt non ſeparat̃: ſicut nec riuus a fonte, nec radius a ſole: qa & aqua fontis ĩ riuo ẽ: & ſolis lumẽ in radio: æque neque uox ab ore ſeiungi, nec uirtus aut manus a corpore diuelli põt. Cũ igit̃ a prophetis idem manus dei & uirtus & ſermo dicat̃, utiq; nulla diſcretio ẽ quia & lingua ſermonis miniſtra ẽ: & manus ĩ qua eſt uirtus: indiuiduæ ſunt corpis portiones. Propiore exẽplo uti libet. Cũ quis habet filiũ quẽ unice diligit: qui tñ ſit in domo & manu pr̃is: licet ei nomen dñi ptãtẽq; concedat, ciuili tñ iure & domus una & unus dñs nominatur. Sic hic mundus una dei domus & filius & pr̃, qui unanimes incolũt mundũ, deus unus quia & unus eſt tanquã duo & duo tãquã unus. Neq; id mirũ cũ & filius ſit in patre, qa pater diligit filiũ: & pater in filio, quia uolũtati patris fideliter paret: nec unquã faciat aut fecerit niſi quod pr̃ aut uoluit aut iuſſit. Deniq; unũ deũ eſſe tam patrẽ quã filiũ. Eſaias in illo exẽplo qd ſupius poſuimus: oſtẽdit cũ diceret. Adorabũt te & in te p̃cabũtur: qm̃ in te deus eſt: & nõ eſt alius deus p̃ter te. Sed & alio loco ſimiliter ait: Sic dicit dñs deus rex Iſrael: & q eruit eũ deus æternus ego primus, & ego nouiſſimus, & p̃ter me nemo eſt deus. Cũ duas p̃ſonas ꝓpoſuiſſet dei regis. i. xp̃i, & dei pr̃is qui eũ poſt paſſionẽ ab inferis excitauit, ſic oñdiſſe diximus Oſeam ꝓphetã qui ait. Et de manu inferorũ eruam eum: tñ ad utrãq; perſonã referẽs intulit, & prærer me non eſt deus, cum poſſet dicere præter nos: ſed fas non erat plurali numero: ſeparationẽ tãtæ neceſſitudinis fieri. Vnus eſt enim ſolus liber deus ſummus carẽs origine, qa ipſe ẽ origo reꝝ, & in eo ſimul & filius & omnia cõtinẽtur. Q uapropter cũ mens & uolũtas alterius in altero ſit, uel potius in utroq; una: merito unus deus uterq; appellatur, quia quicqd eſt in patre ad filiũ trãſfluit, & qcqd in filio a patre deſcẽdit. Nõ poteſt igitur ille ſummus ac ſingularis deus niſi per filium coli qui ſolum patrem ſe colere putat, ſicut filium nõ colit: ita nec patrem quidem colit. Q ui autem filiũ ſuſcipit: & nomen eius gerit: is uere cum filio ſimul & patrem colit: quoniam legatus & nuncius & ſacerdos ſummi patris eſt filius. Hic templi maximi ianua ẽ: hic lucis uia, hic dux ſalutis, hic oſtium uitæ.

Trinitatis ratio.

¶ De hæreſibus quas non modo prophetæ: ſed etiam Chriſtus & apoſtoli prædixerunt emerſuras eſſe uitandas. Et q; illa ſola eccleſia catholica eſt & uera in qua eſt confeſſio & medicina peccatorum per pœnitentiam & fidei ſacramenta.

Capitulum XXX.

SEd qm̃ multę hæreſes extiterũt: & inſtinctibus dæmonũ: populus dei ſciſſus eſt, determinãda eſt nobis breuiter ueritas: ac in ſuo ꝓprio domicilio collocãda, ut ſiquis aquã uitæ cupit haurire: nõ ad detritos lacus deferat: qui nõ hñt uenã ſed uberrimũ dei fontem nouerit, quo irrigatus penni luce potiat. Ante oĩa ſcire nos conuenit, & ipſum & legatos eius prædixiſſe q plurimæ ſectæ & hæreſes haberẽt, exiſtere quæ cõcordiã ſancti corporis rumperent: ac nouiſſimæ ſumma prudẽtia caueremus, neqñ in laqueos & fraudes illius aduerſarii noſtri, cũ quo luctari deus nos uoluit: incideremus, tñ dediſſe certa mãdata, quæ ĩperpetuũ cuſtodire deberemus. Quoꝝ plericq imitatores deſerto itinere cæleſti uias ſibi deuias ꝑ anfractus: & præcipitia condiderũt, ꝑ quã partẽ plæbẽ ĩcautã, & ſimplicẽ ad tenebras mortẽq deducerẽt. Quod quatenus acciderit, exponã. Fuerũt quidã noſtrorum uel minus ſtabilita fide, uel minus docti, uel minus cauti: q diſſidiũ facerent unitatis, & eccleſiã diſſiparẽt. Sed hi quoꝝ fides lubrica fuit, cũ deũ noſſe ſe & colere ſimularẽt augẽdis opibus: & honori ſtudẽtes affectabant maximũ ſacerdotium & a potioribus uicti, cadere ſe cũ ſuffragatoribus ſuis maluerũt: q̃ eos facere prę poſitos, quibus concupierãt ipſi ante præponi. Quidã uero non ſatis cæleſtibus litteris eruditi, cũ ueritatis accuſatoribus reſpondere nõ poſſent obiiciẽtibus uel impoſſibile uel incõgruens eſſe, ut deus in uterũ ſe mulieris includeret: nec cæleſtem illã maieſtatẽ ad tãtã ĩfirmitatẽ potuiſſe deduci: ut hoĩbus cõtẽptui, deriſui cõtumeliæ & ludibrio eẽt. Poſtremo etiã cruciamẽta ꝑferret atq execrabili patibulo figeretur. Quæ oĩa cũ neq ingenio nec doctrina defendere ac refutare poſſent: nec. n. uim rõnẽq penitus puidebãt, deprauati ſunt ab itinere recto & cæleſtes litteras corrumpũt, ut nouã ſibi doctrinã ſine ulla radice ac ſtabilitate cõponerent. Nõnulli aũt falſoꝝ ꝓphetaꝝ uaticinio illecti, de qbus & ueri prophetæ & ipſæ ꝓdixerant: exciderũt a doctrina dei, & traditionẽ uerã reliquerũt. Sed illi oẽs dæmoniacis fraudibus irrætiti: quas ꝓſpicere & cauere debuerãt: diuinũ nomẽ & cultũ ꝑ iprudẽtiam pdiderũt. Cũ. n. Phryges aut Nouatiani: aut Valẽtiniani: aut Marcionitæ, aut Anthropiani, aut Ariani, ſeu qlibet alii noĩant chriſtiani eſſe deſierunt hi qui Chriſti noĩe amiſſo, humana & externa uocabula iduerũt. Sola igitur catholica eccleſia eſt, quæ uerũ cultũ retinet. Hic eſt fons ueritatis hoc eſt domicilium fidei, hoc templũ dei, quo ſiquis nõ intrauerit, uel a quo ſiquis exiuerit, a ſpe uitæ ac ſalutis æternæ alienus eſt. Neminẽ ſibi oportet pertinaci cõcertatiõe blãdiri. Agit. n. de uita & ſalute cui niſi caute & diligenter cõſulat, amiſſa & extincta erit. Sed tñ quia ſinguli quiq cœtus hæreticoꝝ ſe potiſſimũ chriſtianos, & ſuam eſſe catholicam eccleſiam putant: ſciendum eſt illam eſſe ueram in qua eſt religio confeſſio & pœnitentia, quæ peccata & uulnera quibus eſt ſubiecta imbecillitas carnis ſalubriter curat. Hæc interim paucis admonendi gratia rettuli, ne quis errorem fugere cupiens, maiori implicet errore: dũ penetrale ueritatis ignorat. Poſtea plenius & uerius contra omnes mendaciorum ſectas proprio ſeparatoq opere pugnabimus. Sequitur ut quoniam ſatis de religione uera & ſapientia locuti ſumus in proximo libro de iuſtitia diſſeramus.

Hæreſes a xpo apliſq ꝓdictæ.

Phryges hæret. Nouatiani hæret: Valẽtiniani hæret. Marciõitæ hæret. Anthropiani hæret. Ariani hæret.

L. Cœ. Lactantii

L. Cœlii Lactantii Firmiani iſtitutionũ diuinaꝝ aduerſum gẽtes. Liber .V.
De Iuſtitia ad Conſtantinum Imperatorem:

QUod iniquũ & impium eſt ante dãnare uel perſonam uel cauſam, q̃ de merito eius cognoſcere. Et quare ſapientia iungenda ſit religioni. Et quare ſapientia huius mundi litteras ſacras contempſerit. Et q eloquẽtia ſeruit ſeculo: & q plærunq ut amplius eluceſcat, ex induſtria ĩpugnant ueritatem: quæ fere ſemper idoneis aſſertoribus indiget.

Caput Primum.

NOn eſt apud me dubium Conſtantine ĩperator maxime quin hoc opus noſtrũ quo ſingularis ille reꝝ cõditor: & huius ĩmenſi operis rector aſſeritur: ſiqs attigerit ex iſtis ineptæ religionis, ut ſunt nimia ſuperſtitione ĩpatientes inſectent, etiã maledictis: ut uix lecto fortaſſe principio affligat, piiciat execret, ſeq ĩexpiabili ſcelere cõtaminari atq aſtringi putet: ſi hæc aut legat patienter: aut audiat. ab hoc tñ ſi fieri pót humãitatis iure poſtulamus, ut nõ prius damnet: q̃ uniuerſa cognouerit, nã ſi ſacrilegis, & proditoribus, & ueneficis ptãs defendendi ſui datur, nec ꝑdamnari quẽq incognita cã licet: nõ iniuſte petere uidemur, ut ſiqs erit ille qui inciderit in hæc, ſi leget ꝓlegat: ſi audiet, ſniam differat in extremũ. Sed noui hoĩum ptinaciã, nunq ĩpetrabimus. Timent enim ne a nobis reuicti, manus dare aliquãdo clamãte ipſa ueritate cogantur. Obſtrepunt igitur & ĩtercedũt, ne audiãt, & oculos ſuos opprimũt, ne lumẽ uideãt quod offerimus. Quo plane ipſi diffidẽtiã ſuæ ꝓditæ rõnis oñdũt, cũ neq cognoſcere, neq cõgredi audent, qa ſciunt ſe facile ſupari. Et iccirco diſceptatione ſublata: pellit e medio ſapiẽtia, ui gerit res ut ait Ennius. & quia ſtudent dãnare tanq̃ nocẽtes, quos utiq ſciũt ĩnocẽtes, cõſtare de ipſa innocentia nolunt, quaſi uero maior iniquitas ſit probatam ĩnocentiã dãnaſſe, q̃ inauditã. Sed (ut dixi) uerentur: ne ſi audierit, dãnare non poſſint. Et ideo cultores dei ſummi hoc ẽ iuſtos hoĩes torquẽt, interficiunt exterminant, nec cauſas odioꝝ ipſi reddere pñt, qui tam uehementer oderũt, quia ipſi errant: iraſcunt his qui uiam uerã ſequuntur, & cum corrigere ſe poſſint: errores ſuos inſup crudelibus factis coaceruant innocentium cruore maculantur & dicatas deo mentes euiſceratis corporibus detorquẽt cũ talibus nũc cõgredi & diſputare cõtendimus. Hos ad ueritatẽ ab ĩepta ſuaſiõe traducere, q ſanguinẽ facilius hauſerint quã uerba iuſtoꝝ. Quid igit? Operã ne ꝑdemus? Minime. Nam ſi lucrari hos a morte: ad quã cõcitatiſſime tẽdunt nõ potuerimus, ſi ab illo itinere de morte ad uitam lucemq reuocare, qm̃ ĩpi ſaluti ſuæ repugnant, nr̃os tñ cõfirmabimus: quoꝝ nõ eſt ſtabilis ac ſolidis radicibus fundata & fixa ſnĩa. Nutãt. n. plurimi & maxime q lr̃aꝝ aliqd attigerunt. Nã & in hoc philoſophi: & oratores & poetæ pniciоſi ſunt, q incautos aĩos facile irrætire poſſunt ſuauitate ſermonis, & carminũ dulci modulatione currentium. Ob eamq cauſam uolui ſapiẽtiam cũ religione coniungere, neqd ſtudioſis illa ĩanis doctrina poſſit officere, ut iam ſcientia lr̃arum non mõ nihil noceat religioni atq iuſtitiæ, ſed etiã ꝓſit quãplurimũ, ſi is qui eas didicerit: ſit uirtutibus inſtructior:

& ueritate ſapientior. Præterea etiam ſi nulli alii: nobis certe proderit, delectabit ſe cõſcia, gaudebitq; mens ſe in ueritatis luce uerſari: qđ eſt aíæ pabulũ icredibili quãdam iocũditate pfuſum. Verũ nõ eſt deſperãdũ fortaſſe nõ canimus ſurdis. Nec enim tam in malo ſtatu res eſt: ut deſint ſanæ mẽtes: quibus & ueritas placeat: & monſtratũ ſibi rectũ iter & uideãt & ſequãtur. Circũliniat᷑ mõ poculũ cæleſtis ſapiẽtiæ melle, ut poſſint ab iprudentibus amara remedia ſine offenſione potari, dum illiciens prima dulcedo acerbitatem ſaporis aſperi ſub pretextu ſuauitatis occultat. Nã hæc imprimis cã eſt cur apud ſapientes, & doctores, & principes huius ſeculi ſcriptura ſancta fide careat: q; ꝓphetæ cõi ac ſimplici ſermone ut ad populum ſunt locuti. Cõtẽnunt᷑ itaq; ab his, q nihil audire uel legere niſi expolitũ ac diſertum uolũt, nec qcq̃ ihærere animis eoꝝ põt, niſi quod aures blandiori ſono mulcet. Illa uero quæ ſordida uident᷑ anilia, inepta, uulgaria exiſtimant᷑. Ideo nihil ueꝝ putant, niſi qđ auditu ſuaue eſt nihil credibile, niſi quod põt ícutere uoluptatẽ, nemo rem ueritate põderat ſed ornatu. Non ergo credunt diuinis qa fuco carẽt, ſed ne illis quidẽ q eas interp̃tant᷑ qa ſunt & ipſi aut oíno rudes, aut certe parum docti. Nã ut plene ſint eloquẽtes, per raro contingit, cuius rei cã í aperto eſt, Eloquentia. n. ſeculo ſeruit, populo ſe iactare & in rebus malis placere geſtit. Si quidẽ ueritatem ſæpius expugnare conat᷑, ut uim ſuã monſtret, opes expetit, honores cõcupiſcit: ſummum deniq; gradum dignitatis expoſcit. Ergo hæc q̃ſi humilia deſpicit, arcana tanq̃ cõtraria ſibi fugit, qppe q̃ publico gaudeat, & multitudinẽ celebritatẽq; deſideret. Eo fit ut ſapiẽtia & ueritas idoneis p̃conibus idigeat. Et ſiq forte lr̃ator ſe ad eã cõtulerũt: defenſioni eius nõ ſuffecerũt. Ex his qui mihi noti ſunt. Minutius felix non ignobilis iter cauſidicos loci fuit. Huius liber cui Octauio titulus eſt, declarat q̃ idoneus ueritatis aſſertor eẽ potuiſſet: ſi ſe totũ ad id ſtudium cõtuliſſet. Septimius quoq; Tertullianus fuit oí genere lr̃arũ peritus, ſed in loquendo paꝝ facilis & minus cõptus, & multũ obſcurus fuit. Ergo ne hic quidẽ ſatis celebritatis inuenit. Vnus igit᷑ p̃cipuus & clarus extitit Cyprianus, q magnã ſibi gloriã ex artis oratoriæ ꝓfeſſione q̃ſierat, & ad modum multa cõſcripſit in ſuo genere mirãda. Erat. n. ingenio facili, copioſo, ſuaui: & (quæ ſermonis maxima eſt uirtus) apto ut diſcernere nequeas, utrũ ne ornatior in loquẽdo, an facilior in explicãdo, an potentior in ſuadendo quiſq̃ fuerit. Hic tñ placere ultra uerba ſacramentum ignorantibus non põt, qm̃ myſtica ſunt quæ locutus eſt, & ad id p̃parata ut ſolis fidelibus audiant᷑. Deniq; a doctis huius ſeculi quibus forte ſcripta eius innotuerunt, derideri ſolet. Audiui ego quẽdã hominem diſertum ſane, qui eum imutata una lr̃a Caprianum uocaret: quaſi q; elegãs ingenium & melioribus rebus aptũ, ad aniles fabulas cõtuliſſet. Quod ſi accidit hoc ei: cuius eloquentia non inſuauis eſt, quid tãdem putemus accidere illis quoꝝ ſermo ieiunus eſt: & ingratus, qui neq; uim ſuadendi: neq; ſubtilitatem argumentãdi: neq; ullã prorſus acerbitatem ad reuincendum habere potuerunt?

¶ Quod ex defectu doctorum data eſt temerariis hominibus audacia ipugnãdi ueritatem ignotam: & hoc probat exemplo duorum philoſophoꝝ, quos uiderat in Bithynia. Caput .II.

Ergo quia

Veritas aĩ pabulũ ſuauiſſimum.

Prophetæ ſimplici ſermone cur uſi.

Eloquẽtiæ opera.

Minutius felix.

Tertullianus í oí genere lr̃arũ peritus.

Cypriani laus.

Cyprianus ignominioſe Caprianus appellatus.

ERgo quia defuerunt apud noſtros idonei pitiq; doctores, qui uehemẽter, q acriter errores publicos redarguerẽt: qui cãm oẽm ueritatis ornate copioſeq; defenderẽt, ꝓuocauit quoſdã hæc ipa penuria, ut auderẽt ſcribere cõtra ignotã ſibi ueritatẽ. Omitto eos: q prioribus eã tpibus neqcq̃ laceſſerũt. Ego cum in Bithynia lr̃as oratorias accitus docerẽ, cõtigiſſetq; eodẽ tpe ut dei tẽplũ euerteret᷑, duo extiterũt ibidẽ: q iacẽti atq; abiectæ ueritati neſcio utrũ ſupbius an iportunius inſultarent: quoꝝ alter antiſtitẽ ſe philoſophiæ ꝓfitebat᷑. Veꝝ ita uitioſus, ut cõtinẽtiæ magiſter nõ minus auaritia q̃ libidinibus arderet: in uictu tã ſumptuoſus: ut in ſchola uirtutis aſſertor parſimonię pauptatiſq; laudator, í palatio peius cœnaret q̃ domi, tñ uitia ſua capillis & pallio, & (qđ maximũ eſt uelamẽtũ) diuitiis p̃tegebat: quas ut augeret ad amicitias iudicũ miroꝰ ambitu penetrabat, eoſq; ſibi repente auctoritate falſi nominis obligabat, nõ mõ ut eoꝝ ſniam uẽderet, ueꝝ etiã confines ſuos quos ædibus agriſq; pellebat: a ſuo repetendo hac potẽtia retardabat. Hic uero q ſuas diſputationes moribus deſtruebat: uel mores ſuos diſputatiõibus arguebat, ipſe aduerſus ſe grauis cenſor, & accuſator acerrimus, eodem ipo tpe quo iuſtus populus nefarie lacerabat᷑: tres libros euomuit cõtra religionẽ nomenq; chriſtianum. Profeſſus ante oía philoſophi officiũ eſſe erroribus hoíum ſubuenire: atq; illos ad ueram uiã reuocare: ideſt ad cultus deoꝝ, quoꝝ numine ac maieſtate (ut ille dicebat) mũdus gubernaret᷑: ne pati hoíes iperitos quorũdã fraudibus illici: ne ſimplicitas eoꝝ p̃dæ ac pabulo ſit hoíbus aſtutis. Itaq; ſe ſuſcepiſſe hoc munus philoſophia dignũ: ut p̃ferret non uidẽtibus lumẽ ſapiæ: nõ mõ ut ſuſceptis deoꝝ cultibus reſaneſcãt, ſed etiam ut ptinaci obſtinatiõe depoſita corpis cruciamẽta deuitent, nec ſæuas mẽbroꝝ lacerationes fruſtra ppeti uelint. Vt autem appareret cuius rei gr̃a opus illud elaboraſſet, effuſus eſt in principum laudes, quorum pietas & ꝓuidentia (ut quidem ipſe dicebat) tum in cæteris rebus humanis, tum p̃cipue in defendendis deoꝝ religionibus claruiſſet, cõſultũ eẽ tãdem rebus humanis ut cohibita impia & anili ſupſtitione: uniuerſi hoíes legitimis ſacris uacarent, ac ꝓpitios ſibi deos experirent᷑. Vbi aũt religionis eius cõtra quã porabat infirmare uoluit rõnem ineptus, uanus ridiculus apparuit: qa grauis ille cõſultor utilitatis alienæ: nõ modo quid oppugnaret, ſed etiã quid loqueret᷑ neſciebat. Nã ſiqui noſtrorum affuerunt: quãuis tẽporis gr̃a coticeſcerẽt: aío tñ deriſere, utpote cum uiderent hoíem ꝓfitentem ſe illuminaturũ alios: cum ipſe cæcus eẽt, reducturũ alios ab errore: cũ ipſe ignoraret ubi pedes ſuos poneret: eruditurum alios ad ueritatem, cuius ille ne ſcintillã quidem unã uidiſſet aliquãdo. qppe cum ſapiẽtiæ ꝓfeſſor ꝓfligare ſapiẽtiã nitteret᷑. Omnes tñ id arguebãt: q; illo potiſſimũ tẽpore id operis eẽt aggreſſus, quo furebat odioſa crudelitas. O philoſophũ adulatorem: ac tpi ſeruientem. Verũ hic ꝓ ſua inanitate cõtẽptus eſt qui & gr̃am quã ſperauit non eſt adeptus: & gloria quã captauit: in culpã reprehenſionẽq; cõuerſa eſt. Alius eãdem materiam mordacius ſcripſit, q erat tunc e numero iudicũ: & qui auctor in primis faciendæ ꝓſecutionis fuit, quo ſcelere non cõtẽtus etiam ſcriptis eos quos afflixerat inſecutus eſt. Cõpoſuit enim libellos duos nõ cõtra chri-

Lactãtius oratoriam docuit í Bithynia.

Philoſophꝰ pallio tenus.

Scripturæ sacræ repugnantia aphis notata.

ſtianos ne inimice iſectari uideretur: ſed ad chriſtianos ut humane & benigne cõ ſulere putaretur in quibus ita falſitatem ſcripturæ ſacræ arguere conatus eſt, tãq; ſibi eſſet tota contraria: nam quædam capita quæ repugnare ſibi uidebantur expoſuit: adeo multa adeo intima enumerans, ut aliquando ex eadem diſciplina fuiſſe uideatur. Quod ſi fuit, quis eum Demoſthenes poterit ab impietate defendere? qui religionis cui fuerat aſſenſus, & fidei cuius nomen induerat, & ſacramenti quod acceperat, proditor factus eſt, niſi forte caſu in manus eius diuinæ litteræ inciderunt? Quæ igitur temeritas erit id audere diſſoluere: quod illi nemo interpretatus eſt? bene q; aut nihil didicit aut nihil intellexit. Tãtum enim abeſt a diuinis litteris repugnantia, quantum ille abfuit a ueritate & fide. præcipue tamen Paulũ Petrumq; lacerauit: cæteroſq; diſcipulos tanquã fallaciæ ſeminatores: quos eoſdẽ tum rudes & indoctos fuiſſe teſtatus eſt. Nam quoſdam eorum piſcatorio officio quæſtum feciſſe: quaſi ægre ferret, q; illam rem non Ariſtophanes aliquis aut Ariſtarchus commentatus ſit.

¶ Quod diſcipulis Chriſti uoluntas mentiendi abfuit, qui uitam exercebãt contrariã uitiis. Et quod reſpõdendũ fuit blaſphemiæ eorũ, qui Chriſtũ magũ fuiſſe mentiti ſunt, & ſibi ipſis contraria docuerunt. Cap. III.

Mendacia cohærere nõ pñt.

ABfuit ergo ab his fingẽdi uolũtas & aſtutia, qm̃ rudes fuerũt. Aut quis poſſet indoctus apta inter ſe & cohærentia fingere, cum philoſophoꝝ doctiſſimi Plato, & Ariſtoteles, & Epicurus, & Zenon ipſi ſibi repugnantia & contraria dixerint? Hæc ẽ enim mendacio rum natura ut cohærere non poſſint. Illorũ aut traditio qa uera eſt quadrat ubiq;, ac tota ſibi conſentit, & ideo pſuadet, qa cõſtanti rõne ſuffulta eſt, non igit' quæſtus & cõmodi gratia religionẽ iſtã cõmenti ſunt: qppe qui & præceptis, & ipſa re eam uitã ſecuti ſunt, quæ & uoluptatibus caret & omnia quæ habent' in bonis ſpernit: & qui non tantũ mortẽ pro fide ſubierint, ſed etiam morituros eſſe ſe, & ſcierint & p̃dixerint, & poſtea uniuerſos qui eorum diſciplinã ſecuti eſſent: acerba & nefanda paſſuros. Ipſum aũt Chriſtum affirmauit a iudæis fugatũ: collecta noningentorum hominũ manu latrocinia feciſſe. Quis tãtæ auctoritati audeat repugnare? Credamus hoc plane. Nã fortaſſe illi hoc in ſomnis Apollo aliquis nunciauit. Tot ſemper latrones perierunt: & cottidie pereũt: utiq; multos & ipſe dãnaſti. quis eorũ poſt crucẽ ſuã, nõ dicã deus, ſed homo appellatus eſt? Verũ tu forſitan ex eo credidiſti: quia uos homicidam Martem conſecraſtis ut deum, quod tamen non feciſſetis: ſi illum areopagitæ in crucẽ ſuſtuliſſent.

Christũ latrocinia feciſſe.

Apolloni⁹ magus. Apuleius magus.

Item cũ facta eius mirabilia deſtrueret: nec tamen negaret: uoluit oſtendere Apollonium uel paria: uel etiã maiora feciſſe. Mirum q; Apuleium prætermiſit cuius ſolẽt & multa & mira memorari. Cur igitur o delirum caput, nemo. Apollonium pro deo colit: niſi forte tu ſolus, illo ſcilicet deo dignus: cum quo te in ſempiternum uerus deus puniet. Si magus Chriſtus quia mirabilia fecit, peritior utique Apollonius: qui (ut deſcribis) cum Domitianus eum punire uellet repente in iudicio non comparuit: q̃ ille qui compræhẽſus eſt & cruci affixus. At enim ex hoc ipſo fortaſſe inſolentiam Chriſti uoluit arguere q; deũ ſe cõſtitueret: ut ille uere-

cundior

cundior fuiſſe uideatur, qui cum maiora faceret, ut hic putat, id ſibi nõ arrogauerit. Omitto nunc ipſa opa comparare: quia in ſecundo & ſupiori libro de fraude ac p̃ſtigiis artis magicæ dixi. Nego eẽ quenq̃, qui non optet in primis id ſibi poſt mortem cõtingere: qd etiam reges maximi concupiſcunt. Cur enim homines ſibi ſepulchra magnifica: cur ſtatuas: cur imagines cõparãt, cur aliquibus factis præclaris, aut etiam morte p̃ ciuibus ſuſcepta, ſtudent opiniones hoium promereri? Cur deniq; ipſe ingenii tui monumentum hoc deteſtabili ſtultitia tanq̃ cœno ædificatum conſtituere uoluiſti, niſi q; ĩmortalitatem de memoria nominis ſperas?

Immortalitatẽ de memoria nominis optant oẽs. Apollonius ab Epheſiis adorabatur.

Sultũ eſt igit' id putare Apolloniũ noluiſſe: qd optaret utiq; ſi poſſet, quia nemo eſt: qui ĩmortalitatem recuſet, & maxime cũ eum dicas & adoratum eſſe a quibuſdam, ſicut deũ, & ſimulacrũ eius ſub Herculis Alexiaci nomine conſtitutum, ab Epheſiis ẽt nũc honorari. nõ potuit ergo poſt mortem deus credi: qa & hoiem & magum fuiſſe cõſtabat, & ideo alieni nois titulo affectauit diuinitatẽ qa ſuo nec poterat, nec audebat. Noſter uero & poterat deus credi, quia magus non fuit, & creditus eſt, qa uerus fuit. Non inqt hoc dico iccirco Apolloniũ non haberi deũ, quia noluerit: ſed ut appareat nos ſapientiores eẽ qui mirabilibus factis, non ſtatim fidem diuinitatis adiunximus, quã uos, qui ob exigua portenta deum credidiſtis, non eſt mirũ ſi tu qui a dei ſapientia longe remotus es, nihil prorſus intelligis eoꝝ: quæ legiſti: cũ iudæi qui a principio p̃phetas lectitauerant: qbuſq; ſacramentum dei fuerat obſignatũ tñ qd legerẽt ignorauerũt. Diſce igit' ſiquid tibi cordis eſt non iccirco a nobis deũ creditũ Chriſtũ, quia mirabilia fecit, ſed quia uidimus in eo facta eſſe omnia quæ nobis annunciata ſunt uaticinio p̃phetaꝝ. fecit mirabilia. magum putaſſemus ut & uos nũcupatis, & iudæi tunc putauerunt, ſi non illa facturum Chriſtum prophetæ oẽs uno ſpiritu p̃dixiſſent. Itaq; deum credimus, non magis ex factis operibuſq; mirandis, quã ex illa ipſa cruce, quã uos ſicut canes lambitis, quoniam ſimul & illa prædicta eſt. nõ igit' ſuo teſtimonio: cui enim de ſe dicenti credi poteſt? ſed p̃phetaꝝ teſtimonio: qui omnia quæ fecit ac paſſus eſt, multo ante cecinerunt: fidem diuinitatis accepit, quod neq; Apollonio, neque Apuleio neq; cuiquã magoꝝ potuit, aut poteſt aliquando contingere. Cum igitur talia ignorantiæ ſuæ deliramenta fudiſſet: cum ueritatem penitus excídere connixus eſſet: auſus eſt libros ſuos nefarios ac dei hoſtes φιλαληθεῖς. i. ueritatis amatores annotare. O cæcum pectus, o mentem cimeriis (ut aiunt) tenebris atriorem. Diſcipulus hic fortaſſe Anaxagoræ fuit cui niues atramentum fuerũt, atq; eadem cæcitas eſt, & uero falſitatis & mendacio ueritatis nomẽ imponere. Videlicet homo ſubdolus uoluit lupum ſub ouis pelle cælare, ut fallaci titulo poſſet irrætire lectorem. Verum eſto inſcitia hoc, non malitia feceris. Quam tandem nobis attuliſti ueritatẽ: niſi quod aſſertor deoꝝ eos ipſos adultimum p̃didiſti? Proſecutus enim ſummi dei laudes: quem regem: quem maximum, opificem rerum, quem fontem bonoꝝ: quẽ parentẽ oium. quem factorem actoremq; uiuentiũ confeſſus es. Ademiſti Ioui tuo regnũ, eũq; ſumma ptãte depulſum, in miniſtroꝝ numerũ redegiſti. Epilogus itaq; te tuus arguit ſtultitiæ, uanitatis, erroris. Affirmans deos eſſe & illos tamen ſubiicis, & mãcipas ei deo: cuius religionem conaris euertere.

Cimmeriis tenebris atrior.

Lupũ ſub ouis pelle cælat.

¶ Quare hoc opus inceptum sit: & cõtra quos, & ad quid ꝓfit. Cap. IIII.

Tertulliãi Apologeticum.

Cyprianus in Demetrianum.

Hl ergo de quibus dixi, cum præsente me ac dolente sacrilegas suas litteras explicassent: & illorum superba impietate stimulatus, & ueritatis ipsius conscientia (ut ego arbitror) suscepi, hoc munus, ut omnibus ingenii mei uiribus accusatores iustitiæ refutarem: non ut contra hos scriberem, qui paucis uerbis obteri poterant, sed ut omnes qui ubiq; idem operis efficiunt, aut effecerunt, uno simul impetu profligarem. Non dubito enim quin & alii plurimi, & multis in locis, & non modo græcis sed etiam latinis litteris, monumentum iniustitiæ suæ struxerunt, quibus singulis quoniam respondere non poteram, sic agendam mihi hanc causam putaui, ut etiam priores cum omnibus suis scriptis peruerterem, & futuris omnem facultatem scribendi aut respondendi amputarem, præbeãt modo aures. Efficiam profecto ut quicũq; ista cognouerit: aut suscipiat quod ante damnauit, aut quod est proximum deridere aliquando desistat. Q uanq̃ Tertullianꝰ eãdem causam plene perorauerit in eo libro cui Apologitico nomen est, tamẽ quoniam aliud est accusantibus respondere, quod in defensione, aut negatione sola positum est, aliud instituere, quod nos facimus. in quo necesse est doctrine totius substantiam contineri: nõ defugi hunc laborem: ut implerem materiam, quam Cyprianus nõ executus est in ea oratione: qua Demetrianum (sicut ipse ait) oblatrantem atq; obstrepentem ueritati redarguere conatur, qua materia non est usus ut debuit. Non enim scripturæ testimoniis quã ille utiq; uanam: fictam: commentitiam putabat, sed argumentis & ratione fuerat refellendus. Nam cum ageret contra hominem ueritatis ignarũ, dilatis paulisper diuinis lectionibus: formare hunc a principio tanq̃ rudem debuit. Eiq; paulatim lucis principia monstrare, ne toto lumine obiecto caligaret. Nam sicut infans solidi ac fortis cibi capere uim non potest, ob stomachi teneritudinem, sed liquore lactis ac mollitudine alitur, donec firmatis uiribus uesci fortioribus possit: ita & huic oportebat quia nondum poterat capere diuina prius humana testimonia offerri: idest philosophorum & historicorum, ut suis potissimum refutaretur auctoribus. Q uod quia ille non fecit, raptus eximia eruditione diuinarum litterarum, ut his solis contentus esset: quibus fides constat: accessi deo inspirante ut ego facerem: & simul ut iam cæteris ad imitandum pararem. At si hortatu nostro docti homines ac diserti huc se conferre cœperint: & ingenia sua uimq; dicẽdi in hoc ueritatis campo iactare maluerint: euanituras breui religiones falsas, & occasuram esse omnem philosophiam: nemo dubitauerit: si fuerit omnibus persuasum tum hãc solam religionem: tum etiam & solam ueram esse sapientiam. Sed euagatus sum longius q̃ uolebam.

¶ De iustitia quam non modo philosophi, sed etiam poete, qui eos præcesserũt tantis quæsierunt uiribus. Et quomodo pro uero haberi debeat non figmẽto poetico, ꝙ iustitia terras incolebat regnante Saturno, & aurea fuisse secula. Sed Ioue regnãte iustitiam esse fugatam. Cap. V.

Nunc

Iustitia sũma uirtus.

Poetæ philosophis antiqores Iustitia a terris in cælũ migrauit.

Saturni secula.

Aureũ secu lum.

Vnc reddẽda est de iustitia proposita disputatio, que aut ipsa summa est uirtus, aut fons est ipsa uirtutis: quã nõ mõ philosophi quæ sierunt, sed poetæ quoq; qui priores multo fuerũt: & ante natũ philosophiæ nomen pro sapientibus habebãtur. Hi plane intellexerũt abesse hãc a rebus humanis: eamq; finxerũt offensam uitiis hoĩum cessisse a terra in cælũq; migrasse, atq; ut docerẽt qd sit iuste uiuere. Solẽt.n. p̃cepta per ambages dare: a Saturni tẽporibus, q̃ illi uocãt aurea: repetũt exẽpla iustitiæ, narrãtq; in quo statu fuerit uita humana dũ illa in terra moraret. Q uod quidẽ nõ pro poetica fictiõe, sed pro uero habẽdũ est. Saturno.n. regnãte nõdũ deorũ cultibus institutis, nec adhuc illa gẽte ad diuinitatis opinionem cõsecrata deus utiq; colebat. Et iõ nõ erãt neq; dissensiões: neq; inimicitiæ: neq; bella. Nõdũ uesanos rabies nudauerat enses, ut germanicus Cæsar in Aratæo loquit carmine. Nec cõsanguineis fuerat discordia nata. Immo nec alienigenis qdẽ: neq; ulli oĩo gladii qui nudarent, fuerũt. Q uis.n. p̃te ac uigente iustitia, aut de tutela sui cũ næmo insidiaret: aut de pnicie alterius cogitaret: cũ nemo quicq̃ cõcupiscere? Malebãt enim cõtẽti uiuere cultu, ut Cice. in suo ait Arato, quod ẽ ꝓpriũ nr̃æ religiõis. Nesignare qdẽ aut ptiri limite cãpũ, Fas erat, in mediũ q̃rebãt. Q uippe cũ deus cõmunẽ oĩbus terrã dedisset, ut cõem degerẽt uitã: nõ ut rabida & furẽs auaritia sibi oĩa uẽdicaret: nec ulli deesset quod oĩbus nasceret. Q uod poetæ dictũ sic accipi oportet, nõ ut existimemus nihil oĩno: tũc fuisse priuati, sed more poetico figuratũ ut intelligamus tã liberales fuisse hoĩes: ut natas sibi fruges nõ icluderẽt, nec solis abscõditis incubarent, sed pauperes ad cõmunionẽ ꝓprii laboris admitterent. Flumina iã lactis: iã flumina nectaris ibãt. Nec miꝝ cũ prõptuaria iustoꝝ benigne paterẽt oĩbus: nec auaritia intercipiẽs beneficia diuina famem sitimq; uulgo faceret: sed oẽs æqualiter abũdarẽt, cũ habentes non habentibus large copioseq; donarẽt. Sed postq̃ Saturnus a filio pulsus: in Latiumq; delatus est.

Arma iouis fugiẽs: & regnis exul adeptis. Cum iã populus uel noui regis metu uel quia spõte deprauatus deũ colere desisset, regemq; pro deo habere cœpisset, cum ipse ꝓpemodum parricida exemplo cæteris esset, ad uiolandam pietatem. Deseruit propere terras iustissima uirgo. Sed non ut ait Cicero.

Astræa terras deseruit.

Et iouis in regno cæliq; in parte resedit. Q uomodo enim poterat in eius regno residere aut commorari, qui patrem regno expulit, bello persecutus est, exulem toto orbe iactauit? Ille malum uirus serpentibus addidit atris.

Prædariq; lupos iussit. i. odium & inuidiã. & dolum hoĩbus insæuit, ut essent tanquã serpentes uenenati, tam rapaces q̃ lupi. Q uod quidem uere faciunt hi qui iustos ac fideles deo persequuntur dantq; iudicibus sæuiendi aduersus inoxios potestatem. Fortasse aliquid eiusmodi Iuppiter fecerit ad expugnandam tollendãq; iustitiam, & ideo efferasse serpentes ac lupos acuisse traditur.

Tum belli rabies & amor successit habendi. Neq; immerito. Sublata.n. dei religione boni quoq; ac mali scientiã perdiderunt: sic hominibus intercidit cõmunitas uitæ, & direptum est fœdus societatis humanæ. Tum inter se manus inferere cœperunt & insidiari & gloriam sibi ex humano sanguine comparare.

¶ Quod cupiditas fons malorꝫ omniũ expulsa iustitias suas.i. iniquissimas promulgauit leges & quomodo sub ioue naturæ cõsortes seruituti subiecerit audax auara ambitiosa superba & crudelis impietas hoĩum,& aureum expulit seculũ, quod sola facit puritas ueræ religionis. Cap. VI.

Auaritia malorum fons.

QVorum oĩum malorum fons cupiditas erat,que.s.ex cõtemptu ueræ maiestatis erupit.non tm̃.n.nõ participabant aliis hi quibus aliquid affluebat,sed aliena quoqꝫ rapiebãt in priuatum lucrum trahentes omnia: & quæ antea in usus hoĩum etiã singuli laborabant, in paucorꝫ domo conferebanť. Vt.n.cæteros seruitio subiugarẽt, in primis necessaria uitæ subducere & colligere cœperunt.Eaqꝫ firmiter concluſa seruare ut beneficia cælestia facerent sua non ꝓp humanitatem quæ nulla in ipsis erat:sed ut oĩa cupiditatis & auaritiæ instrumẽta contraherent:leges etiã sibi iustitiæ noĩe munitas iniquissimas iniustissimasqꝫ sanxerũt:quibus rapinas & auaritiã suã contra uim multitudinis tuerenť. Tantum igiť authoritate quantum uiribus aut opibus,aut auaritia prævalebãt.Et quoniam nullum in his iustitiæ uestigium fuit,cuius officia sunt humanitas,equitas misericordia:iam superba & tumida in æqualitate gaudebant,altioresqꝫ cæteris hoĩbus satellitũ comitatu & ferro & insigni ueste fulgebant:Hinc honores sibi & purpuras & fasces inuenerunt ut sæcu rium gladiorumqꝫ terrore subnixi,quasi iure dominorum perculsis ac pauẽtibus imperarent:in hac conditione humanam uitam rex ille constituit:qui debellato ac fugato parente non regnum:sed impiam tyrannidem ui & hominibus armatis occupauit.Et aureum illud iustumqꝫ seculũ sustulit: coegitqꝫ homines malos & impios fieri:uel ex hoc ipso:qꝫ ipsos auertit a deo adse adorandum: quod error inso lentissimæ potestatis expresserat. Quis enim non metueret eum quẽ arma cingebant,quem ferri & gladiorum fulgor insuetus circundabat? aut qui parceret alieno qui ne patri suo quidem pepercerat? Quem uero metueret, qui Titanam robustã excellentemqꝫ uiribus gentem bello uicerat,occisiõe deleuerat? Quid mirum si omnis multitudo insolito metu pressa in unius adultationem concesserat? hunc uerebantur,huic honores maximum deferebant.Et quoniam mores ac uitia regis imitari genus obsequii iudicabať.Abiecerũt omnes pietatẽ ne exprobrare regi scelus uiderentur,si pie uiuerent. Sic assidua imitatiõe corrupti diuinũ fas reliquerunt,& paulatim male uiuendi consuetudo mos factus est. Nec iã quicq̃ ex antecedentis seculi pio atqꝫ optimo statu mansit,sed exposa iustitia ueritatem secum trahens reliquit hominibus errorem:ignorantiã,cæcitatẽ. Imprudẽtes igitur poetæ,qui eam ad cælum confugisse cecinerunt.i.ad iouis regnum.Si.n.seculo quod uocant aureũ:iustitia in terra fuit a ioue utiqꝫ pulsa est, qui aureũ seculũ cõmutauit.Seculi aũt cõmutatio & expulsio iustitiæ nihil aliud ut dixi q̃ desertio diuine religionis putanda est,quæ sola efficit,ut hõ hoĩem carũ habeat. Eũqꝫ sibi fraternitatis uinculo sciat esse cõstrictũ,siquidẽ pater idẽ & deus est oĩbus,ut dei pris cõmunis beneficia cũ his qui nõ hñt,partiatur:nulli noceat:nullũ ꝑmat nõ fores claudat hospiti,nõ aurem precanti,sed sit largus, beneficus liberalis, quas regias eẽ laudes Tullius existimauit,Hæc ẽ ꝑfecto iustitia & hoc aureũ seculũ qđ

Iouis regnum.

Liberalitas regia laus.

ioue

ioue regnante primum corruptum,mox & ipso & omni eius progenie consecrata:deorumqꝫ multorũ cultu susceptο fuerat omne sublatum.

¶ De aduentu Christi aureum seculum restituentis in electis.i.ueram reformantis religionem.Et qꝫ uirtus innotescit,& probatur exercitio uitiorꝫ,ut liquidum sit quare deus mala esse permiserit. Cap. VII.

SEd deus ut parẽs indulgentissimus appropinquante ultimo tẽpore nuncium misit:qui uetus illud seculum fugatamqꝫ iustitiam reduceret ne humanum genus maximis:& perpetuis agitaretur erroribus.Rediit ergo species illius aurei temporis , & reddita qdẽ terræ,sed assignata paucis iustitia est,quæ nihil aliud est,q̃ dei uni ci sola pia & religiosa cultura.Sed moueat fortasse aliquem cur si hæc sit iustitia: non omni humano generi sit data,nec in eam multitudo uniuersa consenserit magnæ hoc disputationis est,cur a deo cum iustitiam terræ daret non sit retenta diuersitas,quod & alio loco declaraui: & ubicũqꝫ oportune inciderit explicabitur. Nunc designare id breuissime satis est,uirtutem aut cerni non posse , nisi habeat uitia contraria,aut non esse perfectam nisi exerceatur aduersis.Hanc enim deus bonorum & malorum uoluit esse distãtiam,ut qualitatem boni ex malo sciamus: item mali ex bono,nec alterius ratio intelligi sublato altero potest.Deus ergo nõ exclusit malum,ut ratio uirtutis cõstare posset.Quomodo enim patiẽtia uim suã nomenqꝫ retineret,si nihil esset quod pati cogeremur? Quo laudem mereretť deuota deo suo fides,nisi eẽt aliquis qui a deo uellet auertere? Nam & ideo potiores eẽ iniustos permisit,ut cogere ad malum possent.ideo plures,ut uirtus eẽt ꝑciosa quod rara est.Quod quidẽ iam Quintilianus egregie ac breuiter ostẽdit in capite obuoluto.Nã quæ inquit uirtus esset innocẽtia:nisi laudẽ raritas dedisset? Vegq̃ quia natura sic cõparatũ est,ut odiũ cupiditas:ira in id quod icubuerint,agant cæcos,supra hoĩem uideť culpa uacare.Alioqꝫ si natura pares omnibus affectus dedisset:pietas nihil erat.Hoc q̃ uerũ sit:doceat necessitas ipa rõnis.Si.n. uirtus est malis ac uitiis fortiter repugnare,apparet sine malo ac uitio nullã eẽ uirtutẽ , quã deus ut absolutã ꝑfectãqꝫ redderet:retinuit illud quod erat ei cõtrarium cum quo depugnare posset.Agitata enim malis quatiẽtibus stabilitatem capit, & quãto fre quẽtius impelliť,tanto firmius roboraťr.Hæc nimirꝫ cã effecit,ut quãuis sit hominibus missa iustitia,tm̃ aureũ seculũ nõ eẽ dicaťr,quia malũ non sustulit ut retineret diuersitatem,quæ sacramentum diuinæ religionis continet sola.

¶ Quare iustitia quæ improbatio est non uideaťr ab hoĩbus,& qꝫ homo dei tẽplum est nõ aurꝫ nec lapides.Et qꝫ deus uirtutibus colẽdus est,nõ corruptibilibus donis.Et qꝫ oĩa mala ex eo ꝓueniũt,qꝫ plures dii colunť, quia si unus solus uere coleretť:oẽs iura fraternitatis agnoscerent & exercerent. Cap. VIII.

QViergo putant iustum esse neminem,ante oculos habẽt iustitiam sed eam nolũt cernere.Quid est.n.cur illam uel i carminibus uel in omni sermone describant,conquerẽtes eius absentiam:cũ sit facillimũ bonos eẽ si uelit? Quid uobis ianẽ iustitiã depĩgitis:& optatis cadeť de cælo tãq̃ i aliquo simulacro figuratã? Ecce i cõspectu

Virtus in aduersis ꝓficitur. Bonũ ex malo iteĩligimus.

Quintiliãi declam.

uestro est, suscipite (si potestis) eamq; in domicilio uestri pectoris constituite. Nec difficile: nec alienũ a tpibus existimetis. Estote æqui ac boni, & sequet uos sua sponte iustitia, quã quæritis. Deponite oẽm malam cogitationẽ de cordibus uestris & statim uobis illud tẽpus aureũ reuertet, quod aliter consequi nõ potestis: q̃ si uer deum colere cœperitis. Vos aũt manẽte cultu deor iustitiã desidera tis in terra quod fieri nullo pacto põt, sed ne tum qdẽ potuit, cum putatis: qa nõ dum natis diis istis quos impie colitis: necesse est unius dei cultũ fuisse p terram eius. s. qui execrat malitiã exigitq; bonitatẽ cuius tẽplũ est, nõ lapides aut lutum: sed homo ipse qui figurã dei gestat. Quod tẽplũ nõ auro & gẽmar donis corruptibilibus, sed externis uirtutũ muneribus ornat. Discite igit (siquid uobis reliq̃ mentis est) hoes ideo malos & iniustos eẽ: quia dii colunt. & ideo mala oia rebus humanis cottidie ingrauescere, quia deus huius mũdi effector: & gubernator derelictus est. qa susceptæ sunt cõtra q̃ fas est ipie religiones. Postremo qa ne coli quidem uel a paucis deũ sinitis. Quod si solus deus coleret, nõ eẽnt dissensiones & bella cũ scirent hoes se unius dei filios eẽ: ideoq; diuinæ necessitudinis sacro & inuiolabili uinculo copulatos nullæ fierẽt insidiæ, cũ scirẽt cuiusmodi pœnas deus aiar interfectoribus p̃paret: qui clandestina scelera & ipsas etiã cogitationes p̃uidet, non eẽnt fraudes neq; rapinæ, si deo p̃cipiẽte didicissent, & suo paruo eẽ cõtẽti: ut fragilibus & caducis solida & æterna p̃ferrent. Nõ eẽnt adulteria: & mulier pstitutiões, & stupra: si eẽt notũ oibus dãnari a deo: qcquid appetitur ultra generãdi cupiditatẽ. Nec fœminã necessitas cogeret pudorẽ suũ pfanare, ut uictum sibi obscœnissimum quærat: cũ & mares libidinem cõtẽnerẽt: & habẽtiũ pia & religiosa collatio nõ habẽtibus subueniret. Nõ eẽnt igit (ut dixi) hæc oia in terris mala, si ab hoibus in legem dei coniurarent: si ab uniuersis fierent: q̃ unus noster populus operat: q̃ beatus esset, q̃q; aureus humanar rerum status si p totum orbem mãsuetudo: & pietas & pax: & innocentia, & æquitas & temperãtia, & fides morarent. Deniq; ad regendos homines: non opus esset tam multis & tã uariis legibus. cum ad perfectam innocentiam dei lex una sufficeret. neq; carceribus, neq; gladiis præsidium, neq; terrore pœnarum cum præceptorum cælestiũ salubritas humanis pectoribus infusa ultro ad iustitiæ opera hoes erudiret. Nũc autem mali homines sunt ignorantia recti ac boni. quod quidẽ Cicero uidit. Disputãs. n. de legibus, sicut una inquit eadẽq; natura mundus oibus partibus iter se cõgruentibus cohæret: ac nititur sic oẽs hoes inter se natura cõfusi, prauitate dissentiunt, nec se intelligunt eẽ consanguineos & subiectos omnes sub unam eandemq; tutelam, quod si teneretur, deorum p̃fecto uita hoes uiuerent. Vniuersa igit mala quibus humanum genus seipsum inuicem conficit, iniustus atq; impius deorum cultus induxit. Nec enim poterant retinere pietatem, qui communem omnium patrem deum tanq̃ prodigi ac rebelles liberi abnegassent.

Hoes iter se cõsãgui nei.

¶ Quod iniqui iustitiam quam sibi abesse sentiunt, omnibus abesse putant: & in eos qui iustiores & innocentissimi sunt, atrocius sæuiunt. i. in seruos Christi mensuram patrum implentes: qui caput omnium iustorum Christum occiderunt: eoq; dissimilitudo uitæ criminosæ sitiat sanguinem innocentium. Cap. IX.

Nonnunq̃

NOn nunq̃ tamen sentiunt se malos esse, & ueter seculor statũ laudãt, & de moribus suis meritisq; coniectant abesse iustitiam quam obuersantem oculis suis non tãtum non suscipiunt nec agnoscunt uerũ etiam uiolenter oderunt & psequunt & exterminare contendunt. Fingamus hanc interim non esse iustitiã: quã nos sequimur: qũo si illa uenerit, quã ueram putant, eam recipient, qui laniant & occidunt eos, quos & ipsi fatentur imitatores esse iustor, quia bona operant & iusta, cum si tãtummodo malos occiderẽt, digni essent ad quos iustitia non ueniret: cui nulla fuit alia causa linquendi terram q̃ humani cruoris effusio. Quãto magis cum pios interficiant, & ipsos iustitiæ sectatores pro hostibus ducant, imo uero plusquã pro hostibus: quibus utiq; cum animas eor & opes & liberos ferro & igni appetant: tamen parcit uictis: & est locus inter arma clementiæ. Aut si adeo sæuire placuit nihil plus in eos fit: quã ut occidant, uel in seruitutẽ adducant. Hoc uero inenarrabile est: quod fit aduersus eos qui malefacere nesciunt. Et nulli nocentiores habent: quã qui sunt ex omnibus innocentes. Audent igitur homines improbissimi iustitiæ facere mentionẽ: qui feras immanitate uincunt, qui placidissimũ dei gregem uastãt: ceu lupi rapaces atra in nebula, quos improba uentris Exegit cæcos rabies: Verũ hos non uentris, sed cordis rabies efferauit, nec atra nebula, sed apta prædatione crassant, nec unquã conscientia scelerum reuocat, ne sanctum ac pium nomen iustitiæ ore illo uiolent: quod cruore innocentiũ tanquã rictus bestiar madent. Huius tanti & tam ptinacis odii quã potissimũ cãm esse dicamus? Vtrum ne uarietas odium patiat (ut ait poeta quasi diuino spiritu instructus) an erubescunt corã iustis & bonis esse nequã: an potius utrũq;? Nam & ueritas ideo semp inuisa est q̃, is qui peccat: uult habere liber peccãdi locum: nec aliter se putat malefactor uoluptate securius pfrui posse, quasi nemo sit cui delicta non placeãt. Ergo tanquã sceler & malitiæ suæ testes extirpare funditus nitunt, & tollere, grauesq; sibi putant tanquã uita eor coarguatur. Cur. n. sint aliqui intempestiue boni qui corruptis moribus publicis, cõuiciũ beneuiuẽdo faciãt. Cur non oẽs sint æque mali rapaces, impudici, adulteri, periuri, cupidi, fraudulenti? quin potius auferant, quibus coram male uiuere pudet: qui peccãtium fontem, & si non uerbis quia tacẽt, tamen ipso genere uitæ dissimili feriunt & uerberant. Castigare enim uidet quicũq; dissentit. Nec est magnopere mirãdũ si aduersus homines ista fiunt, cũ aduersus ipsum deũ pp eãdem causam insurrexerit etiam populus in spe constitutus, nec dei nescius: sequiturq; iustos eadem necessitas: quæ ipsum iustitiæ uiolauit authorem. Vexãt ergo & exquisitis pœnar generibus excruciant, parũq; habent interficere quos oderunt: nisi etiã crudelitas corporibus illudat. Si qui autem doloris uel mortis metu, uel suapte perfidia cæleste sacramentum deseruerit: & ad funesta sacrificia consenserint: eos laudãt: & honoribus mactant: ut eor exemplo cæteros illiciãt. Qui autem magni existimauerint fidẽ: cultore sq; se dei nõ abnegauerint, in eos uero toris carnificinæ suæ uiribus ueluti sanguinẽ sitiãt, icũbunt, & despatos uocãt: qa corpori suo minime pcunt, q̃si qcquã despatius eẽ possit quã torquere ac dilaniare eũ: quẽ scias inocẽtẽ. Adeo uero nec pudor

Christiãorũ psecutõnes.

Verg. loc.

Veritas odiũ parit.

Boni cur odio sint improbis.

ullus apud eos ſupereſt: a q̃bus abeſt omnis humanitas: & detorquent in homi
nes iuſtos cõuicia ſibi congruentia. Impios enim uocant ipſi. ſcilicet pii & ab hu
mano ſanguine abhorrentes: cum ſi & actus ſuos conſiderent, & illorum quos tã
quã impios dãnant, iam intelligant q̃ mendaces ſint: & his omnibus quæ aduer
ſus bonos aut dicunt aut faciunt digniores. Non enim de noſtro ſed de illorũ nu
mero ſemper exiſtunt, qui uias obſideant armati, maria prædent̃: uel ſi palã graſ
ſari non licuit uenena clam temperent: qui uxores necent, ut dotes earum lucren
tur: aut maritos ut adulteris nubant. qui natos ex ſe pueros: aut ſtrangulent, aut ſi
nimium pii fuerint, exponant, qui libidines incæſtas nec a filia, nec a ſorore, nec a
matre, nec a ſacerdote contineant: qui aduerſus ciues ſuos patriamq; coniurent:
qui neq; eculeum timeant: qui deniq; ſacrilegia committant: & deorum (quos co
lunt) templa diſpolient. & ut quæ leuia ſunt atq; inuſitata dicamus. qui hęredita
tes captent: teſtamenta ſupponant: iuſtos hæredes uel auferant: uel excludant: q
corpora ſua libidinibus proſtituant. qui deniq; ĩmemores quod nati ſunt: cum fœ
minis patientia certent. qui ſanctiſſimam quoq; corporis ſui partem contra fas oẽ
polluant & profanent: qui uirilia ſua ferro metãt & quod eſt ſceleratius ut ſint re
ligionis antiſtites: qui nec uitæ quidem ſuæ parcant: ſed extinguẽdas publice ani
mas uendant: qui ſi iudices ſedeant, aut ĩmeritos perdãt mercede corrupti, aut no
xios impune dimittant: qui cælum quoq; ipſum ueneficiis appetant: tanquã eorũ
malitiam terra non capiat. Hæc inquã & his plura ſcelera utiq; ab his fiũt: qui de
os colũt. Q uis ĩter hæc tot & tanta iuſtitiæ locus eſt? Et ego de multis pauca col
legi: non ut arguerem: ſed ut oſtenderem. Q ui uolẽt ſcire omnia Senecæ libros
in manu ſumant, qui morum uitiorumq; publicorum & deſcriptor, ueriſſimus,
& accuſator acerrimus fuit. Sed & Lucillius tenebroſam iſtam uitam circũſcri
pte breuiterq; dipinxit his uerſibus.

Nũc uero a mãe ad noctẽ feſto atq; pfeſto, Totus itẽ piterq; dies ppl'uſq; pręſq;
Iactare: ide foro oẽs & decedere nuſq̃. Vni ſe atq; eidẽ ſtudio oẽs dedere & arti
Verba dare: ut caute poſſit pugnare doloſe.

Blanditia certare: bonum ſimulare uirum ſe:
Inſidias facere, ut ſi hoſtes ſint omnibus omnes. Noſtro autem populo quid hoc
poteſt obiici: cuius omnis religio eſt: ſine ſcelere ac ſine macula uiuere? Cum igit̃
uideant ſe ac ſuos ea quæ diximus gerere: noſtros autem nihil aliud operari niſi
æquum & bonum: poterãt (ſiquid ſaperẽt) ex hoc intelligere: & illos qui bonũ
faciunt: pios eſſe: & ſe impios qui nefanda committunt: neq; enim fieri põt: ut q
in omnibus uitæ ſuæ actibus non errant: in ipſa ſumma errent. Hoc eſt in religio
ne quæ rerum omnium caput eſt. Impietas enim ſuſcepta in eo quod eſt ſummũ
bonum: per cætera uniuerſa frequentat̃: eoq; fieri non poteſt: ut ipſi qui errant in
omni uita: & non in religione fallant̃: quoniam pietas in ſummo regulam tenẽs:
tenorem ſuum ſeruat & in cæteris. Ita fit ut in utraq; parte de conditione rerum
quæ geruntur: qualis ſit ſumma ipſa noſcatur.

¶ De impia iniquorum qui deum neſciũt pietate. Et quid & ſit uera pietas: quã
deorum cultores aſſequi nequeunt propter ſubiectas cauſas. Cap. X.

Scelera gẽ tilium.

Molliciei exprobra tio.

Seneca uitiorũ accuſator acerrimus.

Hominũ perditi ſt. ſtudia.

Operæpretium

Operæpretium eſt cognoſcere illorum pietatẽ: ut ex his quæ clemen
ter ac pie faciunt, poſſint intelligi, qualia ſint quæ ab his contra iu
ra pietatis geruntur. At ne quem uidear inclementer inceſſere: ali
quam mihi perſonam poeticam ſumam quæ ſit uel maximum pie
tatis exemplum. Apud Maronem rex ille.

Q uo iuſtior alter
Nec pietate fuit: nec bello maior & armis. Q ui nobis documenta iuſtitiæ ptulit.
Vinxerat & poſt terga manus: quos mitteret umbris: Verg. loc.
Inferias cæſo ſparſuros ſanguine flammas.
Q uid poteſt eſſe hac pietate clementius q̃ mortuis humanas uictimas immola
re & ignem cruore hominum tanq̃ oleo paſcere? Sed fortaſſe hoc non ipſius ui
tium fuerit, ſed poetæ: qui inſignem pietate uirum inſigni ſcelere fœdauit. Vbi
eſt ergo poeta illa pietas quam ſæpiſſime laudas.
Ecce pius Ænæas. Sulmone creatos.
Q uattuor hic iuuenes totidem quos educat Vphens.
Viuentes rapit inferias: quos immolet umbris:
Captiuoq; rogi perfundat ſanguine flammas. Cur ergo dicebat eodẽ ipſo tẽpo
re quo uictos ipſos homines ad ĩmolationem mittebat? Equidem & uiuis cõcede
re uellẽ: cũ quos uiuos habeat in poteſtate: uice pecudũ iuberet occidi? Sed hæc
(ut dixi) culpa nõ illius fuit qui litteras fortaſſe nõ didicerat: ſed tua qui cũ eſſes
eruditus ignoraſti tamen quid eſſet pietas & illud ipſum quod nefarie: quod de
teſtabiliter fecit, pietatis eſſe officiũ credidiſti: uidelicet ob hoc unum pius uocat̃
quia patrem dilexit. Q uid q; bonus Æneas haud aſpernenda precantes trucida- Aeneas
uit? Adiuratus enim per eundem patrem, & ſpem ſurgentis Iuli, nequaq̃ peper- cur pius.
cit furiis accenſus & ira. Q uiſq̃ ne igitur putet hunc aliq̃d in ſe uirtutis habuiſſe
qui & furore tanq̃ ſtipula exarſerit, & manium patris per quẽ rogabatur oblitus
iram frænare non quiuerit? Nullo igitur modo pius, qui nõ tantũ non repugnan
tes, ſed etiam p̃cantes iteremit. Dicet hic aliquis. Q uæ igit̃ aut ubi: aut qualis eſt
pietas? Nimirum apud eos qui bella neſciunt, qui concordiam cum omni ui ſer
uant, qui amici ſunt etiam inimicis, qui oẽs hoies pro fratribus diligũt, q cohibe
re iram ſciunt, omnemq; animi furorem tranquilla moderatione lenire. Q uanta
igitur caligo, quanta tenebraꝝ & erroꝝ nubes hoium pectora obduxit, qui cum
ſe maxime pios putãt, tam maxime fiũt impii. Q uãto. n. religioſius terrenis iſtis
ſimulacris ſeruiunt, tanto magis ſcelerati aduerſum nomen diuinitatis ueræ exi
ſtunt. Itaq; pro merito impietatis ſuæ grauioribus malis ſæpe uexantur, quorum
cauſam quia neſciũt, fortunæ culpa oĩs aſcribit̃ & locum inuenit Epicuri philoſo Deos hũa
phia nihil ad deos pertinere cẽſentis, nec gratia eos tãgi, nec ira moueri, qa & cõ na nõ cura
tẽptores eoꝝ ſæpe uideãt beatos: & cultores ſæpe miſeros. Q uod eo fit qa cũ re re.
ligioſi uideãtur & natura boni, nihil tale credũtur mereri, quale ſæpe patiuntur.
Cõſolant̃ ſe tñ accuſatiõe fortunæ: nec ſentiũt: q; ſi eſſet ulla, cultoribus ſuis nũq̃
noceret. Merito igit̃ hmõi pietatẽ pœna cõſequit̃: & offenſa diuinitas ſcelere ho
minũ praue religioſorum: graui eos infortunio mactat, qui licet ſanctis moribus

uiuant in ſumma fide atq; innocentia: tamen quia deos colunt, quorum ritus impios ac profanos deus uerus odio habet: a iuſtitia & a numine ueræ pietatis alieni ſunt. Nec eſt difficile docere cur deorum cultores boni & iuſti eſſe non poſſint.

Dæoꝝ cultores bonos & iuſtos eē nō poſſe.

Quomodo enim ſanguine abſtinebunt qui colunt cruentos deos Martē atq; Bellonam? qūo aut parentibus parcent: qui expulſorem patris ſui iouem? aut natis ex ſe infantibus? qui colunt Saturnum? qūo pudicitiam tuebuntur: qui colūt deā nudam & adulteram, & quaſi apud deos ꝓſtitutā? quomodo ſe a rapinis & fraudibus abſtinebunt, qui Mercurii furta nouerunt, docentis non fraudis eſſe decipere ſed aſtutiæ? Q ūo libidines coercebunt, qui Iouem, Herculem, Libeꝝ: Apollinem, cæteroſq; uenerant, quorum adulteria & ſtupra in mares & fœminas non tantum doctis nota ſunt, ſed exprimuntur etiam in theatris atq; cantantur ut ſint omnibus notiora? Poſſunt ne inter hæc iuſti eſſe homines, qui etiam ſi natura ſint boni: ab ipſis tamen diis erudiantur ad iniuſtitiam? Ad placandum enim deū quē colas, his rebus opus eſt, quibus illum gaudere ac delectari ſcias. Sic fit ut uitam colentiū deus pro qualitate noīs ſui formet, qm̄ religioſiſſimus eſt cultus imitari.

¶ Quod ꝓſecutores chriſtianoꝝ non modo beſtiæ fuerint: ſed ipſis beſtiis brutiores & truciores. Quibus & quare tormentis martyres afficiāt. Cap. XI.

Is igitur hominibus qui deorum ſuorum moribus congruunt, quia grauis eſt & acerba iuſtitia eandem impietatem ſuam qua in cæteris rebus utuntur, aduerſus iuſtos uiolenter exercent. Nec immerito a prophetis beſtiæ nominantur. Præclare itaq; M. T. Etenim ſi nemo eſt inquit, qui mori malit, q̄ conuerti in aliquam figuram beſtiæ quāuis mentem hominis habiturus quanto eſt miſerius in hominis figura animo eſſe efferato. Mihi quidem tanto uidetur: quanto eſt preſtabilior animus corpore. Aſpernantur itaque corpora beluarum, quibus ſunt ipſi ſæuiores, ſibique adeo placent, ꝙ homines ſint nati: quorum nihil niſi liniamēta & ſummam figuram gerunt. Nam quis Caucaſus? quæ India? quæ Hyrcania? tam immanes tam ſanguinarias beſtias unq̄ aluit? Quoniam ferarum omnium rabies uſque ad uentris ſatietatem furit, fameq; ſedata protinus conquieſcit. Illa eſt uera beſtia, cuius una iuſſione funditur ater ubique cruor: crudelis ubiq; luctus: ubique pauor & plurima mortis imago. Nemo huius tantę beluæ immanitatem poteſt pro merito deſcribere. qui uno loco recubans tamē per totum orbem dentibus ferreis ſæuit: & non tantum artus hominum diſſipat: ſed & oſſa ipſa comminuit, & in cineres fundit: nequis extet ſepulturæ locus. quaſi uero id affectent: qui deum confitentur, ut ad eorum ſepulchra ueniatur, ac non ut ipſi ad eum perueniant. Quænam illa feritas, quæ rabies, quæ iſania eſt, lucem uiuis terram mortuis denegaſſe? Dico igitur nihil eſſe miſerius his omnibus quos miniſtros furoris alieni, quos ſatellites impiæ iuſſionis neceſſitas aut inuenit, aut fecit. Non enim honor ille aut prouectio dignitatis fuit, ſed hominis dānatio ad carnificinam: dei uero ad pœnam ſempiternam. Quæ autem per totum orbem ſinguli geſſerint enarrare impoſſibile eſt. Quis enim uoluminum numerus capiet tam infinita tā uaria genera crudelitatis? Accepta .n. poteſtate pro ſuis moribus q̄ſq; ſæuit. Alii

Crudeles īhoium figura beluæ.

Martyrū cruciatus.

p̄nimia

præ nimia tumiditate plus auſi ſunt, q̄ iubebātur. Alii ſuo proprio aduerſum iuſtos odio: quidā naturali mentis feritate nōnulli ut placerēt: & hoc officio uiā ſibi ad altiora munirent. Alii ad occidendum præcipites extiterūt, ſicut unus in phrygia qui uniuerſū populū cū ipſo pariter cōuenticulo cōcremauit. Sed hic quanto ſæuior tāto clemētior inuenit. Illud uero peſſimū genus eſt cui clemētiæ ſpeties falſa blādit: ille ſæuior ille grauior ē carnifex qui neminē ſtatuit occidere. Itaq; dici nō pōt huiuſmodi iudices quāta & q̄ grauia tormētoꝝ genera excogitauerint ne ad defectū ꝓpoſiti ſui puenirēt. Hæc aūt non tātū iō faciūt ut gloriari poſſint nullū ſe innocētiū peremiſſe: nā & ipſe audiui aliquos gloriātes quia adminiſtratio ſua in hac parte fuerit incruēta: ſed inuidiæ cā ne aut ipſi uincātur, aut illi uirtutis ſuæ gloriā cōſequātur. Itaq; in excogitādis pœnaꝝ generibus nihil aliud q̄ uictoriā excogitāt. Sciūt enim certamē illud eſſe & pugnā. Vidi ego in Bithynia præſidem gaudio mirabiliter elatū tāquā barbaroꝝ gentem aliquā ſubegiſſet, ꝙ unus qui per biēnium magna uirtute reſtiterat poſtremo cædere uiſus eſt. Contendunt igit ut uincāt & exquiſitos dolores corporibus immittunt: & nihil aliud euitāt q̄ ut ne toti moriātur. Quaſi uero mors tātum nos beatos faciat ac etiā nō tormenta quāto fuerint grauiora tāto maiorem uirtutis gloriā pariāt. Illi aūt pertinaci ſtultitia iubent curā tortis diligēter adhiberi: ut ad alios cruciatus mēbra renouent & pareāt nouus ſanguis ad pœnā. Quid tā piū tā beneficum tā humanū fieri poteſt? non curaſſent tā ſollicite quos amarent. Hæc eſt deorum diſciplina. Ad hæc opera cultores ſuos erudiunt: hæc ſacra deſiderāt. Quin etiā ſceleratiſſimi homicidæ contra pios impia iura cōdiderunt. nā & conſtitutiōes ſacrilegæ & diſputationes iuriſperitorum leguntur iniuſtæ. Domitius de officio proconſulis libro ſeptimo reſcripta principum nefaria collegit: ut doceret quibus pœnis affici oporteret eos qui ſe cultores dei confiterentur.

Chriſtianorū ſupplicia lege cōſtituta.

¶ Quō ipſi carnificibus grati facti ſunt: qui diligunt inimicos. Et ꝙ expetibilius eſt eſſe bonū & malū putari, quā malū eē & uideri bonū. Cap. XII.

Quid his facias, qui ius uocāt carnificinas ueterū tyrānorum aduerſus innocentes rabide ſæuiētiū? Et cū ſint iniuſtitiæ crudelitatiſq; doctores, iuſtos eē ſe tñ ac prudentes uideri uolūt, cæci: & hebetes, ac reꝝ & ueritatis ignari. Adeo ne uobis o perditæ mentes inuiſa iuſtitia eſt: ut eā ſummis ſceleribus adæquætis. Adeo ne apud uos perit innocentia, ut ne morte quidem ſimplici dignā iudicetis. Sed ſupra omnia facinora habeat nullum facinus admittere, pectuſq; purum ab omni ſceleris contagione præſtare? Et quoniā cōmuniter cum deorum cultoribus loquimur, liceat per uos benefacere uobiſcum. Hæc eſt enim lex, noſtra: hoc opus, hæc religio. Si uobis ſapientes uidemur, imitamini. Si ſtulti: cōtemnite, aut etiā ridete, ſi libet. nobis enim ſtultitia noſtra prodeſt. Quid latraris? quid affligitis? nō inuidemus ſapiētiæ ueſtræ. Hanc ſtultitiā malumus, hāc amplectimur. Hoc nobis credimus expedire, ut uos diligamus, & in uos ipſos qui odiſtis oīa conferamus. Eſt apud Ciceronem non abhorrens a uero locus in ea diſputatione, quæ habetur a Furio contra iuſtitiā. Quæro inquit ſi duo ſint quorum alter optimus uir, æquiſ/

Bonũ præstat esse & malũ putari q̃ cõtra.

simus summa iustitia, singulari fide, alter insigni scelere & audacia, & si in eo sit error/ rore ciuitas, ut bonum illum uirum, sceleratum facinorosum, nefarium putet: Cõ tra autem qui sit improbissimus, existimetur esse summa probitate ac fide, proq; hac opinione omnium ciuium bonus ille uir uexetur, rapiatur: manus ei deniq; auferãtur, effodiãtur oculi, dãnetur: uinciat', uratur, exterminetur: egeat. Postre/ mo iure etiã optimo omnibus miserrimus eẽ uideatur, contra aũt ille improbus laudetur: colatur: ab omnibus diligatur. Omnes ad eum honores: omnia impia: omnes opes omnes deniq; copiæ conferantur. Vir deniq; optimus omnium æsti matione: & dignissimus omni fortuna iudicetur. Q uis tandem erit tam demens: qui dubitet utrum se esse malit? Profecto quasi diuinaret quæ nobis mala: & quo modo uentura essent propter iustitiam, hoc posuit exemplum. Hæc enim popu/ lus noster patitur omnia, errantium prauitate. Ecce in eo est errore ciuitas uel po tius orbis ipse totus, ut bonos & iustos uiros tanq̃ malos & impios persequatur: excruciet, dãnet, occidat. Nam q; ait neminẽ esse tam demẽtem: qui dubitet utrũ se esse malit. Ille quidem ut is qui contra iustitiam differebat hoc sensit: malo sapi entem malum esse cum bona æstimatione: q̃ bonum cum mala. A nobis autẽ ab/

Malũ præstat esse & bonũ putari q̃ cõtra.

sit hæc amentia: ut falsum uero anteponamus. An boni nostri qualitas ex populi potius pẽdebit erroribus q̃ ex cõsciẽtia nostra: & iuditio dei? Aut aliqua nos felici tas illiciet unquam, ut nõ potius ueram bonitatem cum omni malo: quam falsam cum omni prosperitate malimus? Sua sibi habeãt regna: reges, suas diuitias diui tes (ut loquitur Plautus) suam uero prudẽtiam prudẽtes: relinquãt nobis stulti tiam nostram, quam uel ex hoc apparet esse sapiẽtiam q; eam nobis inuidẽt. Q uis nam stulto inuideat, nisi qui ipse sit stultissimus? Illi autem nõ adeo sunt stulti ut stultis inuideãt: sed ex eo accurate, q; sollicite persequuntur, stultos nõ esse cõce/ dunt: cur enim tam crudeliter sæuiũt, nisi quia metuũt ne in dies inualescẽte iusti tia cum diis suis uaricosis relinquãtur? si ergo cultores deorum sapiẽtes sunt, nos stulti: quid metuunt ne sapiẽtes illiciãtur a stultis?

¶ Q uod ex eo patet iustitia christianæ religiõis: & ueritas fidei: q; de cultoribus deorum crescit ecclesia, sed de ecclesia nec minis nec tormẽtis cõpelli possint ad cultũ deor; licet quidã sacrificasse ex infirmitate legãtur inuiti, qui tñ postea per pœnitẽtiam in quo Nouatiani cõfutãtur: surrexerũt fortiores. Et q; patientia mar tyrum solidissimũ est christianæ religiõis fundamẽtum. Cap. XIII.

Vm aũt noster numerus semp deor; cultoribus augeat': nũq̃ ue/ ro ne in ipsa quidẽ persecutiõe minuatur: qm̃ peccare hoies, & in quinari sacrificio possunt: auerti aũt a deo nõ possũt. Valet enim ui sua ueritas. Q uis est tam excors: tamque cæcus: qui nõ uideat quæ in utraq; sit parte sapiẽtia? Sed illi malitia & furore cæcantur ne uideãt: stultosq; arbitrãtur esse: qui cũ habeãt in sua potestate supplicia uita/ re: crutiari tamẽ & mori malũt, cum possint ex eo ipso prouidere nõ esse stultitiã: in quam tãta hominum milia per orbem totum una, & pari mente cõsentiunt. Si enim fœminæ sexus infirmitate labũtur, nam iterdum isti muliebrem, & anilem superstitionem uocant: uiri certe sapiunt: si pueri, si adolescentes improuidi sunt

p ætatem

per ætatem, maturi certe ac senes habent stabile iudicium. Si una ciuitas desipit: cæteræ utiq; inumerabiles stultæ eẽ nõ possunt. Si una prouincia, una natio, pui dentia caret: cæteras oẽs habere itelligẽtiam recti necesse ẽ. Cum uero ab ortu so lis usq; ad occasum lex diuina suscepta sit: & ois sexus, ois ætas, & gens, & regio unis ac paribus animis deo seruiãt, eadẽ sit ubiq; patiẽtia, idẽ cõtemptus mortis, itelligere debuerãt aliq̃d in ea re esse rõnis, quod nõ sine cã usq; ad mortem defen datur, aliquid fũdamẽti ac soliditatis, quod eam religionẽ nõ tãtum iniuriis ac ue xatiõe soluat: sed augeat semp & faciat firmiorem. Nam & in hoc quoq; illor; ma litia cõuincit', qui euertisse se funditus religionem dei opinant', si hoies iquinaue rint, cũ & deo satisfacere liceat: & nullus sit tam malus dei cultor, quin data facul tate ad placidum dñm reuertat': & quidẽ deuotiõe maiori. Peccati enim conscien tia, & metus pœnæ religiosiorẽ facit. & semp multo firmior ẽ fides q̃ reponit pœ nitẽtia. Si ergo ipsi cũ deos arbitrãtur sibi iratos: tñ donis, & sacrificiis, & odori bus placare eos credũt, quid ẽ tandẽ q; deũ nostrũ tam imitẽ: tam iplacabilem pu tent: ut uideat' is iam christianus eẽ non posse: qui diis eor; coactus inuitus q; liba uerit? nisi forte contaminatos semel putant animũ trãslaturos, ut sua sponte face re icipiant, qd p tormẽta fecerũt? Q uis id officiũ libẽs subeat qd' abiiuria cœpit? Q uis cũ uideat later; suor; cicatrices, nõ magis oderit deos propter quos æterna pœnar; insignia & ipressas uiscerib⁹ suis notas gestet: ita fit ut data diuinitus pa ce, & qui fuerũt uniuersi redeant, & alius pp miraculũ uirtutis nouus populus ac cedat. Nã cũ uideat uulgus dilacerari hoies uariis tormẽtor; generibus, & iter fati gatos carnifices iuictam tenere patiẽtiam: existimant id qd' res ẽ: nec consensum tam multor; nec pseuerantiam moriẽtium uanam eẽ: nec ipam patiẽtiam sine deo cruciatus tantos posse supare. Iatrones & robusti corpis uiri eiusmodi laceratiões pferre nequeũt, exclamãt, & gemitus edũt. Vincũtur enim dolore, quia deest il lis isperata patiẽtia. Nostri aũt (ut de uiris taceam) pueri & mulierculæ tortores suos tacite uincũt, & exprimere illis gemitũ nec ignis potest. Eant romani & Mu tio gloriẽtur, & Regulo. Q uor; alter necandum se hostibus tradidit, q; captiuum puduit uiuere. Alter ab hostibus deprehẽsus cũ uideret se mortẽ uitare nõ posse, manũ foco iniecit, ut pro facinore suo satisfaceret hosti: quẽ uoluit occidere: eaq; pœna ueniam quam nõ meruerat accepit. Ecce sexus fœmineus & fragilis ætas di lacerari se toto corpore uriq; ppetit' nõ necessitate, qa licet uitare si uellent, sed uo luntate quia confidunt in deo.

Fides firmiõr ẽ quam repõit pœnitentia.

Scæuolæ fortitudo. Reguli cõstantiam.

¶ De uera uirtute christianorum, qui in culmine patiẽtiæ cõstituti: philosophos laudatores patiẽtiæ antecedunt, uirtute patiendi. Et q; uanum & stultũ est imagi natam terram, ut deum colere. Cap. XIIII.

Ed hæc est uera uirtus: quam philosophi quoq; gloriabũdi nõ re sed uerbis inanibus iactant, differẽtes nihil eẽ tam cõgruẽs uiri sa piẽtis grauitati atq; cõstãtię, q̃ nullis terroribus de snia & ppositio posse depelli: sed tanti eẽ cruciari & mori, ne fidẽ ꝑdat, ne ab offi cio di scedat, ne metu mortis aut dolore acerbo subactus aliq̃d fa ciat iniustum: nisi forte delirare illi uidet' Flaccus in lyricis cum dicit. Iustum: &

Horatii locus.

tenacem ꝓpositi uirum: Non ciuium ardor praua iubentium: Non uultus instantis tyrãni mente quatit solida. Quo nihil uerius dici potest, si hoc ad eos referat: q̃ nullos cruciatus nullam mortem recusant, ne a fide iustitiaq; declinẽt, qui nõ tyrãnicas iussiones: nõ præsidium: nõ gladios tremunt quo minus uerum & solidã libertatem constanti mẽte defendant, quæ in hoc solo tuẽda sapiẽtia est. Quis.n: tam isolẽs tam elatus est qui me uetet & oculos in cælum tollere? q̃s imponat mihi necessitatem uel colẽdi quod nolim uel quod uelim non colendi? Quid nobis iam ulterius relinquet? si etiam hoc quod uoluntate fieri oportet libido extorquet aliena? nemo istud efficiat siquid est nobis ad cõtemnendam mortem doloremq; uirtutis est. Quam cõstãtiã si tenemus, cur stulti iudicamur, faciẽtes ea quæ philosophi laudãt. Recte igit̃. Seneca incongruentiam hominibus obiectans ait. Sũma uirtus illis uidet̃ magnus animus. Et idem, eum qui cõtẽnit mortem pro furioso habent, quod est utiq; summæ peruersitatis. Sed hi uanarum religionũ cultores eadem stultitia id obiiciunt, quia uerum deum non intelligunt, quos Sibylla Erythæa, κωφοῦς καὶ αἰσθήτους uocat, surdos scilicet & excordes qui nec audiãt diuina, nec sentiant. Sed terram digitis suis imaginatam metuãt & adorẽt. Quæ nũc causa sit ut eos qui sapientes sunt stultos putẽt: magna ratio est, nec enim frustra falluntur. Quæ nobis diligenter est explicanda, ut errores suos tandem (si fieri potest) agnoscant.

Imagiatũ.

¶ Quare sapiẽtes habẽtur pro stultis, & quomodo in duabus præcipue uirtutibus, pietate scilicet & æquitate iustitia cõstet: & quid pietas secũdum Trismegistum, & quid æquitas secundum Cic. quarum neutram assequi potuerũt Romani uel græci, nec aliqui nisi christiani. Cap. XV.

Iustitia speciem stultitiæ habet.

IVstitia suapte natura speciẽ quandã stultitiæ habet, qđ ego & diuinis & humanis testimoniis confirmare possum: Sed nihil fortasse apud istos agemus, nisi istos de suis doceamus auctoribus non posse iustũ quenq̃ esse quod est cõiunctum cum uera religione: aut sapiẽtia: nisi stultus esse uideat̃. Carneades academicæ sectæ philosophus: cuius indifferendo quæ uis fuerit: quæ eloquentia, quod acumen, qui nescit is ex prædicatione Cic. intelliget aut Lucilii: apud quem differens, Neptũnus de re difficillima ostendit nõ posse id explicari, nec si Carneadẽ ipsum orchus remittat. Is cum legatus ab Athenien sibus Romam missus esset: disputauit de iustitia copiose: audiente Galba & Catone cẽsoribus maximis tũc oratoribus. Sed disputationem suam postridie cõtraria disputatiõe subuertit: & iustitiã quã pridie laudauerat sustulit, nõ quadam pbi grauitate, cuius firma & stabilis debet eẽ sntia. Sed quasi oratorio exercitii genere ĩ utrãq; ptẽ differendi. Quod ille facere solebat: ut alios quodlibet asserẽtes posset refutare. Eã disputationẽ qua iustitia subuertit̃ apud Cic. L. Furius recordat̃. Credo qm̃ de Rep. differebat: ut defensionẽ laudationẽq; eius induceret, sine qua putabat regi nõ posse Rẽp. Carneades aũt ut Aristotelẽ refelleret ac Platonẽ iustitiæ patronos, prima illa disputatiõe collegit ea oĩa, q̃ pro iustitia dicebant̃, ut posset illa sicut fecit euertere. Erat.n. facillimũ iustitiã radices nõ habẽtem labefactare. ut diceret inaniter laborari quia tam nulla in terra sit ut quid esset aut qualis a phis

Carneades phi eloq̃ntia.

Galba censor.

Cato censor.

Carneades in utranq; partem disputabat.

philosophis diceretur. atq; utinam tot ac tales uiri quantum eloquentiæ: quantum animi tantũ etiam scientię ad implendam defensionẽ summæ uirtutis habuissent, cuius origo in religione ratio in æquitate est. Sed hi qui primam illam ptem nesciẽrũt: ne secũdam quidem tenere potuerũt. Volo aũt prius circũscripte ac breuiter quid sit ostendere: ut intelligat̃ philosophos ignorasse iustitiam: nec id quod mini me nouerant potuisse defẽdere. Iustitia quãuis omnes simul uirtutes amplectat̃: tñ duæ sunt omniũ principales, q̃ ab illa diuelli separariq; non pñt, pietas & æquitas: nam fides, temperantia, ꝓbitas, innocentia, integritas, & cæteræ huiusmõi uel natura: uel institutis parentũ possunt inesse iisdẽ hoibus, qui iustitiam nesciũt: sicuti semp fuerũt, nam Romani ueteres: q̃ iustitia gloriari solebant, his utiq; uirtutibus gloriabant̃, quæ (ut dixi) ꝓficisci a iustitia possunt, & ab ipso fonte secerni. Pietas uero & æquitas quasi uenæ sunt eius. His enim duobus fontibus cõstat tota iustitia. Sed caput eius & origo in illo primo est, in secundo uis oĩs ac rõ. Pietas aũt nihil aliud est q̃ dei notio, sicut Trismegistus uerissime diffiniuit (ut alio loco diximus.) Si ergo pietas est cognoscere deũ: cuius cognitionis summa est, ut eũ colas, ignorat utiq; iustitiam qui religionem dei non tenet. Quomõ enim põt ipsã nosse, qui unde oriat̃ ignorat? Plato quidem multa de uno deo locutus est, a quo ait constitutũ esse mũdum. sed nihil de religione. somniauerat enim deũ nõ cognouerat. quod si iustitiæ defensionẽ uel ipse uel quilibet alius ĩplere uoluisset, in primis religiones deoꝝ euertere debuit, qa contrariæ sunt pietati. Quod qdẽ Socrates qa facere tentauit in carcerem cõiectus est, ut iam tũc appareret quid eẽt futurum his hoibus qui iustitiã uerã defendere, deoq; singulari seruire cœpissent. Altera igit̃ iustitiæ pars est æqtas: æquitatem non dico utiq; bene iudicandi, quod ipsum laudabile est in hoie iusto. Sed se cũ cæteris coæquãdi, quã Cic. æq̃litatem uocat. Deus enim qui homines generat & inspirat: oẽs æquos. i. pares esse uoluit. Eãdem cõditionẽ uiuẽdi oĩbus posuit, oẽs ad sapiam genuit, oĩbus ĩmortalitatem spopõdit. Nemo.n. bñficiis eius cælestibus segregat̃. Nã sicut oĩbus unicũ suum lumẽ æqualiter diuidit, emittit oĩbus fontes: uictũ sũministrat: qetẽ somni dulcissimã tribuit: sic oĩbus eqtatẽ uirtutẽq; largit̃. Nemo apud eũ seruus ẽ, nemo dñs. Si.n. cũctis idẽ pr̃ ẽ: æquo iure oẽs liberi sumus. Nemo deo paup ẽ: nisi q̃ iustitia indiget, nemo diues, nisi q̃ uirtutibus plenus est: nemo deniq; egregius: nisi q̃ bonus & inocẽs fuerit: nemo clarissimus nisi q̃ opa misericordiæ largiter fecerit. Nemo pfectissimus nisi q̃ oẽs gradus uirtutis ipleuerit. Quare neq; Romãi neq; greci iustitiã tenere potuerũt: qa dispares multis gradibus hoies hũerũt a paupib9 ad diuites: ab hũilib9 ad potẽtes: a priuatis deniq; usq; ad regũ sublimissimas ptãtes. Vbi.n. nõ sunt uniuersi pares, æqtas nõ ẽ, & excludit ĩæqualitas ipa iustitiã, cuius uis oĩs in eo ẽ, ut pares faciat eos, q̃ ad huius uitæ conditionẽ pari sorte uenerunt.

Pietas qđ.

Aequitas.

Aeq̃litas.

¶ De æquitate christianorum quam philosophi non habentes nec ĩuenire nec defendere potuerũt. Cap. XVI.

DVobus igit̃ illis iustitiæ fontibus ĩmutatis, oĩs uirtus & oĩs ueritas toll̃it̃, & ipsa iustitia remigrat ĩ cęlũ. Iõ non ẽ ueꝝ illud bonũ a philosophis reptũ, qa ignorabãt uel unde oriret̃, uel qđ efficeret, qđ

nullis aliis ꝑterꝙ nostro populo reuelatum est. Dicet aliqs. Nonne sunt apud uos alii pauperes, alii diuites, alii serui, alii dñi nonne aliquid inter singulos interest? Nihil. nec alia causa ē cur nobis inuicem fratrum factū nomē ꝑtiamur, nisi qa pares esse nos credimus: nam cū oīa humana non corpore, sed spiritu metiamur. tametsi corpoꝝ sit diuersa cōditio: nobis tñ serui nō sunt: sed eos. & habemus, & dicimus, spū fratres: religione cōseruos. Diuitiæ quoqꝫ non faciunt insignes: nisi quos possunt bonis opibus facere clariores. Diuites sunt enim nō q diuitias hñt, sed qui utunt illis ad opa iustitiæ. Et q pauperes uident: eo tñ diuites sunt, qa & egent & concupiscunt nihil. Cum igit & liberi seruis: & diuites paupibus, humilitate animi pares simus: apud deum tñ uirtute discernimur. Tāto quisqꝫ sublimior est quāto iustior. Si. n. iustitia ē quasi parē se etiā minoribus facere, ꝙꝙ hoc ipō præcellat: q, se inferioribus coæquauit, tñ si nō tm quasi parē, sed etiam quasi minorē se gesserit, utiqꝫ multo altiorem dignitatis gradū deo iudice cōsequet. Nam ꝓfecto in hac seculari uita quoniā breuia & caduca sunt oīa: & præferūt se alteris hoīes, & de dignitate cōtendūt, quo nihil fœdius: nihil arrogantius: nihil a sapientis ratione semotius. Rebus. n. cælestibus cōtraria sūt ista uniuersa terrena. Sicut enim sapientia hoīum sūma stultitia est apud deū. Stultia (ut docui) summa sapientia est, sic deo humilis & abiectus est q fuerit cōspicuus & sublimis in terra. nam ut taceam qꝫ hæc ꝑsentia terræ bona: qbus magnus honor tribuit, uirtuti cōtraria sunt, & uigorē mētis eneruant: quæ tādem potest firma eē nobilitas, q̄ opes quæ potentia: cū possit deus reges quoqꝫ ipsos in feriores infimis facere? Et ideo consulens nobis deus, inter diuina ꝑcepta: illud ꝑcipue posuit. Q ui se extollit humiliabit, & qui se humiliat exaltabit. Cuius ꝑcepti salubritas docet, qꝫ q se apud homines planū fecerit: humilēqꝫ præbuerit: hic apud deum ꝑcellens & insignis habeat. Nec enim falsa est illa sententia quæ apud Euripidem fert in hunc modum. Q uæ hic mala putant: hæc sunt in cælo bona.

Christiani se frēs appellabant.

Mala q̄ putant hic in cælo sunt bona.

¶ Q ūo Carneades & iura ꝓ utilitate sancita: & uerā in hoibus iustitiā nisi forte stultos collegerit, iueniri non posse: Et ciuilis iustitia sapiam qdē hēat: sed iniustā naturalis aūt iustitia sit utiqꝫ, sed sapientiā omnino non habeat. Cap. XVII.

EXposui cām cur phi nec inuenire iustitiā, nec defēdere potuerūt. Nūc redeo ad illud qd itenderā. Carneades ergo qm erāt īfirma, quæ a philosophis diffingebant, sumpsit audaciā refellendi qa refelli posse itellexit. Eius disputatōis sūma hæc fuit. Iura sibi hoīes ꝓ utilitate sanxisse, s. uaria ꝓ moribus, & apud eos ꝓ tpibus sæpe mutata, ius āt naturale eē nullū. Oēs & hoīes & aīantes alias ad utilitates suas natura ducēte ferri, ꝓinde aut nullā eē iustitiā: aut si sit aliqua: sūmā eē stultitiā: qm sibi noceret alienis cōmodis cōsulēs: & iferebat hæc argumēta oībus populis, qui florerēt īperio, & Romanis quoqꝫ ipīs q totius orbis potirent dominio si iusti uelint eē: hoc est si aliena restituāt: ad casas eē redeundū, & in necessitate ac miseriis iacendū: tum omissis omnibus ad ꝓpria ueniebat. Bonus uir inqt si habeat seruū fugitiuum: uel domum īsalubrē ac pestilentē: quæ uitia solus sciat, & iō ꝑscribat ut uendat, utrum ne profitebitur fugitiuum seruum ac pestilētem domum se uēdere

Iura sibi hoīes ꝓ utilitate sanxisse. Iustitiā aut nullā esse aut sūmā stultitiam. Romani ꝓ iniuriā rapuerāt oīa

dere, an cælabit emptorem? Si ꝓfitebitur emptori fugitiuum esse, bonus qdem, qa nō fallet: sed tñ stultus iudicabit, quia uel puo uēdet: uel oīno nō uendet. Si cę lauerit, erit qdē sapiens, quia rei consulet. sed idē malus: qa fallet. Rursus si reperiat aliquē qui aurichalcū se putet uēdere: cū sit illud aurū, aut plumbū cū sit argētum tacebit ne ut id paruo emat, an id indicabit ut magno? Stultū plane uī emere malle magno. Vnde intelligi uolebat & eū qui sit iustus ac bonus stultum esse: & eum qui sapiens malū. Et tñ fine ꝓnitie fieri posse: ut sint hoīes pauptate contenti. Transibat ergo ad maiora in quibus nemo potest sine periculo uitæ iustus eē. Dicebat. n. nempe iustitia est hominem non occidere, alienū prorsus non attingere. Q uid ergo iustus faciet, si forte naufragium fecerit, & aliquis imbecillior uiribus tabulam cœperit: nonne illum a tabula deturbabit, ut ipse conscendat, eaqꝫ nisus euadat? Cum maxime sit nullus medio mari testis? si sapiēs ē faciet. Ipsi. n. pereūdum est nisi fecerit. Si aūt mori maluerit, q̄ manus iferre alteri: iam uero iustus ē: sed stultus: qui uitæ suæ non parcat dum parcit alienæ. Item si acie suoꝝ fusa hostes insequi cœperint: & iustus ille nactus fuerit aliquem saucium equo insidentem: ei ne parcet ut ipse occidatur, an deiiciet ex equo ut ipse possit hostē effugere? Q uod si fecerit sapiens: sed idem malus. Si non fecerit, iustus: sed idē stultus sit necesse est. Ita ergo iustitiā cum in duas partes diuisisset, alterā ciuilē eē dicēs: alteram naturalem: utrāqꝫ subuertit: qꝫ illa ciuilis sapientia sit quidem: iustitia non sit. Naturalis aūt illa iustitia sit quidem, sed non sit sapientia. Arguta hæc plane & uenenata sunt, & quæ M. Tul. nō potuerit refellere. Nā cū facit Læliū Furio tñdēte: proqꝫ iustitia dicētem irrefutata hæc tanquā foueā est ꝑgressus: ut uideat idē Lælius nō naturalē q̄ in stultitiæ crimē uenerat: sed illā ciuilem defendisse iustitiam, quā Furius sapientiam quidem esse concesserat: sed iniustam.

Aurichalcum auro uilius.

Iustitia naturalis & ciuilis.

¶ Contra Carneadem, qꝫ nec stultus pōt eē iustus nec sapiēs iniustus: Et qꝫ inno centibus & iustis deus semp optime cōsulit: & necessaria ꝓuidet: quæ patēt ex definitione stultitiæ & sapiæ. & quæ sit cogitatio hoīs & dei. Cap. XVIII.

QVod ad præsentem disputationē ꝑtinebat, oñdi quō iustitia similitudinem stultitiæ gerat, ut appareat nō sine causa decipi eos: q putāt nr̄æ religionis hoīes stultos eē: qui talia uideant facere, qualia ille proposuit. Nūc maius a me exigi sentio: ut ostēdā quare iustitiā deus stultitiæ specie conuolutā ex oculis hoīum uoluerit auferre, si prius Furio respōdero: qa paꝝ plene respōdit Lælius. q profecto licet sapiēs fuerit (ut uocabat) patrocinari tñ ueræ iustitiæ nullo modo poterat: quia caput ipm fontemqꝫ iustitiæ nō tenebat. Nobis autē facilior est ipsa defensio, quibus cælesti beneficio familiaris ē: ac penitus nota iustitia, quiqꝫ illā nō noie: sed re: nouimus. Nam Plato & Aristoteles honesta quidem uoluntate iustitiam defendere cupierunt: effecissentqꝫ aliquid, si conatus eoꝝ bonus: si eloquētiam: si uirtutē ingenii, diuinaꝝ quoqꝫ rerum doctrina iuuisset. Itaqꝫ opus illorū inane atqꝫ inutile iacuit, nec cuiquā hominū persuadere potuerunt, ut eoꝝ præscriptio uiueret: quia fundamentum a cælo disciplina illa non habuit, nostrum opus certius sit, necesse est quod deus docuit. Illi enim depingebant uerbis, & imaginabantur iustitiam, quæ

Lælius sapiens.

in conſpectu non erat, nec præſentibus exemplis confirmare poterant quæ aſſere bant. Reſponderi. n. poſſet ab audientibus nō poſſe ita uiui: ſicut illi ſua diſputatione p̄ſcripſerūt adeo ut nulli adhuc extiterint: qui id genus uitę ſequerent̄. Nos aūt non uerbis modo, ſed etiā exēplis ex uero petitis uera eē quæ a nobis dicunt̄: oſtendamus. Senſit igit̄ Carneades quæ ſit natura iuſtitiæ, niſi q̄ pax alte proſpexit ſtultitiam nō eſſe. quāquam intelligere mihi uidear qua mente id fecerit. Non enim uere exiſtimauit eum ſtultū eē, qa iuſtus eſt. Sed cum ſciret non eē: & rationem tñ cur ita uideret̄ non cōprehenderet uoluit oſtendere, latere in abdito ueritatem, ut decretum diſciplinæ ſuæ tueret̄: cuius ſumma ſententia eſt nihil percipi poſſe. Videamus ergo utrum ne iuſtitia fœdus aliquod habere cū ſtultitia poſſit. Iuſtus inquit ſi aut æquū ſaucio: aut tabulā naufrago non ademerit: ut ipſe animam ſuā liberet: ſtultus eſt. Primum omnium nego ullo modo fieri poſſe: ut homini qui quidem uere iuſtus ſit, eiuſmodi caſus ueniat, quia iuſtus neq; cuiq; irato inimicus, nec cuiquā omnino appetit alienum. Cur enim nauiget, aut quid petat ex aliena terra: cui ſufficit ſua? Cur aut belligeret: aut ſe alienis furoribꝰ miſceat in cuius animo pax cum hominibus perpetua uerſet̄? Scilicet peregrinis mercibus, aut humano ſanguine delectabitur? qui neq; lucrum ſciat appetere, cui ſufficit uictus: & non modo ipſe cædem facere ſed intereſſe faciētibus, ac ſpectare ducat nefas? Sed omitto iſta quoniam fieri poteſt: ut uel inuitus ad hæc ſubeunda cogatur. Adeo ne ergo iuſtitiā o Furi, uel potius o Carneade cuius ē illa omnis ratio tam inanem: tam ſupuacuam, tanq; contemptam deo putas, ut nihil poſſit nihilq; habeat in ſeſe, quod ad cuſtodiā ſui ualeat? Sed uidelicet q̄ ſacramētum hominis ignorant, ideoq; ad hanc uitam temporalem referunt omnia: quanta ſit uis iuſtitię ſciræ non poſſunt. Nam & cum de uirtute diſputant, quāuis intelligant erumnis ac miſeriis eē, pleniſſimam: tamen expetendam eſſe aiūt ſua cauſa. Eius enim prę mia, quæ ſunt æterna & immortalia nullo modo uidēt ſic rebus omnibus ad hāc præſentem uitam relatis: uirtutem plane ad ſtultitiam redigunt. Siquidem tantos huius uitæ labores fruſtra & inaniter ſuſcipit. Sed hæc alio loco plenius: Interim de iuſtitia (ut cœpimus) cuius tanta uis eſt: ut cum oculos in cælū ſuſtulerit a deo mereat̄ omnia. Recte igit̄ Flaccus tantam eſſe dixit innocētiæ uim, ut ad tutelam ſui non egeat nec armis, nec utribus, quacūq; iter fecerit.

Hotatii locus ex odiſ

Integer uitæ: ſceleriſq; purus
Non eget mauris iaculis: nec arcu:
Nec uenenatis grauida ſagittis
Fuſce pharetra,
Siue per ſyrtes iter æſtuoſas:
Siue facturus per inhoſpitalem
Caucaſum, uel quæ loca fabuloſus
Lambit Hydaſpes.

Non poteſt ergo fieri: quin hominem iuſtum inter diſcrimina tempeſtatum, atq; bellorꝫ, cæleſtis tutela cuſtodiat: ac nō etiā ſi cum parricidis & nocētibus nauiget, aut malis quoq; p̄liat̄, ut una iuſta & innocēs aīa liberet̄: aut certe pereuntibus cęteris ſola ſeruet̄ ſed concedamus poſſe fieri quod proponit philoſophus, quid ergo iuſtus faciet: ſi nactus fuerit: aut in equo ſaucium: aut in tabula naufragum? nō inuitus confiteor: morietur potius q̄ occidet: nec ideo tñ iuſtitia quod ē ſingulare hominis bonum, ſtultitiæ nomen accipiet, quid enim melius quid carius homini

eſſe debet q̄ innocentia? quæ utiq; tanto perfectior ſit neceſſe eſt, quāto illam produxeris ad extremum moriq; malueris, nequid de innocentiæ ratione minuatur: ſtultitia eſt inquit alienæ animæ parcere cū pnicie ſuæ. Num etiā pro amicitia perire ſtultū iudicabit̄? Q uid ergo familiares illi pythagorici laudant̄ a uobis: quorum alter ſe tyrāno uadē mortis pro altero dedit, alter ad præſtitutū tēpus: cū iā ſponſor eius duceretur, præſentiā ſui fecit, eumq; interuētu ſuo liberauit, quorū uirtus in tāta gloria nō haberetur, cum alter pro amico: alter ēt pro fide mori uoluit, ſed ſtulti putarent̄. Deniq; ob hāc ipſam uirtutem tyrānus his gr̄am rettulit utrūq; ſeruādo, & hoīs crudeliſſimi natura mutata eſt. Q uin ēt deprecatus eē dicit̄ ut ſe tertiū in amicitiā reciperēt, nō utiq; tāq̄ ſtultos: ſed tāq̄ bonos & ſapientes uiros. Itaq; nō uideo quare cū pro amicitia & fide mori ſumma gloria cōputetur, nō etiam pro innocētia perire ſit homini glorioſum. Ergo ſtultiſſimi ſunt qui nobis crimini dant mori uelle pro deo, cum ipſi eum qui pro hoīe uoluit mori in cælum ſummis laudibus tollant. Deniq; ut concludam diſputationem non poſſe eundem ſtultum eſſe ac iuſtum, & eundem ſapientem, & iniuſtum docet ipſa ratio. Q ui enim ſtultus eſt, quid ſit bonum ac iuſtū neſcit, & ideo ſemper peccat. Ducitur enim quaſi captiuus a uitiis, nec reſiſtere ullo mō poteſt, quia caret uirtute, quam neſcit. Iuſtus autem ab omni peccato ſe abſtinet, quod aliter facere non poteſt, quam ſi habeat recti prauiq; notitiam. Rectum autem diſcernere a prauo quis poteſt niſi ſapiens? Ita fit, ut nunq̄ poſſit iuſtus eſſe qui ſtultus eſt: neq; ſapiens qui fuerit iniuſtus. Q uod ſi eſt ueriſſimum manifeſtum eſt eum qui aut naufrago tabulam, aut equum ſaucio non ademerit, ſtultum non eſſe, quia hoc facere peccatum eſt a quo ſe ſapiens abſtinet. Videri tamen & ipſe profiteor, per hominum errorem ignorantium cuiuſq; rei proprietatem. Itaq; omnis hæc quæſtio nō tam argumentis q̄ diffinitione diſſoluitur. Stultitia igitur eſt in factis dictiſq; per ignorantiam recti ac boni erratio. Ergo ſtultus non eſt, qui ne ſibi quidem parcit dummodo alteri non noceat: quod eſt malum. Q uod quidē nobis & ratio & ueritas ipſa p̄ſcribit. In omnibus enim uidemus aialibus quia ſapientia carent: conciliatricem eſſe naturam. Nocent enim aliis ut ſibi proſint, neſciūt enim quia malum eſt nocere. Homo uero qui ſciam boni ac mali habet, ſe abſtinet a nocēdo, & cum ineōmodo ſuo: quod aīal irrationale facere nō pōt. Et iō inter ſummas hoium uirtutes innocētia numerat̄, qbus rebus apparet ſapientiſſimū eē: qui maluit pire ne noceat, ut id officiū quo a mutis diſcernit̄, ſeruet. Nā qui uendētis errorē non redarguit ut aurū paruo emat, aut qui nō p̄fitet̄ ſeruū fugitiuū, uel pæſtilentē ſe domum uendere, lucro & cōmodo ſuo cōſulens, nō eſt ille ſapiens ut Carneades uideri uolebat, ſed callidus & aſtutus. Calliditas & aſtutia in multis quoq; aialibus ſunt, uel cū inſidiant̄ aliis & dolo capiūt ut deuorēt: uel cū inſidias alioꝫ uario genere deludūt. Sapiētia uero in hoīem ſolū cadit. Sapiētia. n. eſt intelligentia uel ad bonū rectūq; faciēdū: uel abſtinētia delictorꝫ factorūq; ꝓborū. Lucro aūt nunquam ſapiens ſtudet, quia bona hæc terrena contēnit, nec quēquā falli patitur, qa boni uiri officium eſt errores hominum corrigere, eoſq; in uiam reducere. Siquidem ſocialis hominis eſt ac benefica natura, qua ſola cognitionē cum deo habet,

Damon & Pythias amicitiæ exemplū.

Stultꝰ ſem per peccat.

Iuſtus eſſe ſtultus nō poteſt.

Stultitia quid.

Sapientia quid.

¶ Quod ignoratio immortalitatis & dei ueri prædictoꝝ erroꝝ cā eſt, & mortē meretur æternā. Et q̄ homo nō ſit hoīs genitor: ſed miniſter generatiōis. Et quare deus ueram ſapientiā uoluit ſub ſpecie ſtultitiæ occultari. Cap. XIX.

SEd nimirū hæc cā efficit: ut ſtultus eē uideaᵗ, qui egere aut mori malit, q̄ noceat uel eripiat aliquid alteri, q̄ hoīem morte deleri putant. Ex eaq̄ perſuaſione oēs tum uulgi, tum etiam philoſophoꝝ naſcuntur errores. Si enim poſt mortē nihil ſumus, profecto ſtultiſſimi eſt hominis non huic uitæ conſulere, ut ſit q̄ diutina & cōmodis omnibus plena. Quod qui faciet, a iuſtitiæ regula diſcedat neceſſe eſt. Si autem ſupereſt homini uita melior & longior, quod & philoſophorum magnorum argumentis: & uatam reſponſis, & prophetarum diuinis uocibus diſcimus: Hanc præſentē cū ſuis bonis cōtēnere ſapiētis eſt, cuius oīs iactura immortalitate penſaᵗ. apud Ciceronem idē ipſe iuſtitiæ defenſor Lælius uult inquit plane uirtus honorē. nec eſt uirtutis ulla alia merces. Eſt plane & quidem uirtute digniſſima, quā tu Læli nequaq̄ poteras ſuſpicari. Nihil. n. diuinarū noueras literaꝝ. quā tamen illa (inquit) accipit, facile exigit nō acerbe. Erras uehemēter: ſi putas ab homine præmiū ſolui poſſe uirtuti. Cum ipſe alio loco ueriſſime diſſeras: huic uero quas diuitias obiicies? quæ imperia? quæ regna? qui iſta putat humana, ſua bona diuina iudicat. Quis ergo te ſapiētē Læli putet, cū ipſe tibi loquaris contraria? Et paulopoſt adimis uirtuti quæ dediſti. Sed uidelicet ignorātia ueri facit incertam labantemq̄ ſententiā. Deinde quod adiungis. Sed ſi aut ingrati uniuerſi, aut inuidi multi, aut inimici potētes: ſuis uirtutem p̄miis ſpoliāt. O quā fragilē quā inanē uirtutē induxiſti, ſi ſpoliari pōt ſuo præmio. Quæ ſi bona ſua diuina iudicas (ut aiebas) qui poſſint exiſtere tam ingrati, tam inuidi, tam potentes, qui uirtutē ſpoliare ualeant his bonis, quæ fuerint in eā collata diuinitus? Ne illa ſe inquit multis ſolatiis oblectat: maximeq̄ ſuo decore ſeipſam ſuſtētat? Quibus ſolatiis, quo decore, cū in crimen ſæpe ueniat, & in pœnā decor ille uertaᵗ. Quid. n. ſi (ut Furius dicebat) rapiaᵗ, uexeᵗ exterminēᵗ? egeat: auferanᵗ ei manus: effodianᵗ ei oculi, dāneᵗ uinciaᵗ, uraᵗ, miſeris ēt modis neceᵗ: perdet ne ſuū p̄mium uirtus? An potius peribit ipſa? Minime. Sed & mercedē ſuā deo iudice accipiet, & uiuet, & ſemper uigebit. Quæ ſi tollas, nihil pōt in uita hoīum tam inutile: tam ſtultū uideri eſſe, quā uirtus: cuius naturalis bonitas & honeſtas docere nos pōt: aīam nō eē mortalē, diuinūq̄ illi a deo præmiū cōſtitutū. Sed iccirco uirtutem deus ſub perſona ſtultitiæ uoluit eē cælatā: ut myſterium ueritatis ac religionis ſuæ eēt arcanū ut has religiōes: ſapiētiāq̄ terrenā extollētē ſe altius ſibiq̄ multū placētē, uanitatis erroriſq̄ dānaret, ut ꝓpoſita deniq̄ difficultate per anguſtiſſimos tramites ad immortalitatis p̄miū ſublime perduceret. Docui (ut opinor) cur populus noſter apud ſtultos ſtultus habeatur. Nā cruciari atq̄ interfici male, q̄ thura tribus digytis cōprehēſa in focū iactare: tam ineptū uideᵗ, quā in periculo uitæ alterius aīam magis curare quā ſuā. Neſciūt. n. q̄tū ſit nefas adorare aliū p̄terq̄ deū, qui cōdidit cælū ac terrā, qui humanū genus finxit: inſpirauit: luce donauit. Quod ſi ſeruoꝝ nequiſſimus habeᵗ: qui dominū ſuū fuga deſerit, iſq̄ uerberibus uinculis ergaſtulo:

Virtutis unica merces honor

Virtutis laus.

Chriſtiani pro ſtultis habebanᵗ.

ſtulo & cruce: & omni malo digniſſimus iudicatur. Et ſi filius eodem modo perditus atq̄ impius exiſtimatur: qui patrem ſuum dereliquerit ne illi obſequatur, ob eamq̄ cauſam dignus putatur: quod ſit exhæres, & cuius nomen de familia in perpetuum deleatur. Quāto magis qui deum deſerit, in quem duo uocabula domini & patris æque ueneranda conueniunt? nam ille qui ſeruum pretio cōparat: quid in eum beneficii confert: preterquā alimēta: quæ illi utilitatis ſuæ gratia ſubminiſtrat? Et qui filium generat non habet poteſtatem ut concipiatur: & naſcaᵗ: ut uiuat. Vnde apparet non eſſe illum patrem: ſed tantummodo generandi miniſtrum. Quibus ergo ſuppliciis dignus eſt deſertor eius, qui dominus uerus, & pater eſt, niſi quæ deus ipſe conſtituit? qui ſpiritibus iniuſtis æternum parauit ignem, quod ipſe per uates ſuos impiis ac rebellibus comminatur.

¶ De inſania eorum, qui deos colunt, & non audent ratione contendere cū fidelibus, & quare ſacramētoꝝ ſuoꝝ ſilentium indicant. Et q̄ religio per patientiā defendenda eſt, & ratiōe potius q̄ ſæuitia, ferro, uel igne. Et quantum, & in quibus differunt religionis ueræ cultus & falſæ. Cap. XX.

DIſcant igitur & ſuarum & alienarum interfectores animarū, q̄ inexpiabile facinus admittant. Primū q̄ ſeipſos iugulant perditiſſimis dæmonibus ſeruiendo quos deus in æterna ſupplicia dānauit, deinde q̄ nec ab aliis deum coli patiūtur. ſed aduertere homines ad mortifera ſacra contendunt, nituntur q̄ ſumma diligentia, nequa ſit anima incolumis in terra quæ ſaluo ſtatu ſuo ſpectet in cælū. Quid aliud dicam q̄ miſeros, qui prædonum ſuorum inſtigationibus parent, quos deos eſſe opinantur, quorum neq̄ conditionem, neq̄ originem, neq̄ noīa, neq̄ rōnem ſciunt? Sed inhærentes perſuaſioni uulgari libenter errant: & ſtultitiæ ſuæ fauēt. A quibus ſi perſuaſionis eius rōnem requiras, nullā poſſint reddere, ſed ad maiorum iudicia confugiunt. Quod illi ſapiētes fuerint illi probauerint, illi ſciuerint: quid eēt optimū, ſeq̄ ipſos ſenſibus ſpoliant, ratione abdicant, dum alienis erroribus credūt. Sic ſpliciti rerū ignorātia: nec ſe, nec deos ſuos norunt. Atq̄ utinā ſoli errare, ſoli deſipere uellent. Alios etiam in conſortium mali ſui rapiunt, quaſi habituri ſolatiū de perditiōe multoꝝ. Sed hæc ipſa ignorātia efficit, ut in perſequendis ſapiētibus tam mali ſint fingūt ſe illis conſulere: illos ad bonam mētem uelle reuocare. Num igitur hoc ſermone aut aliqua ratiōe reddita facere nitūtur? Minime. Sed ui atq̄ tormentis. O mira & cæca dementia in his putatur mala mens eſſe: qui fidē ſeruare conātur, in carnificibus aūt bona. in his ne mala mens eſt, qui cōtra ius humanitatis: cōtra fas omne laceranᵗ? An potiuſ in his, qui ea faciunt in corporibus innocētiū, quæ nec ſæuiſſimi latrōes: nec iratiſſimi hoſtes, nec īmaniſſimi barbari aliq̄n fecerunt? Adeo ne etiā ſibi mētiunᵗ: ut uiciſſim boni ac mali nomina tranſferant, & immutent? Quid ergo non diem noctem uocant: ſolem tenebras? Alioquin eadem imprudentia eſt bonis malorum nomen imponere: ſapientibus ſtultoꝝ: iuſtis impioꝝ, quinimmo ſi qua illis fiducia eſt: uel in philoſophia: uel in eloquētia armēt ſe: ac refellāt hæc noſtra: Si poſſunt: congrediantur cōminus: & ſingula quæq̄ diſcutiāt. Decet eos ſuſcipere defenſionē deoꝝ ſuorum: ne

si nostra inualuerint(ut cottidie inualescunt)cum delubris suis ac ludis deseran/
tur.Et quoniã nihil possunt.Augetur.n.religio dei quãto magis premitur ratione
magis & hortamẽtis agant.Procedant in medium põtifices,seu minores seu ma/
ximi.flamines,augures.Item reges,sacrificoli,quiq; sunt sacerdotes,& antistites
religionum.Conuocẽt nos ad concionem, cohortentur nos ad suscipiendos cul/
tus deorum,persuadeant multos esse,quorum numine:ac prouidentia regantur
omnia,ostendant origines & initia sacrorum ac deoꝝ,quomodo sint mortalibus
tradita,qui fons:quæ ratio'sit explicent, proferant quæ merces in cultu, quæ pœ/
na in cõtẽptu maneat,quare ab hominibus se coli uelint,quid illis si beati sunt hu
mana pietas conferat. Q uæ omnia nõ assueratiõe propria, nec enim ualet quic/
quam mortalis hominis authoritas sed diuinis aliquibus testimoniis cõfirmẽt:si-
cuti nos facimus.Non est opus ui & iniuria:quia religio cogi nõ põt: uerbis poti
us q̃ uerberibus res agenda est,ut sit uolũtas:distringant aciem oculoꝝ suorũ: Si
ratio eoꝝ uera est,asseratur,parati sumus audire,si doceãt: tacentibus certe nihil
credimus:sicut sæuientibus quidem cædimus.Imitẽtur nos,ut rõnem totius rei
exponant.Nos.n.non illicimus(ut ipsi obiectãt)sed docemus,ꝓbamus: ostendi
mus.Itaq; nemo a nobis retinetur inuitus,inutilis est.n.deo,qui fide ac deuotione
caret.Et tñ nemo discedit ipsa ueritate retinẽte.Doceant isti hoc modo si qua illis
fiducia ueritatis est.loquãtur:discãt,audeãt inquã disputare nobiscũ aliquid eius
modi:iã profecto ab aniculis,quas cõtẽnũt,& a pueris nostratibus error illoꝝ ac
stultitia ridebitur.Cum enim sint peritissimi : deorumq; progeniem & res gestas
& imperia,& interitus,& sepulchra de libris nouerint : ipsosq; ritus quibus sunt
initiati ex rebus gestis hoium,uel ex casibus,uel etiã ex moribus natos sciant, in/
credibilis demẽtia est deos putare,quos fuisse mortales negare non audeant,uel si
tam impudentes fuerint,ut negent,suæ illos ac illorum literæ coarguent, ipsa de/
niq; illos sacroꝝ initia conuincent.Sciant igitur ex hoc ipso quãtum interfit inter
uerum & falsum,quando ipsi qui sunt eloquentes persuadere non possunt,impe
riti ac rudes possunt,quia res ipsa & ueritas loquitur.Q uid ergo sæuiũt? ut stul-
titiam suam dum minuere uolunt augeant? longe diuersa sunt carnificina & pie-
tas:non potest pietas cum ui,aut iustitia cum crudelitate cõiungi . Sed merito nõ
audent de rebus quicq̃ docere diuinis, ne a nostris derideantur, & a suis deseran-
tur.Nam forte uulgus,cui simplex ĩcorruptumq; iudicium est,si mysteria illa co-
gnoscat,in memoria mortuorum constituta damnabit, aliudq; uerius quod colat
quæret.Hinc fida silẽtia sacris cõstituta sunt ab hominibus callidis,ut nesciat po-
pulus quid colat.Cum autem nos in eorum doctrinis uersemur,cur nobis aut no
stris nõ credunt,qui utrumq; nouimus? aut inuidẽt,quia falsis uera prætulimus?
sed defendenda sunt inquiũt publice suscepta sacra.O q̃ inhonesta uoluntate mi
seri errant.Sentiunt enim nihil esse in rebus humanis religione præstantius,eãq;
summa ui oportere defendi,Sed ut in ipsa religione,sic in defensionis genere fal-
luntur.Defendenda enim religio est non occidendo, sed monendo, non sæuitia,
sed patientia, non scelere, sed fide. illa enim malorum sunt, hæc bonorum : Et
necesse quidem est bonum in religione uersari non malum . Nam si sanguine, si

Religio cogi non potest.

Mysterio/rũ silentiũ.

Religio qũo defen denda.

tormentis

tormentis:si malo religionem defendere uelis:iam nõ defendetur illa,sed pollue-
tur & uiolabitur.Nihil est enim tam uoluntarium quam religio:in qua si animus
sacrificãtis auersus est,iam sublata,iã nulla est.Recta igitur ratio est, ut religio-
nem patiẽtia uel morte defendas,in qua fides cõsecrata & ipso deo grata est,& re
ligioni addit authoritatem.Nam si iis qui in hac terrestri militia regi suo fidẽ ser
uat in aliquo egregio facinore,si postea uixerit acceptior fit & carior: Si perierit,
summam cõsequitur gloriam:quod pro duce suo morte occubuerit:Q uãto ma
gis imperatori omnium deo fides seruãda est qui nõ tãtũ uiuentibus:sed & mor
tuis præmium potest uirtutis exoluere.Igitur dei cultus quoniam militiæ cælestis
est:deuotionẽ maximã fidemq; desiderat . Q uomodo enim deus aut amabit co/
lentem si ipse nõ ametur ab eo? Aut præstabit præcanti quicquid orauerit : cũ ad
precandum nemo neq; ex animo neq; obseruãter accedat? Isti autem cum ad sa-
crificãdum ueniũt nihil intimum:nihil proprium diis suis offerunt:non integrita
tem mentis:non reuerẽtiam:nõ timorem.Peractis itaq; sacrificiis inanibus: om/
nem religionem in templo & cũ templo sicut uenerãt relinquunt . nihilq; secũ ex
ea neq; afferunt,neq; referunt . Inde est q̃ eiusmodi religiones nec bonos facere
possunt.neq; firmæ ac immutabiles esse. Traducuntur itaq; ab his hoies facile qa
nihil ibi ad uitã:nihil ad sapiẽtiã:nihil ad fidem discitur. Q uæ est enim superfti-
tio illorum deorum? quæ uis? quæ disciplina? quæ origo? quæ ratio? quod funda
mentum? quæ substãtia? quo tẽdit? aut quid pollicet? ut ab hoie possit fideliter
seruari:fortiterq; defendi? In qua nihil aliud uideo, q̃ ritum ad solos digitos perti
nentem.Nostra uero religio eo firma est,& solida & ĩmutabilis quia iustitia do/
cet:quia nobiscum semper est:quia tota in aio colẽtis est,quia mẽtem ipsam pro
sacrificio habet,illic nihil exigitur aliud q̃ sanguis pecudũ,& fumus: & inepta li-
batio.Hic bona mens hic purum pectus,innocẽs uita:illuc ueniunt sine delectu
adulteræ:ĩpudicæ,lenæ,procaces,& obscœnæ:meretrices. Veniunt gladiatores:
latrones:fures:uenefici,& precant nihil aliud quam ut scelera ĩpune cõmittant.
Q uid enim latro sacrificans:aut gladiator roget,nisi ut occidat? Q uid uenenari-
us,nisi ut fallat? Q uid meretrix,nisi ut plurimum peccet? Q uid adultera,nisi ut
mortem uiri optet,aut ut sua impudicitia cælet? Q uid læna,nisi ut multos bonis
exuat? Q uid fur,nisi ut plura rapiat.Hic uero etiã leui cõmuniq; peccato locus
nullus est.Et si quis ad sacrificiũ non integra cõscientia uenerit, audit quæ illi de/
us cõminet,ille qui latebras cordis uidet,qui peccatis semper infestus est & exi/
git iustitiã:qui fidẽ poscit.Q uis huic malæ mẽti aut malæ preci locus est? At illi
infelices nec ex sceleribus suis intelligũt quã malũ sit quod colũt . qñquidem fla/
gitiis oibus inquinati ueniũt ad precãdũ:& se pię sacrificare opinãtur: si cutem la
uerint,tanquã libidinem intra pectus inclusam ulli amnes abluant,aut ulla maria
purificent.Q uanto satius est mẽtem potius eluere,quæ malis cupiditatibus for-
didatur,& uno uirtutis ac fidei lauacro uniuersa uitia depellere . Q uod qui fece-
rit quodlibet inquinatum ac sordidum corpus gerat,satis purus est.

Venenari-us.

Ablutio in sacris.

¶ Q uod hostes suos adorat stulta gentilitas,quoꝝ cultus non modo christiani,
sed & philosophi & domestici cultores deorum destruunt. Cap. XXI.

ISti aũt quia neſciunt quid uel qũo ſit colẽdum, cæci & imprudentes in cõtrarium cadũt. Adorãt itaq; hoſtes ſuos: latrones & interfectores ſuos uictimis placãt. Et aĩas ſuas cum thure ipſo cremãdas atis deteſtabilibus ĩponũt. Iraſcũtur ẽt miſeri q; nõ ſimiles alii pereãt ĩcredibili mẽtiũ cæcitate. Q uid enim uideãt, qui ſolẽ non uidẽt? quaſi uero ſi dii eſſent, indigerẽt hoĩum auxilio aduerſus cõtẽptores ſuos: q̃d ergo nobis iraſcũtur: ſi illi nihil poſſunt, niſi q; ipſi deos ſuos deſtruunt, de quorum poteſtate diffidũt magis irreligioſi, q̃ qui oĩno nõ colũt: Cicero in ſuis legibus cũ caſte ad ſacrificia p̃ciperet accedere, pietatẽ inquit adhibeto, opes amoueto. qui ſecus faxit, Deus ipſe uindex erit. Recte hoc quidẽ. Neq; enim fas eſt deſpare de deo, quẽ iõ colas: quia potẽtem putes. Nã qũo uindicare colẽtis iniuriã põt qui ſuã nõ põt? Libet igit̃ ex his quærere, cui potiſſimũ p̃ſtare ſe putẽt cogẽdo inuitos ad ſacrificiũ. His ne quos cogũt? at nõ eſt beneficiũ quod ingerit̃ recuſanti: ſed cõſulendum eſt etiã nolẽtibus, q̃ quod bonũ ſit neſciũt. Cur ergo tã crudeliter uexãt debilitant, cruciãt, ſi ſaluos eſſe uolũt? Aut unde pietas tam impia, ut eos miſeris modis aut perdãt, aut inutiles faciãt, quibus uelint eſſe cõſultũ? An uero diis præſtant? at nõ eſt ſacrificium, quod exprimit̃ ab inuito. niſi enim ſponte atq; ex animo fiat, execratio eſt: cum hoĩes proſcriptione: iniuriis, carcere: tormentis adacti faciunt. Si dii ſunt iſti, qui ſic coluntur, uel propter hoc ſolũ colendi nõ ſunt, q; ſic coli uolunt, digni. ſ. deteſtatione hoĩum quibus cũ lachrymis, cũ gemitu, cũ ſangui ne de membris oĩbus fluente libatur. At nos cõtra, non expetimus ut deũ noſtrũ qui eſt oĩum creator: uelit, nolit: colat aliquis inuitus: nec ſi nõ coluerit iraſcimur. Cõfidimus enim maieſtati eius: qui tam cõtemptũ ſui poſſit ulciſci: q̃ ſeruoꝝ ſuorũ labores & iniurias. Et iõ cum tam nefanda perpetimur ne uerbo quidem reluctamur. Sed deo remittimus ultionem, non ut hi faciunt, qui defenſores ſe eſſe deoꝝ ſuoꝝ uideri uolũt: & ſæuiũt efferate aduerſus nõ colẽtes. Ex quo ĩtelligi datur, q̃ nõ ſit bonũ deos colere: quoniã bono potius adducendi homines ad bonũ fuerãt non malo. Sed quia illud malũ eſt, etiã officium eius bono caret. At enim puniẽdi ſunt qui deſtruũt religiões. Num peius nos deſtruimus q̃ natio Ægyptiorũ, qui turpiſſimas beſtiarum ac pecudum figuras colunt, quædam etiam pudenda dictu tanquam deos adorant. Num peius q̃ iidem ipſi qui cum deos ſe colere dicant, tñ eos publice turpiterque derident: de quibus etiam per mimos agi, cum riſu & uoluptate patiuntur. Q ualis hæc religio aut quanta maieſtas putanda eſt, quæ adoratur in templis illuditur in theatris? Et qui hæc fecerint, non pœnas uiolati numinis pendunt, ſed honorati etiam laudatiq; diſcedũt. Num peius nos deſtruimus, quam quidam philoſophi qui omnino nullos deos eſſe aiunt? Sed omnia ſua ſponte eſſe nata: omnia fortuitu fieri quæ geruntur? Num peius quã epicurei, qui eſſe quidem deos, ſed curare quicquam negant, neq; iraſci eos, neq; gratia cõmoueri? Q uibus dictis utiq; perſuadent colendos omnino non eſſe. Siquidem nec colentes reſpiciunt, neq; non colẽtibus iraſcuntur. Præterea cum contra metus diſſerunt, nihil aliud efficere conãtur, quam ut nemo deos timeãt. Et hæc tamen ab hominibus & audiuntur libenter & diſſeruntur impune.

¶ Quare

¶ Quare maligni ſpiritus inſtigent cultores ſuos in perſecutionem fidelium: & quare uera religio uideat̃ inanis. Cap. XXII.

QVon ergo ideo aduerſus nos inſaniunt: quia dii non colũtur a nobis, a multis enim non coluntur, ſed quia ueritas penes nos eſt, quæ (ut eſt ueriſſime dictum) odium parit. Q uid igitur exiſtimabimus, niſi neſcire illos qui patiuntur? Pergit̃ enim cæco & irrationabili furore, quem nos uidemus: illi neſciunt: non enim ipſi homines perſequunt̃: qui cauſam cur iraſcant̃: innocentibus non habent, ſed illi ſpiritus contaminati ac perditi: quibus ueritas & nota eſt & inuiſa, inſinuant ſe mentibus eorum, & inſtigant neſcios in furorẽ. Hi enim quãdiu pax eſt in populo dei, iuſtos fugitant & pauent. Et cum corpora hominum occupant, animaſq; diu uexant, adiurantur ab his: & nomine ueri dei fugantur. Q uo audito & tremũt & exclamãt & uri uerberariq; ſe teſtantur, & interrogati qui ſint quando uenerint, quomodo in hominem irrepſerint, confitentur, ſic extorti & excruciati uirtute diuini nominis exulant: propter hæc uerbera & minas, ſanctos & iuſtos uiros ſemp oderũt. Et quia per ſe nocere his nihil poſſunt, publicis eos odiis perſequuntur quos ſibi graues ſentiunt: exercentq; ſæuitiam q̃ uiolentiſſime poſſunt, ut aut eorum fidem minuãt p dolorem, aut ſi id efficere non quiuerint, auferãt omnino de terra, neſint qui poſſint eorum nequitiam cohercere. Non me fugit quid reſponderi econtrario poſſit. Cur ergo deus ille ſingularis, ille magnus, quem rerum potẽtem, quem dominum omnium confiteris: hæc fieri patit̃ nec cultores ſuos aut uindicat, aut tuet̃? Cur deniq; qui eũ non colunt opulenti & potentes, & beati ſunt, & honoribus regnoq; potiunt̃, eoſq; ipſos ditioni ſuæ ac poteſtati ſubiectos habent? Reddẽda & huius ratio eſt rei, nequid remaneat erroris. Nam in primis hæc cã ẽ cur exiſtimet̃ religio dei uiui uim non habere, q; inducant̃ homines ſpe terrenorum ac præſentiũ bonoꝝ, quæ ad curã mentis nullo modo p̃tinẽt, quibus qa carere iuſtos uidẽt: & affluere iniuſtos: & dei cultũ inanẽ arbitrant̃, in quo ſi eſſe illa nõ cernũt: & deoꝝ ritus exiſtimãt ueros: qm̃ cultores eoꝝ & diuitiis: & honoribus: & regnis fruant̃. Veꝝ hi qui ſunt in hac exiſtimatiõe non p̃ſpiciũt alterius uim rationẽq; hominis: quæ tota nõ in corpore, ſed in mente eſt. Nihil enim uidẽt amplius: q̃ uidet̃ corpus. ſ. q; qa uidet̃ oculis manuq; tractabile eſt, imbecillũ: fragile: mortale eſt: cui ſunt illa omnia bona quæ cupiditati ac miraculo ſunt: opes: honores: ſperia: qm̃ corpori afferũt uoluptates, & ideo tam caduca ſunt q̃ corpus ipſum. Animus uero in quo ſolo eſt homo: qm̃ ſubiectus oculis nõ eſt: nec bona eius inſpici poſſunt, quæ in ſola uirtute ſunt poſita. & ideo tam ſtabilis: & conſtãs & perpetuus ſit neceſſe eſt, ſicut ipſa uirtus: in qua eſt animi bonum.

¶ Quare deus electos ſuos tradita ĩpiis ptãte uexari patiat̃. Cap. XXIII.

LOngum eſt uniuerſas uirtutum ſpecies p̃mere ut de ſingulis doceam q̃ neceſſe ſit ſapientem ac iuſtum uirum longe ab illis bonis abhorrere: quibus quia fruũtur iniuſti, deoꝝ cultus ueri, & efficaces eſſe creduntur: qd̃ ad præſentẽ p̃tinet qõnem ſatis ẽ ſi ex una uirtute id p̃bemus qd̃ intẽdimus. Nempe magna & præcipua uirtus eſt

Patientia quid.

patiẽtia:quã pariter & uulgi publicæ uoces & philoſophi, & oratores ſũmis laudibus cõcelebrãt.Q uod ſi negari non põt:q̃n ſumma ſit uirtus,neceſſe eſt iuſtũ & ſapientem uirum in poteſtate eſſe hominis iniuſti,ut capiat patientiã . Patientia eſt enim malor̃:quæ aut inferunt̃ aut accidunt cũ æquanimitate ꝓlatio. Ergo iuſtus ac ſapiens,quia uirtutem capit,habet in ſe patientiã : qua carebit omnino ſi nihil patietur aduerſi.Contra qui in rebus proſperis agit impatiens eſt & uirtute maxima caret.Impatientem dico:quia nihil patit̃.innocentiã quoq; ſeruare nõ poteſt,quæ & ipſa iuſto & ſapienti uiro ꝓpria eſt uirtus.Sed & nocet ſæpe & cõcupiſcit aliena & rapit quæ cupierit per iniuriã,quia uirtutis exps uitio peccatoq; ſubiectus eſt,& fragilitatis oblitus aĩo inſolẽter elato tumet.Inde iniuſti ac deum neſciẽtes:& diuitiis:& potẽtia:& honoribus florent.Hæc.n.cũcta iniuſtitiæ præmia ſunt,quia & perpetua eſſe nõ poſſunt:& per cupiditatẽ uiolentiãq; quærũtur.Iuſtus uero ac ſapiens:quia illa oĩa humana ſunt(ut eſt a Lælio dictum)ſua bona diuina iudicat,nec alienũ q̃quã cõcupiſcit,ne quẽ contra ius hũanitatis lædat oĩno:nec ullã potentiã honoremue deſiderat:ne cui faciat iniuriã.Scit.n.cunctos ab eodem deo & ab eodem cõditore generatos iure fraternitatis eſſe coniunctos.Sed & ſuo cõtentus & paruo,quia fragilitatis ſuæ memor nõ amplius quærit q̃ unde uitã ſuſtentet:& ex eoipſo,quod habuerit impartit̃ ẽt non habẽti quia pius eſt,pietas etiã ſumma uirtus eſt,& accidit ex eo q; uoluptates caducas uitio ſaſq; cõtemnit,quar̃ cauſa opes appetunt̃,quoniã cõtinens eſt ac libidinum uictor,& nihil tumoris ac inſolentiæ gerens,nõ extollit ſe altius:nec erigit ſupbum caput.Sed placidus & concors:& planus,& cõmunis eſt,quia cõditionẽ ſuã nouit.Cum ergo iniuriam nulli faciat & nec aliena rapiat,nec ſua quoq; ſi auferãtur defendat,cũ ſciat etiã illatã iniuriã moderate ferre,quia uirtute p̃ditus eſt,neceſſe eſt iuſtum hoĩem ſubiectum eſſe,iniuſto:& contumeliis ab inſipiente affici ſapientem,ut & ille peccet,quia iniuſtus eſt,& hic in ſeruitutẽ abeat: quia iuſtus eſt.

Bonis uiris multa mala cur accidant.

Si quis autem uolet ſcire plenius cur malos & iniuſtos deus potẽtes beatos & diuites fieri ſinat,pios contra humiles,miſeros,inopes eſſe patiatur,ſumat eum Senecæ librum,cui titulus eſt.Q uare bonis uiris multa mala accidãt, cum ſit prouidentia:in quo ille multa non plane impitia ſeculari: ſed ſapiẽter ac pene diuinitus elocutus eſt.Deus inquit hoĩes pro liberis habet,ſed corruptos & uitioſos luxurioſe ac delicate patit̃ uiuere,quia non putat emendatione ſua dignos.Bonos autẽ quos diligit,caſtigat ſæpius:& aſſiduis laboribus ad uſum uirtutis exercet,nec eos caducis ac mortalibus hoĩs corrũpi ac deprauari ſinit. Vñ nemini debet mirũ uideri.ſi pro nr̃is ſępe delictis caſtigamur a deo.Immo uero cũ uexamur ac præmimur,tum maxime gr̃as agimus ĩdulgentiſſimo patri:q; corruptelã noſtrã non patit̃ lõgius ꝓcedere,ſed plagis ac uerberibus emẽdat.Ex quo ĩtelligimus nos eẽ deo curæ:qm̃ cũ peccamus,iraſcit̃. Nã cum poſſet populo ſuo & opes:& regna largiri:ſicut dederat ante iudæis,quorũ nos ſucceſſores ac poſteri ſumus: iccirco enim uoluit ſub aliena ditiõe atq; impio degere:ne rer̃ proſperarum felicitate corruptus:in luxuriã laberetur:ac dei præcepta contẽneret : Sicut illi maiores noſtri qui ſæpe terrenis ac fragilibus his bonis eneruati:aberrauerunt a diſciplina legis

uinculaq;

uincula q; ruperunt.prouidit ergo quatenus cultoribus ſuis præſtaret quietem , ſi mandata ſeruaſſent & tamen eos emendaret,ſi p̃ceptis nõ obtẽperaſſent. Itaq; ne tam corrumperent̃ ocio,q̃ pres eor̃ licẽtia,premi eos ab his uoluit,in quorũ manibus collocauit,ut & labãtes confirmet:& corruptos ad fortitudinẽ reparet,& fidos experiat̃ ac temperet.Q ũo enim poteſt ĩperator militũ ſuor̃ ꝓbare uirtutẽ: niſi habuerit hoſtem? Et illi tñ aduerſarius exurgit iuito,qa mortalis ẽ,& uinci poteſt.Deo aũt qa repugnari nõ poteſt ipſe aduerſarios nomini ſuo excitat : nõ qui contra ipſum deum pugnent:ſed contra milites eius:ut deuotionẽ ac fidẽ ſuorum uel ꝓbet uel corroboret:donec p̃ſſuræ uerberibus defluẽtem corrigat diſciplinã. Eſt & alia cã cur aduerſus nos pſecutiones fieri ſinat,ut dei populus augeat̃.Nec eſt difficile monſtrare cur aut qũo illud fiat.Primũ fugãtur ad eor̃ cultoribus plurimi odio crudelitatis.Q ui.n.talia ſacrificia non horreant? Deinde placet q̃buſdã uirtus ac fides ipſa:nõnulli ſuſpicantur deor̃ cultũ non ſine cã malũ putari a tam multis hoĩbus:ut emori malint:q̃ id facere,qd alii faciunt ut uiuant.Aliqui cupiũt ſcire qdnam ſit illud bonum,qd ad mortem uſq; defenditur,quod oĩbus quæ in hac uita iocũda & cara ſunt p̃fertur:a quo nec bonorum,nec lucis amiſſio nec dolor corpis,nec uiſcerum cruciamenta deterrent. Valẽt hæc plurimũ,ſed illæ maxime cauſæ noſtror̃ numerũ ſemp auxerũt. Audit circũſtãs populus inter ipſa tormenta dicẽtes.nolle ſacrificare lapidibus humana manufactis : ſed deo uiuo,qui ſit in cælo.Multi hoc uerũ eẽ intelligũt,& in pectus admittunt.Deinde ut fieri ſolet in rebus incertis,dũ inter ſe inuicẽ quærũt,quæ ſit huius pſeuerãtiæ cã : multa q̃ ad religionẽ ptinent diuulgata,ac p rumorẽ uiciſſim aucupata diſcunt̃: quæ qa bona ſunt,placeãt neceſſe eſt.Præterea ultio ſecura ſicut ſemp accidit ad credẽdũ uehementer ĩpellit.Ne hæc q̃dem leuis cã ẽ:q; ĩmundi dæmonũ ſpiritus accepta licentia multor̃ ſe corporibus ĩmergunt,quibus poſtea reiectis,omnes qui reſanati fuerint,adhæreant religioni:cuius potentiam ſenſerunt.Hæ tot cauſæ in unum collatæ magnam deo multitudinem mirabiliter acquirunt.

Perſecutiones in chriſtianos cur deus fieri ſinat.

¶ Q uod bonorum tortores torquebũtur:& malas beſtias de terra auferet deus.

Cap. XXIIII.

Vicq̃d ergo aduerſum nos mali prĩcipes moliunt̃:fieri ĩpe ꝓmittit. Et tñ iniuſtiſſimi pſecutores,q̃bus dei nomẽ cõtumelię ac ludibrio fuit,nõ ſe putẽt ĩpune laturos, qa ĩdignatiõis aduerſus nos eius q̃ſi miniſtri fuerunt.Punient̃.n.iudicio dei:q̃ accepta poteſtate ſupra humanũ modũ fuerit abuſi,& inſultauerint etiã deo ſupbius:eiuſq; nomẽ æternũ veſtigiis ſuis ſubiecerint ĩpie nefarieq; calcãdũ.Propterea uindicatur̃ ſe eos celeriter pollicet̃ & exterminatur̃ beſtias malas de terra.Sed idẽ q̃uis populi ſui uexatiões,& hic ĩ pñti ſoleat uindicare,tñ iubet nos expectare patiẽter illũ cæleſtis iudicii diẽ,quo ipe ꝓ ſuis quẽq; meritis,aut honoret aut puniat.Q uapp nõ ſperẽt ſacrilegæ aĩæ cõtẽptos,& inultos fore quos ſic obterũt. Veniet rabioſis & uoracib9 lupis merces ſua:q; iuſtas & ſimplices aĩas nullis faciorib9 admiſſis excruciauerũt Nos tãtũmõ laboremus,ut ab hoib9 nihil aliud in nobis niſi ſolo iuſtitia puniat̃. Demus operã tuis uiribus,ut mereamur a deo ſimul & ultionẽ paſſiõis & p̃miũ ,

¶ L. Cœ. Lactantii Firmiani diuinarū institutionū aduersus gentes, Liber VI.

¶ De uero cultu ad Constantinum imperatorem.

¶ Quod innocentia uerissimus dei cultus est: quam rem carnalis homo corpori deditus nescit. Caput primum.

Petitio pro ipso deo fieri.

QVod erat officium susceptī muneris diuino spiritu instruente: ac suffragante ipsa ueritate compleuimus. Cuius asserendæ atq; illustrandæ causa mihi & scientiam & fidem ipse dominus noster imposuit: sine quo nec sciri quicquam potest: nec explicari. Venio nunc ad ipsum quod est summum operis huius: & maximum: ut doceam quo ritu: quoue sacrificio deū coli oporteat. Id enim est hominis officium: in eoq; summa rerum: & omnis beatæ uitæ ratio consistit: quandoquidem propterea facti & inspirati ab eo sumus: non ut cælum uideremus & solem (quod Anaxagoras putauit) sed ut artificem solis & cæli deū pura & integra mente coleremus. Quāuis autem præcedentibus libris pro ingenii mediocritate defenderim ueritatem: tamen ex ritu quoq; ipo elucere uel maxime potest. Nihil enim sancta & singularis illa maiestas aliud ab homine desiderat: quam solam innocētiam: quam si quis obtulerit deo: satis pie religioseq; litauit. Homines aūt neglecta iustitia: cum sint omnibus flagitiis ac sceleribus inquinati: religiosos se putant: si templa ac aras hostiarū sanguine cruentauerint, si focos adoleuerint: ac ueteris uini pfusione madefecerint. Q uinetiam sacras dapes apparant: & exq̄sitas epulas quasi aliquid in delibaturi offerunt. Q uicqd aspectu rarū: quicqd opere aut odore pretiosum est: & hæc grata eē diis suis non ex aliqua diuinitatis ratione: quam nesciūt: sed ex suis cupiditatibus iudicant: nec intelligunt terrenis operibus deū non indigere. Nihil enim sapiunt nisi terram: bonaq; & mala solius corporis sensu & uoluptate pendunt. Huius arbitrio ut religionem ponderant sic totius uitæ suæ acta disponunt. Et quoniā se semel a cæli contemplatione auertūt: sensumq; illum cælestem corpori mancipauerūt: libidinibus fræna permittunt: tāquam secū ablaturi uoluptatem: quā momentis oībus capere festinant: cum ānimus ministerio corporis: nō corpus ministerio animi uti debeat. Idē maximū bonū iudicāt opes, q̄s si bonis artibus assequ non possunt, malis assequūtur, fraudāt, rapiūt, spoliāt, isidiant, abiurāt. Nihil deniq; moderati aut pensi habēt: dummō auro coruscent, argento, gēmis, uestibus fulgeant, auidissimo uentri opes ingerant, stipati familiarium gregibus, per domitū populū semp incedant. Sic addicti & seruientes uoluptatibus, uim uigoremq; mentis extingunt, & cum uiuere se maxime putant, ad mortē cōcitatissime properant. Nam sicut in secundo libro docuimus, cæli ratio in animo, terræ autem in corpore est: qui bona negligunt animi: corporis appetunt, in tenebris ac morte uersantur, quæ sunt terræ atque corporis, quia uita & lumen de cælo est: cuius quoniam expertes sunt corpori seruiendo longe absunt ab intellectu rerum diuinarum. Eadem miseros ubiq; cæcitas premit: sicut enim q̄ sit uerus deus, ita qui sit uerus cultor ignorant.

Sacrificiorū ueterū ritus.

¶ Quod

¶ Quod deus nec exurit: nec sitit: nec in tenebris est: ut ei oporteat hostias immolari: aut uina offerri: uel lumina. Et quare hæc offerātur diis gentiū quæ fidē rectā & uerā innocētiā offerre nesciunt: in quibus consistit dei cultus. Et q̄ intra oīa quæ ad cultum dei pertinent: præstantissimū est homines ad ueritatem & iustitiā erudire. Et quare nolit ab elementis incipere. Cap. II.

MActant igitur opimas & pingues hostias deo: quasi esurienti: pfundunt uina tanquam sitienti: accendunt lumina uelut in tenebris agēti. Q uod si suspicari aut percipere animo possent: quæ sunt bona illa cælestia: quorum magnitudinem terreno adhuc corpore obuoluti sensu capere non possumus: iam se cū his officiis inanibus stultissimos esse cognoscant: uel si cæleste lumen quod dicimus solem comtēplari uelim iam sentiant q̄ non indigeat lucernis eoq; deus: qui ipse in usum hois tā candidam lucē dedit: & tū cum in tam paruo circulo qui ppter longinquitatem nō amplius quā humani capitis uidet' hre mensuram: tantū sit fulgoris: ut eū mortaliū luminū acies nō queat cōtueri: & si paulisper itēderis hebetatos oculos: caligo ac tenebræ consequātur, quid tandem luminis: quid claritatis apud ipsum deum: pene quē nulla nox est: eē arbitremur? qui hanc ipsam lucē sic moderatus ē: ut neq; nimio fulgore: neq; calore uehemēti noceret animātibus: tātumq; istaq; rex dedit ei: quantū mortalia corpora pati possunt: aut frugum maturitas postularet. Num igitur mētis suæ cōpos putandus est: qui authori & datori luminis: candelarū ac cerarum lumen offert pro munere? Aliud uero ille a nobis exigit lumen: & quidē nō fumidum: sed (ut ait poeta) liquidū atq; clarū, mētis scilicet. Propter qđ a poetis phanetes nuncupat', qđ exhibere nō pōt nisi qui deū agnouerit. Illoq; aūt dii qa terreni sunt egēt luminibus: ne in tenebris sint, quoq; cultores qa cæleste nihil sapiunt: etiā religiones qbus deseruiūt, ad terrā reuocāt. In ea enim lumine opus ē, quia ratio eius & natura tenebrosa est. Itaq; diis non cælestē sensum, sed humanū potius attribuūt. Ideoq; illis necessaria & grata credūt esse: quæ nobis, quibus aut esurientibus opus est cibo, aut sitientibus potu, aut ueste algentibus, aut cum sol decesserit lumine, ut uidere possimus. Nullis igit' ex rebus tā pbari & itelligi potest deos ipsos cum aliquādo uixerint mortuos eē, q̄ ex ipso ritu qui est totus e terra. Q uid enim cælestis in se boni potest hēre pecudū sanguis effusus, quo aras inquināt? nisi forte deos existimāt eo uesci: qđ hoies aspernant' attingere? Et qsqs illis hāc saginam præstiterit, quāuis ille grassator: adulter: ueneficus: parricida sit: beatus ac felix erit. Hunc diligūt, hūc tuent', huic omnia quæ optauerit, præstāt. Merito ergo Persius huiusce modi superstitiones suo more deridet. Q ua tu (inquit) mercede deorum Emeris auriculas? pulmone & lactibus unctis? Sentiebat uidelicet non carne opus esse ad placandam cælestem maiestatem: sed mente sancta: & iusto animo, & pectore (ut ipse ait) qđ naturali sit honestate generosum. Hæc ē religio cælestis, nō quæ constat ex rebus corruptis, sed quæ uirtutibus animi q̄ oriē e cælo. Hic uerus cultus est, in quo mens colentis seipsam deo īmaculatam uictimā sistit. Id ipm quō consequēdū: quō pręstādū sit, docebit huius libri: disputatio. Nihil enim tā præclarū: hominiq; conueniēs pōt eē, quā erudire hoies

Lucernas i templis accendebant.

Candelas accendere deo nefas est.

Phanetes unde dc.

Persii loc.

Phiæ laus.

ad iustitiam. Apud Ciceronem Catulus in Hortensio philosophiam rebus omnibus p̄ferēs: malle se dicit uel unum paruū de officio libellū: quā longā oronē pro seditioso homine Cornelio. Q uæ sentētia nō utiq; Catuli: q fortasse illud non dixit, sed Ciceronis ē putāda, q scripsit (credo) ut libellos quos de officiis erat scripturis cōmēdaret, in qbus ipsis nihil eē testat', in omni philosophia melius & fructuosius: q̄ p̄cepta uitæ dare. Q uod si hoc illi faciūt, qbus non ē ueritas cognita, quāto magis nos facere debemus: q a deo eruditi & illuminati: possumus uera p̄cipere: nec tñ sic docebimus: ut q̄si prima uirtutis elemēta tradamus: qd' est infimum. Sed tanquā docendum susceperimus eū. q apud illos iam pfectus uideat'. Manentibus enim p̄ceptis eor̄: quæ solent ad ꝓbitatem recte dari: ignota illis supstruemus ad perficiendam cōsumandamq; iustitiam, quā non tenēt. Ea uero quæ possunt cū illis esse communia prætermittam: nequid ab his uidear mutuari, quorum errores coarguere atq; aperire decreuerim.

Cice. libri de officiis

¶ De duabus uiis: quarum altera uirtutum: altera uitiorum est: quæ in littera pythagorica figurant'. & fidelius tractant' a christianis quā a philosophis: & de duobus ducibus uiarum: Cap. III.

Vitæ duas esse uias.

DVæ sunt uiæ per quas humanam uitam ꝓgredi necesse est. s. una quæ in cælū ferat. Altera quæ ad inferos deprimat: quas & poetę in carminibus: & philosophi in disputationibus suis induxerūt. Et q̄dem philosophi alterā uirtutū eē uoluerūt, alterā uitior̄: eāq; quæ sit assignata uirtutibus, primo aditu eē arduā & confragosam: in q̄ siqs difficultate superata in summū eius euaserit, habere eū de cætero planū iter: amœnūq; campū, & omnes laborū suorum capere fructus uberes atq; iucundos. Q uos aūt primi aditus difficultas deterruerit eos in eam uitiorum uiam labi atq; deflectere: quæ primo ingressu sit quasi amœna, multoq; tritior: Deinde cum in eā Paulo ulterius processerint, amœnitatis eius spetiē repente subduci. Exoriri autē uiam præcipitem: nunc saxis asperam: nunc obductam sentibus: nūc gurgitibus interciſam: uel torrentibus rapidam, ut laborare, hærere, labi, cadere sit necesse. Q uæ omnia eo proferūtur: ut appareat in uirtutibus capiendis labores esse maximos, in perceptis aūt maximos fructus: & solidas atq; icorruptas uoluptates. Vitia uero delinimentis naturalibus allicere animos hominū: & inaniū iucūditatum spetie captos, ad acerbas amaritudines miseriasq; pducere. Sapiens prorsus disputatio: si uirtutū ipsarum formas atq; terminos scirent. Nō. n. didicerant uel quæ sint uel q̄d eas mercedis a deo maneat, qd' nos his duobus libris docebimus. Hi uero quia ignorabant, aut dubitabant animas hominū imortales esse: & uirtutes & uitia terrenis honoribus aut pœnis æstimauerunt. Omnis ergo hæc de duabus uiis disputatio ad fragilitatē ac luxuriā spectat. Dicūt enim humanæ uitæ cursum .y. litteræ esse simile, q̄ unusq; hominū cū primū adolescentiæ limē attigerit, & in eū locū uenerit: ubi se uia scindit in ambas, hæreat nutabūdus, ac nesciat in quā se partem potius inclinet. Si ducem nactus fuerit, qui dirigat ad meliora titubantem: hoc est si aut p̄biam didicerit, aut eloquētiā, aut aliq̄d honestæ artis, quo euadat ad bonam frugem: quod fieri sine labore maximo non potest: honestā ac copiosam

Virtutis iter arduū.

Vitiorum uia.

Lfa Pythagoræ.

piosam uitā disputāt pactur̄. Si uero doctorē frugalitatis nō inuenerit: ad sinistrā uiā quæ meliorē specie mentiat' incedere. i. desidiæ: luxuriæ, inertiæq; se tradere: quæ suauia quidem uident' ad t̄s uera bona ignoranti. Post autē amissa oī dignitate ac re familiari i oibus miseriis ignominiaq; uictur̄. Ad corpus ergo & ad hāc uitā quā in terra ducimus: fines ear̄ uiar̄ retulerūt. poetæ fortasse melius, q biuiū hoc apud inferos eē uoluerūt. Sed in eo fallūtur: qa eas uias mortuis ꝓposuerūt: Vtriq; ergo uere, sed tñ utriq; nō recte, qa oportuit uias ipsas ad uitā: fines earū ad mortem referri. Nos igitur melius & uerius, quia duas istas uias cæli & inferorum esse dicimus: quia iustis imortalitas, iniustis pœna æterna proposita ē. Q uo modo aūt uitæ istæ uel in cælū tollāt: uel ad inferna p̄cipitent explicabo, & aperiā quæ sint uirtutes, quas philosophi nescierunt: tū etiā quæ sint p̄mia ear̄, simul ēt quæ sint uitia, quæue eorū supplicia mōstrabo. Nam fortasse aliquis expectet, ut separatim de uitiis ac uirtutibus dicā: cum de bono ac malo differētibus nobis ēt quod est contrariū possit intelligi. Siue enim uirtutes inferas, uitia sua sponte decedent: siue uitia eximas uirtutes ultro subibūt. sic bonorū ac malorū cōstituta natura est: ut se inuicem semper oppugnent semp expellant: ita fit ut neq; uitia retrahi sine uirtutibus possint: nec uirtutes inferri sine detractione uitior̄. Has igit' uias longe aliter inducimus, q̄ a philosophis induci solēt. Primū quod utriq; propositum esse dicimus ducem utrunq; imortalē. Sed alter̄ honoratū: qui uirtutibus ac bonis sit præditus. Alter̄ dānatū, qui uitiis ac malis. Illi aūt in deteriorem tantum uiam ducem ponūt, neq; unū, neq; perpetuū. Siquidem quēlibet doctorem bonę artis inducunt, qui, a desidia reuocet homines, & frugi esse doceat. Sed neq; ingredi faciunt in eam uiam, nisi pueros & adolescentes, uidelicet q; artes discātur i his ætatibus. Nos aūt omnis sexus, & generis, & ætatis in hoc cæleste iter ducimus, quia deus qui eius uiæ dux est, imortalitatē nulli homini nato negat. Forma quoq; uiar̄ ipsar̄ non ita est ut illi putauerunt. Q uid enim opus est. y. in rebus cōtrariis atq; diuersis? Sed altera illa melior cōuersa est ad solis ortū. Altera illa deterior ad occasum: quoniam qui ueritatem ac iustitiam sequit': is accepto imortalitatis præmio ꝑenni luce potietur: qui aūt ab illo malo duce illectus prætulerit uitia uirtutibus, mendaciū ueritati, necesse est ad occasum & tenebras deferatur. Describam igitur utrāq;, & earum proprietates habitusq; monstrabo.

ne: licet hæc etiã si sit inanis (ut illi æstimant) tñ facienda est, uel ob hoc solum, q̃ apud homines bene & humane fieri uidetur. Animus enim q̃rit̃, & oppositũ ponderatur. Non enim patiemur figuram & figmentum dei feris ac uolucribus ĩ præ dam iacere: sed reddemus id terræ: unde ortũ est. Et quãuis in homine ignoto necessariorum sepulturam nulli negandam munus implebimus: in quoꝝ locum q̃a desunt: succedat humanitas: & ubicũq; homo desiderabit̃, ibi exigi officium nostrũ putabimus. In quo aũt magis iustitię ratio consistit, q̃ in eo: ut quod p̃stamus nostris per affectum præstemus alienis per humanitatem: quæ est multo certior iustiorq;. Cum iam non homini p̃statur qui nihil sentit: sed deo cui carissimum sacrificium est opus iustum. Dicet aliquis fortasse. Si hæc omnia fecero, nihil habebo. Q uid enim, si magnus hominum numerus egebit, algebit: capiet̃: morie t̃, ut hæc facientem uel uno die patrimonio exui sit necesse? Perdam ne rem familiarem meo aut meorũ labore q̃sitam, ut iam ipsi mihi aliena misericordia uiuendũ sit? Q uid tu tam pusillo animo pauptatem times, quam etiam uestri philosophi laudant, nihil hac tutius: nihilq; hac tranquillius esse testantur? Hoc q̃d times solicitudinum portus est. An ignoras quot periculis: quot casibus cum his malis opibus subiaceas? Q uæ tecum bene agent, si sine tuo cruore transierit. Tu uero præda onustus incedis & spolia geris: quæ irritẽt animos etiam tuorum. Q uid ergo dubitas bene collocare id quod tibi forsitan eripiet: aut unum latrocinium: aut existens repente proscriptio: aut hostilis aliqua direptio? Q uid uerere fluxum: ac fragile bonum facere sempiternum: aut thesauros tuos custodi deo credere: ubi non furem prædonemq; timeas, non rubiginem: non tyrannum? Q ui apud deum dives est, pauper esse nunq̃ poterit. Si iustitiam tanti putas: sequere abiectis oneribus quæ te præmunt. Libera teipsum compedibus & cathenis, ut expeditus ad deum curras. Magni & excelsi animi est despicere & calcare mortalia. Sed si hãc uirtutem non capis, ut diuitias tuas in aram dei conferas: ut fragilibus tibi compares firmiora: liberabo te a metu. Omnia ista præcepta non soli tibi dantur, sed omni populo, qui mente coniunctus est, & cohæret sicut unus homo. Si solus magnis operibus non sufficis, pro uirili parte operare iustitiam, sic tamen ut quantum diuitiis inter cæteros tantum opere præcellas. Neq; nunc suaderi tibi putes, ut rem familiarem tuam minuas uel exhaurias, sed quæ in superuacua fueras impensurus: ad meliora conuertas. Vnde bestias emis: hinc captos: redime, unde feras pascis: hinc pauperes ale, unde homines ad gladium comparas: hinc innocẽtes mortuos sepeli. Q uid prodest perditæ nequitiæ bestiarios facere locupletes: & ĩstruere ad flagitia? Trãsfer ad magnum sacrificium male peritura: ut pro his ueris muneribus habeas a deo munus æternum. Magna est misericordiæ merces: cui deus pollicetur, peccata se omnia remissurum. Si audieris inquit preces supplicis tui, & audiam ego tuas, si misertus laborantium fueris, & ego in tuo labore misereb or. Si autem nõ respexeris nec adiueris: & ego animum tuum cõtrã te geram: tuisq; te legibus iudicabo.

¶ De prẽmio quod ĩ necessitate & precibus pauperum quisq; teneat a deo & tribus gradibus uirtutis. Cap. XIII.

Q uoties

Q Vottẽs igit̃ rogaris, tẽptari te a deo crede: an sis dignus exaudiri. Circũspice conscientiã tuã, & quãtũ potes medere uulneribus, nec tñ q̃a peccata largitione tollunt̃: dari tibi licẽtiã peccãdi putes. Abolent̃ enim si deo largiare, q̃a peccaueras. Nã si fiducia largiẽdi peces, nõ abolentur. Deus enim purgari hoies a peccatis maxime cupit, iõq; agi pœnitẽtiã iubet. Agere aũt pñam nihil aliud ẽ, q̃ profiteri & affirmare se ulterius nõ peccaturꝝ. Ignoscit̃ itaq; his q̃ ad peccatũ ignorãter: ĩprudenter: incauteq; labuntur, uenia nõ hẽt qui sciẽs peccat. Nec tñ si aliqs purificatus fuerit ab oĩ labe pcti tẽperãdũ sibi ab ope largitiõis existimet: q̃a nõ hẽat pcta, q̃ deleat. Immo uero tũ magis iustitiã debet opari: cũ factus ẽ iustus: ut q̃d añ ĩ medelã uulnerũ fecerat: postmodũ faciat in gloriã laudẽq; uirtutis. Eo accidit q̃ nemo eẽ sine delicto põt, q̃ diu ĩdumento carnis oneratus est. Cuius ĩfirmitas triplici mõ subiacet dominio peccati factis, dictis: cogitationibus. Per hos gradus ad sũmũ culmẽ iustitia procedit. Primus ẽ uirtutis gradus malis opibus abstinere: secũdus ẽt malis uerbis, tertius ẽt cogitatõe reꝝ malaꝝ. Q ui primũ gradũ ascẽdit: satis iustus ẽ: q̃ secũdũ: iã pfectæ uirtutis: siq̃dẽ neq; sermone neq; factis delinquat: q̃ tertiũ is uere similitudinẽ dei assecutus uidet̃. Est enim penẽ supra humanum modũ: nec cogitatiõe q̃dẽ admittere: q̃d sit uel factu malũ: uel ĩprobũ dictu. Itaq; etiam iusti hoies q̃ frænare se possunt ab oĩ ope iniusto: nõnũq̃ tñ ipsa fragilitate uincuntur: ut uel in ira malũ dicant: uel aspectu rerũ delectabiliũ tacita cogitatõe cõcupiscãt. Q uod si mortalis conditio non patitur hominem esse ab oĩ macula purum: dñt ergo perpetua largitione peccata carnis aboleri. Vnũ est enim sapientis & iusti: & uitalis uiri opus: diuitias suas in sola iustitia collocare: qua profecto qui eget licet ille Crœsũ aut Crassum diuitiis superet, hic pauper, hic nudus: hic mẽdicus putãdus est. Danda igitur opera est: ut indumento iustitię pietatisq; uelemur, quo nos nemo exuat: quod nobis sempiternum præbet ornatũ. Nã si deoꝝ cultores simulacra insensibilia excolunt: & quicquid p̃tiosi habent in ea, conferunt: quibus nec uti possunt, nec gratias agere, q̃ acceperint, quanto iustius est & uerius uiuentia dei simulacra excolere: ut promereri inueniare uiuentem? Q uæ sicut usui habent quicquid acceperint: & gratias agunt: ita deus in cuius cõspectu bonũ feceris: & probabit: & mercedem pietatis exoluet.

Peccata largitione tolluntur.

Pœnitẽtiã agere q̃d.

¶ Q uod philosophi uera caruerunt humanitate: qui cum stoicis eam iter morbos animi posuerunt. Cap. XIIII.

Si ergo in hoie præclarũ & excellens bonũ est misericordia, idq; diuinis testimoniis & bonorum malorũq; cõsensu optimum iudicat̃: apparet p̃hos longe abfuisse ab humano bono, qui neq; p̃ceperũt eiusmodi quicq̃, neq; fecerũt: sed uirtutẽ, quæ prope modum in hoie est singularis: pro uitio semper habuerunt. Libet hic interponere unum de philosophia locum, ut illoꝝ plenius coarguamus errores: qui misericordiam: cupiditatẽ: metum: morbos animi appellant. Conantur illi quidem uirtutes a uitiis disiũgere, quod est sane facillimũ. Q uis enim non posset liberalem a prodigo separare (ut illi faciunt (aut purum a sordido, aut quietum ab inerti: aut cautũ a timido, q̃ hæc

Constãtia. Impudentia. Fortitudo Temeritas. Libertas. Contumacia. Seueritas. Crudelitas.

quæ ſunt bona, fines ſuos habeant: quos ſi exceſſerint, in uitia labuntur: ita ut conſtantia niſi pro ueritate ſit ſuſcepta, ſit impudentia. Item fortitudo ſi nulla neceſſitate cogente, aut nõ pro cauſa honeſta certũ periculũ ſubierit: in temeritatem cõuertit. Libertas quoq; ſi alios inſectet, potius q̃ in ſectantibus reſiſtat, cõtumacia eſt. Seueritas etiã niſi ſe ĩtra cõgruentes nocentiũ pœnas coherceat: fit ſcæua crudelitas. Itaq; dicunt eos qui mali uideãtur, nõ ſua ſponte peccare, nec mala potius eligere: ſed bonoꝝ ſpecie lapſos incidere in mala: dum bonorum ac malorũ diſcrimen ignorant. Hæc quidem falſa non ſunt, ſed ad corpus cuncta referuntur. Nã parcum eſſe: aut conſtantem: aut cautum, aut quietum aut fortem: aut ſeuerũ uirtutes ſunt quidem: ſed huius temperantiæ uitæ. Nos autem qui hanc uitam cõtemnimus: alias nobis uirtutes propoſitas habemus, de quibus philoſophi ne ſuſpicari quidem ulla ratione potuerũt. Itaq; & uirtutes quaſdã ꝓ uitiis & uitia quædam pro uirtutibus hũerunt. Nã ſtoici affectus oẽs: quorũ ipulſu animus cõmouetur ex hoie tollunt cupiditatem atq; lętitiã, metũ, mœſtitiã, quoꝝ duo priora ex bonis ſunt: aut futuris aut pñtibus, poſteriora ex malis. Eodẽ mõ hęc q̃tuor morbos (ut dixi) uocãt, nõ tã natura inſitos q̃ praua opinione ſuſceptos. Et iccirco cenſent eos extirpari poſſe radicitus: ſi bonorũ malorũq; opinio falſa tollat. Si .n. nihil cẽſeat ſapiens bonũ: nihilq; malum, nec cupiditate ardeſcet, nec lætitia geſtiet: nec metu terrebitur: nec ægritudine contrahet. Mox uidebimus an efficiant quod uelint, an quid efficiant, interim propoſitũ arrogans ac penẽ furioſum: qui ſe putent mederi: & eniti poſſe contra uim rationemq; naturæ.

¶ Q ũo peripatetici uincant ſtoicos: & doceãt affectuũ naturaliũ ſtimulos euelli non poſſe, ſed mitigari. Et q, ea quæ brutis aialibus data ſunt: ſingulis hoibus inſita ſunt uniuerſa. Et qũo ſtoici mentis affectiones diffiniãt. Cap. XV.

Affectus detrahi nõ poſſe.

Æc enim natura iaeẽ nõ uolũtaria, oium uiuentiũ rõ demõſtrat: q̃ hiſdẽ oibus quatiẽ affectibus. Peripatetici ergo rectius, q hæc oĩa detrahi poſſe negant: qa nobiſcũ ſimul nata ſunt: & conanẽ oſtendere: q̃ ꝓuidenter & q̃ neceſſariẽ deus ſiue natura (ſic enim dicũt) his nos armauit affectibus: quos tamen qa plærũq; uitioſi fiũt ſi nimiũ ſint poſſe ab hoie adhibito mõ ſalubriter tẽperari, ut tantũ hoi quantũ naturæ ſatis eſt: relinquat. Non iſipiẽs diſputatio: ſi (ut dixi) oĩa non ad hanc uitã referrẽtur. Stoici ergo furioſi, qui ea nõ tẽperant, ſed abſcindũt: rebuſq; a natura iſitis eſtrare hoiem quodãmodo uolũt. Q d̃ tale ẽ, quale ſi uelint aut metũ detrahere ceruis, aut uenenũ anguibus aut irã feris, aut placiditatem pecudibus. Nã quæ ſingula mutis aialibus data ſunt: ea uero uniuerſa hoi ſimul. Q d̃ ſi ut medici dicũt lætiæ affectus in ſplene eſt: iræ in felle, libidinis in iecore: timoris in corde: facilius ẽ iterficere aial ipm q̃ ex corpore aliqd euellere, quod eſt animãtis naturã uelle mutare. Sed hoies prudentes nõ intelligũt, cũ uitia ex hoie tollunt, etiam uirtutem ſe tollere, cui ſoli locũ faciũt. Nam ſi uirtus eſt in medio iræ impetu ſeipſum cõhibere & reprimere: quod negare nõ poſſunt. Caret ergo uirtute qſqs ira caret. Si uirtus eſt libidinem corporis continere: uirtute careat neceſſe eſt: qui libidinem quã temperet, nõ habet. Si uirtus eſt cupiditatẽ ab alieni appetitione refrænare, nullã

Læticiæ affectus in ſplene. Ira in felle Libido in iecore. Timor in corde.

certe uirtutem poteſt habere qui caret eo: ad quod cohibendum uirtutis uſus adhibetur. Vbi ergo uitia nõ ſunt nec uirtuti locus ẽ qdem, ſicut nec uictoriæ qdẽ, ubi aduerſarius nullus eſt. Ita fit ut bonũ ſine malo eſſe in hac uita non poſſit. Affectus igitur quaſi ubertas aĩoꝝ eſt naturalis. Nam ſicut iſentes ager qui eſt natura fœcũdus, exuberat: ſic animus incultus uitiis ſua ſponte inualeſcentibus: uelut ſpinis obducit. Sed cũ uerus cultor acceſſerit, ſtatim cedẽtibus uitiis fruges uirtutis oriũtur. Deus itaq; cũ hominem primum fingeret, mirabili ꝓuidentia igenerauit ei prius iſtas animi cõmotiones, ut poſſet capere uirtutẽ: ſicut terra culturã. Poſuitq; materiã uitioꝝ in affectibus, uirtutis in uitiis. Q uæ ꝓfecto aut nulla eſt, aut nulla erit aut in uſu eſſe non poterit, ſi deſint ea per quæ uis eius aut appareat: aut conſtet. Videamus nũc: iidem illi q uitia penitus excidũt quid effecerit. Q uatuor illos affectus, quos ex opinione bonoꝝ malorũq; naſci putãt, quibus euulſis ſanandũ cẽ animũ ſapientis exiſtimant, qm̃ intelligunt & natura inſitos eſſe, & ſine his nihil moueri nihil agi poſſe, alia quædam in eorum locum uicemq; ſuppoſnunt. Pro cupiditate alias ſubſtituunt uoluntatem, quaſi uero non multo ſit præſtabilius bonum cupere q̃ malum uelle. Item pro lætitia gaudium: pro metu cautionem. At in illo quarto imutandi nominis eius ratio deficit. Itaq; ægritudinẽ penitus. i. mœſtitiam dolorẽq; animi ſuſtulerũt: qd̃ fieri nequaquã põt. Q uis enim poteſt non dolere, ſi patriam aut pæſtilentia exauſerit, aut hoſtis inuaſerit, aut tyrannus oppreſſerit? Poteſt aliqs non dolere: ſi ſublatam uiderit libertatem: ſi proximos, ſi amicos: ſi bonos uiros aut exterminatos, aut crudeliſſime trucidatos, niſi cuius mens ita obſtupuerit, ut ſit ei ſenſus oĩs ereptus? Q uare aut omnia tollere debuerũt aut implenda fuerãt cũcta hæc & debilis diſputatio. i. etiã pro ægritudine aliqd reponendũ, qm̃ ſupioribus ita ordinatis hoc cõſequens erat. Vt enim pręſentibus lætamur bonis: ſic malis angimur ac dolemus. Si ergo lætitię quã uitioſã putabant: nomẽ aliud indiderũt: ſic ægritudini: qm̃ & ipſam uitioſam putabãt, aliud uocabulũ tribui congruebat. Vnde apparet non illis rem defuiſſe: ſed uerbum cuius indigentia eũ totũ affectũ q eſt uel maximus: contra quẽ natura patere au ferre uoluerũt. Nam illas omniũ commutationes poteram coarguere pluribus & oſtendere, aut ſermonis ornandi augendæq; copiæ gratia: multa nomina hiſdem rebus impoſita: aut nihil certe non multum inter ſe illa diſtare: nam & cupiditas a uoluntate incipit, & cautio a metu oritur, & lætitia nihil aliud eſt q̃ profuſum gaudium. Sed putemus ut ipſi uolunt eſſe diuerſa. Nempe igitur cupiditatem eſſe dicent perſeuerantem ac perpetuam uoluntatem. lætitiam uero inſolenter ſe efferẽs gaudium: metũ aũt nimiam & excedentem modum cautionem. Ita fit ut ea quæ tollenda eſſe cenſent, non tollant: ſed temperent: ſi quidem nomine tantum modo immutant: res ipſæ manent. Eo igitur imprudentes reuoluuntur quo peripatetici ratione peruenĩunt, ut uitia quoniam tolli non poſſunt, medio temperanda ſint. Errant ergo: quoniam non efficiunt quod uolunt, & longo aſperoq; circuitu in eandem uiam redeunt.

Affectus excidebãt ſtoici.

Cupiditas quid. Lætitia quid. Metus qd

¶ Q uomodo peripatetici errauerunt, & q, bonus uſus affectuum uirtus eſt, malus uitiũ. Et quod uſus ipſe ex cauſa penſandus eſt. Cap. XVI.

AT ego ne pipateticos q̄dē acceſſiſſe ad ueritatē puto: qa uitia eſſe cō-
cedūt, ſed ea mediocriter tēperāt. Carēdū eſt, n. uitiis etiā mediocri-
bus: quin potius efficiendū fuit primū: ne uitia eēnt: nec, n. qcq̄ uitio
ſum naſci pōt: ſed uitia fieri ſi malis utamur affectibus: uirtutes ſi be
ne. Deinde mōſtrādū eſt nō ipſos affectus ſed eoꝝ cās eē moderādas. Non eſt in-
quiūt nimia lætitia geſtiendū: ſed modice ac tēperate. Hoc uero tale eſt: q̄le ſi di-
cerēt nō eē currēdū cōcitate: ſed gradiēdū moderate. At pōt & qui gradiť errare,
& qui currit rectā uiā tenere. Quid ſi oñdero eē aliqd: ubi nō tm̄ modicū: ſed uel
punctū gaudere uitioſum ſit, & aliud cōtra: in quo uel exultare lætitia minime cri
minoſum? Quid tādē nobis iſta mediocritas ꝓderit? Quæro utrū ne ſapiēti læ-
tandū putēt: ſi quid inimico ſuo mali uidēt accidere: aut utrū ne lætitiā refrænare
debeant: ſi uictis hoſtibus aut oꝑſo tyrāno libertas & ſalus ciuibus parta ſit? Ne
mo dubitat: qn & in illo exiguū lætari: & in hoc parū lætari ſit maximū crimē. Ea-
dē de cæteris affectibus licet dicere. Sed (ut dixi) nō in his moderādis ſapientiæ
rō uerſať, ſed in cauſis eoꝝ: qm̄ extrinſecus cōmouenť nec his potiſſimū frænos
imponi oportuit: qm̄ & exigui poſſunt eē in maxio crimīe, & maximi poſſunt eē
ſine crimīe. Sed aſſignādi fuerūt certis tp̄ibus: & rebus & locis: ne uitia ſint q̄bus
uti recte licet. Sicut, n. recte ambulare bonū eſt: errare aūt malū: ſic moueri affe-
ctibus in rectū, bonū eſt, in parū, malū. Nā libido ſi extra legitimū torū nō eua-
geť, licet ſit uchemēs, tm̄ culpa caret. Sin uero appetit alienū, licet ſit mediocris ui-
tiū tm̄ maximū ē. Nō eſt itaq̄ morbus iraſci: nec cupe: nec libidīe cōmoueri, ſed ira
cūdū eē morbus ē: cupidū libidinoſum. Qui, n. iracūdus eſt: ēt cui nō debet: aut
cui nō oportet iraſciť. Qui cupidus etiā qd̄ nō opus eſt cōcupiſcit. Qui libidino
ſus, etiā qd̄ legibus uetať affectat. Oīs ergo rō in eo uerſari debuit: ut qm̄ eaꝝ re-
rū ipetus inhiberi nō pōt, nec debet: quia neceſſario eſt inſitus ad tuēda officia ui-
tæ, dirigereť potius in uiā rectā: ubi etiā curſus offenſiōe ac periculo caret.

Affectus uitia nō eē

Iraſci uitiū non eſt.

Cupere morbus non eſt.

Libidine cōmoueri uitium nō eſt.

Cupidus qui.

Iracūdus qui.

Libidinoſus qui.

¶ Quod ea quæ philoſophi uitia putant: uirtutes ſunt, ſi tamen referantur ad fi-
nem debitum. i. ad deum. Et q̄ inſani ſunt qui humanam naturam: ingenitis affe
ctibus ſpoliare nituntur. Cap. XVII.

SEd euectus ſum coarguendi ſtudio longius, cum ſit mihi ꝓpoſitum
ea quæ uitia pħi putauerunt oſtendere: non tm̄ uitia non eſſe ueꝝ eti
am magnas eſſe uirtutes. Ex illis docēdi grā ſumā: quæ ꝓtinere ad rē
maxime puto. Metum ſeu timorē in maximo uitio ponūt ſummāq̄
imbecilliratem eē animi putant: cui ſit cōtraria fortitudo: quæ ſi ſit in hoīe, locū ti
mori eſſe nullum. Credit ergo ne aliquis fieri poſſe, ut idē metus ſumma ſit fortitu
do? Minime. Neque, n. uideť capere natura, ut aliqd in cōtrarium recidat. Atqui
ego non arguta aliqua concluſione, ut apud Plato. Socra. facit qui eos quos cōtra
diſputat, cogit ea quæ negauerāt: cōfiteri: ſed ſimpliciter oñdā ſummū metū ſum
mā eē uirtutē. Nemo dubitat, qn timidi & ibecilli ſit aī: aut dolorem metuere: aut
egeſtatē, aut exiliū, aut carcerē, aut mortē: q̄ oīa qſqs non exhorruerit fortiſſimus
iudicať. Qui aūt deū metuit, illa uniuerſa nō metuit. Ad qd̄ ꝓbādum argumētis
opus nō eſt, ſpectatæ ſunt, n. ſemp: ſpectāturq̄ adhuc per orbē pœnæ cultoꝝ dei

Met⁹ ſumma animi imbecillitas.

Socratis argutæ cōcluſiones.

in quibus

in quibus excruciandis noua & inuſitata tormenta excogitata ſunt. Nam de mor-
tis generibus horret animus recordari, cū immanium beſtiarum ultra ipſam mor
tem carnificina ſæuierit. Has tm̄ execrabiles corporum laceratione felix atq̄ inui
cta patientia ſine ullo gemitu pertulit. Hæc uirtus omnibus populis atq̄ prouin-
ciis & ipſis tortoribus miraculū maximū præbuit, cum patientia crudelitas uince
retur. Atqui hanc uirtutē nihil aliud q̄ metus dei fecit. Itaq̄ (ut dicebā) nō euellen
dus ut ſtoici, neq̄ tēperandus timor, ut peripatetici uolunt: ſed in ueram uiam diri
gēdus eſt: auferēdiq̄ ſunt metus, ſed ita ut his ſolus relinquať, qui qm̄ legitimus
ac uerus eſt: ſolus efficit ut poſſint cætera nō timeri. Cupiditas quoq̄ iter uitia nu
merať. Sed ſi hæc quæ terrena ſunt cōcupiſcit, uitiū ē, uirtus aūt ſi cæleſtia. Qui
enim iuſtitiā, qui deū, qui uitā ꝑpetuā. qui lucē ſempiternā, ea oīa quæ deus homi
ni polliceť cōſeq̄ cupit, opes iſtas & honores & potētatus & regna ipſa cōtēnet
Dicet fortaſſe ſtoicus. Volūtate opus eſt ad hæc cōſequēda nō cupiditate, imo ue
ro parū eſt uelle. Multi, n. uolūt, ſed cū dolor uiſceribus acceſſerit uolūtas cedit,
cupiditas ꝑſeuerat, quæ ſi efficit ut cōtemptui ſint oīa: quæ a cæteris appetuntur
ſumma uirtus eſt, ſiquidē cōtinentiæ mater eſt. Ideoq̄ potius illud efficere debe-
mus, ut affectus quibus praue uti uitiū eſt: dirigamus in rectū. Nam iſte concita-
tiones aīorū iuncto currui ſimiles ſunt, in quo recte moderando ſummū rectoris
officiū eſt, ut uiā nouerit, quā ſi tenebit licet q̄ concitatē ierit, nō offendit. Si aūt er
rauerit, licet placide ac leniter eat, aut per cōfragoſa uexabiť, aut per præcipitia la-
beť, aut certe quo non opus eſt, defereť. Sic curſus ille uiæ, qui affectibus uelut
equis pernicibus duciť, ſi rectā uiā teneat, funget officio. Metus igitur & cupidi
tas ſi ꝓſiciant in terra: uitia fiēt. Virtutes aūt ſi ad diuina referant: parſimoniā cō
tra uirtutis loco habēt, quæ ſi ſtudiū eſt habēdi, nō pōt eſſe uirtus: quia in augēdis
uel tuendis terreſtribus bonis tota uerſať. Nos aūt ſummū bonum nō referimus
ad corpus, ſed omne officiū ſolius animæ cōuerſatione metimur. Quod ſi (ut ſu
pra docui) patrimonio minime parcēdū eſt, ut humanitatē iuſtitiamq̄ teneamus,
nō eſt uirtus frugi eſſe, quod nomen uirtutis ſpecie fefellit ac decipit. Eſt, n. fruga-
litas abſtinētia quidem uoluptatum, ſed eo uitiū quia exhabēdi amore deſcendit,
cum ſit & uoluptatibus abſtinendū, & pecuniæ minime temperandū. Nam par-
ce. i. mediocriter uti pecunia quaſi quædā puſillitas eſt animi, aut pertimētis ne ſi-
bi deſit, aut deſperantis poſſe ſe illā reparare, aut contemptū terreſtrium nō capi-
entis. Sed illi rurſus eū qui rei familiari ſuæ non parcat ꝓdigū uocant. Nam ita li-
beralē diſtinguunt a prodigo, q̄ is liberalis ſit, qui cibū & benemeritis & cū opor
tet & quātū ſatis eſt, largiať. Prodigus uero qui & nō meritis cū opus nō eſt, & ſi
ne reſpectu rei familiaris effundat. Quid ergo? Prodigū ne dicemus eū: qui miſe
ricordiæ cā tribuit egētibus uictū? At qui multum refert, utrum ne ſcortis ꝓpter
libidinē largiare, an miſeris ꝓp humanitatē. Vtrū pecuniā tuā ꝓductores, aleato-
res lenoneſq̄ diripiāt, an illā pietati ac deo præſtes. Vtrū ne illā uētri ac gulæ inge
ras, an in theſauro iuſtitiæ reponas. Vt ergo uitiū ē effundere in malā ptē ſic in bo
nam uirtus. Si uirtus eſt nō parcere opibus, quæ pñt repari, ut bonis uitā ſuſtētes
quæ repari non pōt, uitiū igitur parſimonia eſt. Quare nihil aliud dixerim q̄ inſa-

Martyrū cruciatus.

Frugalitas eſt uitium.

Prodigus qui.

Perductores.

nos qui hominẽ mite ac ſociale animal orbãt ſuo noïe, qui euulſis affectibus quibus omnis conſtat humanitas, ad immobilem ſtuporem mẽtis perducere uolũt, dum ſtudent animum a perturbationibus liberare, & (ut ipſi dicunt) quietũ tranquillumq; reddere. Quod fieri non tantum nõ poteſt: quia uis & ratio eius in motu eſt, ſed ne oportet quidem, quia ſicut aqua quidem ſemper iacens & quieta inſalubris & magis turbida eſt, ſic animus immotus ac torpens inutilis eſt etiam ſibi, nec uitam ipſam tueri poterit, quia nec faciet quicq̃ nec cogitabit, cum cogitatio ipſa nihil aliud ſit, q̃ mentis agitatio. Deniq; qui hanc immutabilitatem animi aſſerunt, priuare aïum uita uolũt, quia uita actuoſa eſt mors quieta. Quædã etiã recte pro uirtutibus habẽt, ſed earum modum non tenent. Virtus eſt conſtantia non ut inferentibus iniuriã reſiſtamus: his.n. cædendũ eſt quod cur fieri debeat, mox docebo: ſed ut iubẽtibus facere nos cõtra dei legẽ, contraq; iuſtitiã nullis minis: aut ſuppliciis terreamur: quo minus dei iuſſionẽ hoïs iuſſioi p̃feramus. Itẽ uirtus eſt mortẽ contẽnere, nõ ut appetamus, eamq; ultro nobis inferamus, ſicut philoſophoꝝ plurimi & maximi ſæpe fecerunt, quod eſt ſceleratum ac nefariũ. Sed ut coacti deum relinquere ac fidẽ prodere, mortẽ ſuſcipere malimus, libertatẽq; defendamus aduerſus impotentiã ſtultã uecordẽq; uiolentiã, ut oẽs ſeculi minas atq; terrores fortitudine animi prouocemus. Sic ea quæ alii timẽt, excelſa & inſuperabili mente dolorẽ mortẽq; calcamus. Hæc eſt uirtus, hæc uera eſt cõſtãtia: in hoc tuenda & cõſeruãda ſolo, ut nullus nos terror, nulla uis a deo poſſit auertere. Vera igitur Ciceröis illa ſnïa eſt. Nemo inquit iuſtus põt eſſe, qui mortẽ, qui dolorem: qui exiliũ, quĩ egeſtatem timet. Item Senecæ in libris moralis p̃bïæ dicentis, hic eſt ille homo honeſtus, non apice purpurã ue, non lictorum inſignis miniſterio: ſed nulla re minor: qui cum mortem in uicinia uidet, non ſic perturbaẽ tãq̃ rem nouam uiderit, qui ſiue toto corpore tormenta patiẽda ſunt, ſiue flamma ore recipienda eſt, ſiue extendendæ per patibulum manus non quærit quid patiatur, ſed quam bene. Qui autem deum colit: nec patitur: nec timet. Ergo iuſtus. His rebus efficitur, ut neq; uirtutes, neq; uirtutum exactiſſimos limites noſſe, aut tenere poſſit: omnino quiſquis eſt a religione dei ſingularis alienus.

Aqua ſemper iacens. & qeta inſalubris ẽ. Cogitatio quid.

Mors appetẽda nõ eſt ultroq; nobis inferenda.

Iuſtus eſſe nemo põt qui mortẽ timet aut dolorem.

Mortis cõtemptus.

¶ Quomodo præcepta dei quibus inſiſtendum eſt, a philoſophicis diſſideãt inſtitutis, & quis ſit ſapientiæ titulus. Cap. XVIII.

SEd omittamus philoſophos qui aut omnino nihil ſciunt, idq; ip̃m pro ſumma ſcientia pr̃ ſe ferunt: aut qui non percipiunt ſumma eorum quæ ſciunt, aut qui quoniam ſe putant ſcire quæ neſciunt: inepte arroganterq; deſipiunt. Nos ergo (ut ad propoſitum reuertamur) quibus ſolis a deo ueritas reuelata, & cælitus miſſa ſapientia eſt, faciamus quæ iubet illuminator noſter deus, ſuſtineamus inuicem, & labores huius uitæ mutuis adiumentis perferamus. Nec tamen ſi quid boni operis fecerimus, gloriam captemus ex eo. Monet enim deus operatorẽ iuſtitiæ nõ oportere eſſe iactantem, ne non tam mandatis cæleſtibus obſequendi, quam ſtudio placendi: humanitatis officio functus eſſe uideatur. Habeatq; iam pretium gloriæ, quod captauit, nec præmium cæleſtis illius ac diuinæ mercedis accipiat.

Cætera

Cætera quæ obſeruare cultor dei debet, facilia ſunt, illis uirtutibus comprehẽſis: non mentiatur unq̃ decipiendi aut nocẽdi cauſa. Eſt.n. nefas eum qui ueritati ſtudeat, in aliqua re eſſe fallacem, atq; ab ipſa quã ſequitur, ueritate diſcedere. In hac iuſtitiæ uirtutumq; omnium uia, nullus mendacio locus eſt. Itaq; uiator ille uerus ac iuſtus non dicet illud Lucillianum. Homini amico ac familiari non eſt mentiri meũ, ſed etiam inimico atq; ignoto exiſtimabit non eſſe mentiri ſuũ. Nec aliquando cõmittet, ut lingua interpres animi a ſenſu & cogitatione diſcordet. Pecuniam ſi quã crediderit: non accipiat uſuram ut & beneficium incolume ſit: quod ſuccurrit neceſſitati, & abſtineat ſe prorſus alieno. In hoc enim genere officii debet ſuo eſſe contentus, quem oporteat alias ne proprio quidẽ parcere: ut bonũ faciat. plus autem accipere q̃ dederit, iniuſtum eſt. Quod qui facit inſidiatur quodã modo, ut ex alterius neceſſitate prædeat. At iuſtus nunq̃ prætermittet quo minus aliquid miſericorditer faciat, nec inquinabit ſe huiuſmodi quæſtu, ſed efficiet ut ſine ullo ſuo dãno ipſum quod cõmodat: inter bona opera numeret. Munus nõ accipiet a paupere ut ſiquid ipſe præſtiterit, eo bonum ſit, quo fuerit gratuitũ. Maledicenti benedicto reſpondeat, nunq̃ ipſe maledicat nec uerbũ malũ procedat ex ore hominis, q̃ colit uerbum bonum. Quin etiam caueat diligẽter, ne quãdo inimicum ſua culpa faciat, & ſiquis extiterit tam ꝑuerſus qui bono & iuſto faciat iniuriã, clementer ac moderate ferat, & ultionẽ ſuã ſibi nõ aſſumat, ſed dei iudicio reſeruet: innocẽtiã ſemper & ubiq; cuſtodiat. Quod p̃ceptũ nõ ad hoc tm̃ ualet, ut ipſe iniuriã nõ inferat, ſed ut illatã ſibi nõ uindicet. Sedet.n. maximus & æquiſſimus iudex ſpeculator ac teſtis oïum. Hunc homini p̃ferat, hunc malit de ſua cã pronunciare, cuius ſentẽtiã nemo effugere põt, nec defenſiõe cuiuſq̃ nec gratia. Ita fit ut homo iuſtus cõtemptui ſit omnibus, & quia putabit ſemetipſum defendere non poſſe, habebit pro ſegni & ierti. Qui aũt fuerit ultus inimicũ, hic fortis, hic ſtrenuus iudicaẽ, hunc colunt, hũc oẽs uerentur. Bonus uero ille tametſi ꝑdeſſe omnibus uel pluribus poſſit, illũ tm̃ ſuſpiciũt qui nocere q̃ qui prodeſſe poſſit, ſed iuſtũ prauitas hoïum deprauare nõ poterit, quo minus deo ſtudeat obtẽperare, malitq; cõtẽni, dũmodo ſemper boni fungatur officio, mali nunq̃. Cicero in iiſdem illis officialibus. At uero ſiquis uoluerit inquit ſui animi cõplicatam notionẽ euoluere: iam ſe ipſe doceat, eũ uirũ bonũ eſſe qui proſit quibus poſſit, noceat nemini, niſi laceſſitus iniuria. O q̃ ſimplicẽ uerãq; ſententiã duoꝝ uerboꝝ adiectione corrupit. Quid.n. opus fuerat adiũgere niſi laceſſitus iniuria? ut uitiũ bono uiro quaſi cãm turpiſſimã apponeret, patiẽtiæ quæ oïum uirtutũ maxima eſt, facere expertem? Nocituru eſſe dixit bonũ uiꝝ ſi fuerit laceſſitus, iam ex hoc ipſo boni uiri nomen amittat neceſſe eſt: ſi nocebit. Non minus.n. mali eſt referre iniuriam: quam inferre. Nã unde certamina iter hoïes: unde pugnæ contẽtioneſq; naſcunt, niſi q; ꝑprobitati appoſita ꝑpatiẽtia, magnas ſæpe cõcitat tẽpeſtates? Quod ſi patiẽtiã, qua uirtute nihil eſt uerius, nihil hoïe dignius ꝑueniri põt: ꝑprobitati oppoſueris, extinguẽt ꝑtinus tanq̃ igni aquã ſupfuderis. Sinaũt ꝑuocatrix illa ꝑprobitas ꝑpatiẽtiã ſibi comparem nacta eſt, tanq̃ perfuſa oleo tantũ excitabit incendium, ut id nõ flumen aliquod, ſed effuſio cruoris extinguat. Magna itaq; patientiæ ratio eſt,

Mẽtiri nefas.

Vſura nõ accipiẽda.

Munus a paupe nõ accipiẽdũ.

Maledicẽti benedicto rñdendum.

Vltio dei iudicio reſeruanda.

Bonus uir qui.

Patientiæ laus.

quam ſapiens homo ademit bono uiro: Vt enim nihil malo⁹ fiat, hæc ſola efficiet: quæ ſi detur oĩbus, nullum ſcelus, nulla fraus in rebus humanis erit. Quid ergo bono uiro pōt eẽ, tam calamitoſum, tāq; cōtrariū, q̄ iræ fræna permittere, quæ illū nō modo boni, ſed etiā hoīs appellatiõe diſpoliet? Siquidem nocere alteri (ut ipſe ait ueriſſime) nō eſt ſecūdū hoīs naturā. Nam & pecudes ſi laceſſas, aut calce aut cornu repugnant. Et ſerpẽtes ac feræ niſi perſequaris ut occidas negociū non exhibent. Et (ut ad hominum exempla redeamus) imperiti quoq; & inſipientes ſi quando accipiunt iniurias, cæco & irrationabili furore ducũtur, & his qui ſibi nocent, uicem tribuere conantur. In quo igitur ſapiens ac bonus uir a malis & inſipientibus differt, niſi q⁹ habet inuictam patientiam, qua ſtulti carẽt, niſi q⁹ regere ſe ac mitigare iram ſuam nouit, quam illi quia uirtute indigẽt, frænare non poſſunt. Sed uidelicet hæc illum res fefellit, quia cum de uirtute quæritur in quacunq; conditione uincere putauit eſſe uirtutis. Nec uidere ullo modo potuit hoīem dolori & iræ ſuccumbentem, & his affectibus indulgentem: quibus debet potius reluctari: Et ruẽtem quācūq; in partem prouocauerit improbitas: uirtutis officium nō tenere. Qui enim referre iniuriā nititur eũ ipſum a quo læſus eſt, geſtit imitari. Ita qui malum imitatur, bonus eſſe nullo pacto pōt. Duobus igitur uerbis duas uirtutes maximas bono & ſapienti uiro, innocẽtiā patientiamq; detraxit. Sed quia ipſe caninam illam facundiā (ſicut Saluſtius ab Appio dictum refert) exercuit, uoluit quoq; hoīem canino modo uiuere, ut remordeat laceſſitus. Quæ retributio cōtumeliæ q̄ perniciоſa ſit, & quas edere ſoleat ſtrages, unde oportunius peteretur exemplum, q̄ ex ipſius doctoris triſtiſſimo caſu, qui cum his philoſophorum præceptis obtemperare geſtit ipſe ſe perdidit. Qui ſi laceſſitus iniuria patientiam tenuiſſet, ſi diſſimulare, ſi ferre contumeliam boni uiri eſſe didiciſſet, nec illas nobiles oratiões alieno titulo inſcriptas, impatientia & leuitate, & inſania profudiſſet, nunquam capite ſuo roſtra in quibus ante floruerat: cruentaſſet, nec rem publicā funditus proſcriptio illa deleſſet. Sapientis ergo ac boni uiri non eſt uelle certare, ac ſe periculo committere, quoniam & uincere non eſt in noſtra poteſtate, & eſt anceps omne certamen, ſed eſt ſapientis & optimi uiri non aduerſarium uelle tollere quod fieri ſine ſcelere ac periculo non poteſt, ſed certamem ipſum quod fieri & utiliter & iuſte poteſt. Summa igitur uirtus habenda patientia eſt, quam, ut caperet homo iuſtus, uoluit illum deus (ut ſupra dictum eſt) pro inerte contemni. niſi enim cōtumeliis fuerit affectus: quātum habeat fortitudinis in ſeipſo cohibẽdo ignorabitur. Si aũt laceſſitus iniuria lædentem perſequi cœperit, uictus eſt. Si uero motum illum ratione compreſſerit, hic plane īperat ſibi, & hic regere ſe poteſt. Quæ ſuſtentatio ſui recte patientia nominatur, quæ una uirtus oĩbus eſt opi poſita uitiis & affectibus. Hæc pturbatū aĩum ac fluctuātē ad trāquillitatē ſuā reuocat: hæc mitigat: hæc hoīem ſibi reddit. Ergo quoniā naturæ repugnare impoſſibile eſt & inutile, ut non cōmoueamur oĩno, prius tñ q̄ cōmotio ꝑficiat ad nocendum quoad fieri poteſt maturius ſopiatur. Præcepit deus nō occidere ſolẽ ſuper iram noſtram: ne furoris noſtri teſtis abſcedat. Deniq; M. Tullius cōtra ſuū præceptum, de quo pauloante dixi: obliuionem iniuriarū in magnis laudibus poſuit.

Iniuria nō referenda.

Canina facūdia quæ

Ciceron. Philippicæ.

Patientiæ laus.

Iniuriarū obliuiſci magna laus.

Spero

Spero inquit Cæſar, qui obliuiſci nihil ſoles, niſi iniurias. Quod ſi hoc ille faciebat hō, nō a cæleſti tantū, ſed a publica quoq; ciuiliq; iuſtitia remotiſſimus, quanto magis id nos facere debemus, qui immortalitatis uelamine candidati ſumus.

Cæſaris dementia.

¶ Quod peripatetici ſtoicis obuiant in defenſione affectionum. Et quæ ſint tres furiæ quas poetæ finxerũt, & quis eaꝝ uſus ſit & abuſus. Cap. XIX.

STOici cum affectus ex hoīe tanq̄ morbos conãtur euellere, peripatetici ſe opponunt, eoſq; non modo retinent, ſed etiā defendũt: nihilq; in homine eſſe dicunt quod non magna ratione ac prouidentia ſit innatum. Recte id quidem ſi ſingularum rerũ ueros termi/nos ſcirent. Itaq; hanc ipſam iram fomitẽ eſſe dicũt: uirtutis tanq̄ nemo poſſit aduerſus hoſtes fortiter dimicare, niſi fuerit ira concitatus. Quo plane oſtẽdunt, nec quid ſit uirtus ſcire ſe, nec cur homini attribuerit irā deus. Quæ ſi nobis ideo data eſt, ut ea utamur ad occidẽdos homines, quid immanius homine, quid ſimilius feris bæluis exiſtimandum eſt, q̄ id animal quod ad cōmunionẽ & innocentiam deus fecit? Tres ſunt igit affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agant: ira, cupiditas, libido. Propterea poetæ tres furias eſſe dixerũt, quæ mentes hoīum exagitent, ira ultionem deſiderat cupiditas opes, libido uoluptates. Sed his omnibus deus certos limites ſtatuit: quos ſi tranſcenderint, maioreſq; eſſe cœperint, neceſſe eſt naturam ſuam deprauẽt, & in morbos ac uitii uertantur. Qui autem ſint iſti limites, non eſt magni laboris oſtendere. Cupiditas ad ea comparanda nobis data eſt, quæ ſunt ad uitam neceſſaria. libido ad ſobolẽ propagandam. iræ affectus ad cohercẽda peccata eorum, quæ ſunt in noſtra poteſtate. i. ut arctiore diſciplina minor ætas ad probitatem iuſtitiamq; formetur. quæ niſi in metu cohibeatur, licentia pariet audaciam, quæ ad omne flagitium & facinus euadet. Itaq; ut ira uti aduerſum minores & iuſtum eſt & neceſſariū, ſic & aduerſum pares & perniciоſum eſt & impium. Impium q⁹ uiolatur humanitas, perniciоſum q⁹ illis repugnantibus aut perdere neceſſe eſt, aut perire. Hanc aũt quā dixi eſſe rationem, cur homini ſit iræ affectus datus: ex ipſius dei p̄ceptis ītelligi poteſt: qui iubet uti maledictis & lædentibus non iraſcamur. Manus aũt noſtras ſupra minores ſemper habeamus: hoc eſt ut peccantes eos aſſiduis uerberibus corrigamus, ne amore inutili & indulgentia nimia educantur ad malū, & ad uitia nutriantur. Sed rerum imperiti & rationis ignari: eos affectus qui ſunt homini ad uſus bonos dati exterminauerunt, & latius q̄ ratio poſtulat: euagantur. Inde iniuſte atq; impie uiuit, utuntur ira contra pares. Hinc diſſidia, hinc expulſiões, hinc bella contra iuſtitiam nata ſunt. Vtuntur cupiditate ad congregandas opes. Hinc fraudes, hinc latrocinia, hinc omnia ſcelerum genera orta ſunt. Vtuntur libidine ad capiendas tantum uoluptates. Hinc ſtupra, hīc adulteria: hinc corruptelæ oēs extiterũt. Quicunq; igitur illos affectus intra fines ſuos redegerit: quod ignorantes deum facere non poſſunt. Hic patiens, hic fortis, hic iuſtus eſt.

Ira fomes uirtutis.

Furiæ cur tres.

Cupiditatis modus

Libidinis limes.

Iræ certus finis.

Licentiæ malum.

¶ De quinq; ſenſuum uoluptatibus, & quate plus uoluptatis datū ſit homini a natura q̄ ceteris animātibus. Et primū de uoluptate uiſus, & de ſpectaculis euitandis: & de ludorum & ſpectaculorum authoribus. Cap. XX.

Pueri plagis coherendi.

PEstat ut contra quinq; ſenſuum uoluptates dicam breuiter. Nam & ipſius libri menſura iã modum flagitat, quæ oẽs qm̃ uitioſæ ac mortiferæ ſunt, uirtute ſuperari atq; opprimi debẽt, uel (qd' pau loante dicebã) de affectibus ad rõnẽ ſuã reuocari. Cæteræ aĩantes præter unã uoluptatẽ, quæ ad generandũ pertinet, nullã ſenti unt. Vtunt' ergo ſenſibus ad naturæ ſuæ neceſſitatẽ. Vidẽt ut appetãt ea, quibus opus eſt ad uitã tuendã: audiũt inuicẽ ſeq; dignoſcũt, ut poſſint cõgregari. Q uæ utilia ſunt ad uictũ, aut ex odore inueniũt, aut ex ſapore percipiũt, inutilia reſpuunt aut recuſant. Edẽdi aut bibẽdi officiũ uẽtris plenitudine metiunt'. Homini uero ſolertiſſimi artificis ꝓuidẽtia dedit uoluptatẽ infinitã, & in uitiũ cadẽtẽ qa ꝓpoſuit ei uirtutẽ, quæ cũ uoluptate ſemp tanq̃ cũ domeſtico hoſte pugnaret. Cicero in catone maiore. Stupra uero inqt, & adulteria, & oẽ flagitiũ nullis excitari aliis illecebris niſi uoluptatis. Cũq; homini ſiue natura, ſiue quis deus nihil mẽte p̃ſtabilius dediſſet, huic diuino muneri ac dono nihil tam inimicũ q̃ uoluptatem. Nec enim libidine dñante tẽperãtiæ locũ eſſe: neq; in uoluptatis regno uirtutẽ poſſe cõſiſtere, ſed cõtrario deus iccirco uirtutẽ dedit, ut expugnaret & uinceret uoluptatem, eãq; egrediẽtẽ fines ſibi datos, infra p̃ſcriptũ coherceret, ne hoiem ſuauitatibus delinitũ atq; captũ, ditiõi ſuæ ſubiiceret, ac ſempiterna morte mulctaret. Voluptas oculoꝝ uaria & multiplex eſt, quæ capitur ex aſpectu reꝝ, quæ ſunt in uſu hoíum, uel natura, uel opere deleſtabiles. Hãc p̃bi rectiſſime ſuſtulerũt. Aiunt. n. multo eẽ præclarius & hoíe dignus cælũ potius q̃ cælata intueri. Et hoc pulcherrimum opus intermicãtibus aſtroꝝ luminibus, tãq̃ floribus adornatũ, q̃ picta, & ficta, & gemmis diſtincta mirari. Sed cũ diſerte ad contemptum terreſtriũ nos exhortati ſunt, & ad cæli ſpectaculum excitauerunt, tamen ſpectacula hæc publica non contemnunt. Itaq; his & delectantur, & libenter interſunt, quæ quoniã maxima ſunt irritamẽta uitiorum, & ad corrumpẽdos animos potiſſime ualent, tollenda ſunt nobis, quia nõ modo ad beatã uitam nihil conferunt, ſed etiã nocent plurimum. Nam qui hominem quãuis ob merita damnatum in conſpectu ſuo iugulari pro uoluptate cõputat, conſcientiam ſuam polluit, tam. ſ. q̃ ſi homicidii quod fit occulte, ſpectator & particeps fiat. Hos tamen ludos uocant in quibus humanus ſanguis effunditur. Adeo longe ab hominibus ſeceſſit humanitas, ut cum animas hominum interficiant, ludere ſe opinentur: Innocẽtiores his omnibus, quoꝝ ſanguinem uoluptati habẽt. Q uæro nũc an poſſint pii & iuſti hoíes eſſe qui conſtitutos ſub ictu mortis miſericordiã deprecantes, nõ tantum patiunt' occidi: ſed efflagitãt; feruntq; ad mortem crudelia & inhumana ſuffragia, nec uulneribus ſatiati, nec cruore contenti, quinetiam percuſſos iacenteſq; repeti iubent, & cadauera ictibus diſſipari, nequis illos ſimulata morte deducat. Iraſcũtur etiam pugnantibus, niſi celeriter alter e duobus occiſus eſt: & tanq̃ humanum ſanguinem ſitiant, oderunt moras, alios illis compares dari poſcunt recentiores, ut quãprimum oculos ſuos ſatient. Hac cõſuetudine imbuti humanitatem perdiderunt. Itaq; nõ parcunt etiam innocentibus, ſed exercent in omnes quod in malorũ trucidatiões didicerũt. Huius igit' publici homicidii ſocios & participes eſſe non cõuenit eos,

Beſtiæ quotiẽs utantur ſenſibus.

Voluptas hoís infinita.

Oculorũ uoluptas.

Spectacula uitioꝝ irritamenta.

Gladiatorum certamina.

qui

qui iuſtitiæ uiam tenere nituntur. Non enim cum occidere deus uetat, latrocinari nos tantum prohibet: quod ne per leges quidem publicas licet, ſed ea quoq; ne fiant, monet, quæ apud hoíes pro licitis habent'. Ita neq; militare iuſto licebit, cuius militia eſt in ipſa iuſtitia, neq; uero accuſare quẽq̃ crimine capitali qa nihil diſtat: utrũ ne ferro an uerbo potius occidas: qm̃ occiſio ipſa ꝓhibetur. Ita q; in hoc dei præcepto nullam prorſus exceptionem fieri oportet quin occidere hoíem ſit ſemper nefas, quem deus ſanctum animal eſſe uoluit. Ergo ne illud quidem concedi aliquis exiſtimet, ut recentes natos liceat oblidere: quæ uel maxima eſt impietas. Ad uitã. n. deus inſpirat aĩas, non ad mortem. Verum hoíes ne quod ſit facinus, quo manus ſuas non polluãt: rudibus adhuc & ſimplicibus animis abnegãt lucẽ non a ſe datã. Expectet uero aliquis, ut alieno ſanguini parcãt, qui nõ parcũt ſuo ſed hi ſine ulla cõtroueríia ſcelerati & iniuſti. Q uid illi quos falſa pietas cogit exponere? Non poſſunt innocẽtes exiſtimari: qui uiſcera ſua in p̃dã canibus obiiciunt, & q̃tum in ipſis eſt, crudelius necãt, q̃ ſi ſtrãgulaſſent. Q uis dubitet quin impius ſit, qui alienæ miſericordiæ locũ non tribuit? qui etiã ſi contingat ei quod uoluit, ut alatur, addixit certe, ſanguinem ſuũ uel ad ſeruitutẽ, uel ad lupanar. Q uæ autem poſſunt, uel ſoleant accidere, in utroq; ſexu, uel per errorẽ quis non intelligit, quis ignorat? Q uod uel unius Oedipodis declarat exẽplũ, duplici ſcelere cõfuſum. Tam igitur nefariũ eſt exponere, q̃ necare. Ar. n. parricidæ faculiatum angustias conquerunt', nec ſe pluribus liberis educãdis ſufficere poſſe prætendũt, quaſi uero aut facultates in poteſtate ſint poſſidentiũ, aut nõ cottidie deus ex diuitibus pauperes, & ex pauperibus diuites faciat. Q uare ſi quis liberos ob paupertatem nõ poterit educare, ſatius eſt ut ab uxoris congreſſione contineat, quam ſceleratis manibus dei opera corrũpat. Ergo ſi homicidiũ facere nullo mõ licet, nec intereſſe oíno, cõceditur, ne cõſcientiã perfundat ullus cruor. Siquidem populo ſanguis ille p̃ſtatur. In ſcœnis quoq; neſcio an ſit corruptela uitioſior. Nam & comicæ fabulæ de ſtupris uirginũ loquunt': aut moribus meretricum, & quo magis ſunt eloquẽtes qui flagitia illa finxerũt, eo magis ſniaꝝ elegantia perſuadẽt, & facilius inhærẽt audientiũ memoriæ uerſus numeroſi & ornati. Itẽ tragicæ hiſtoriæ ſubiiciunt oculis parricidia & inceſta regũ maloꝝ, & cothurnata ſcelera demonſtrant. Hiſtrionũ quoq; impudiciſſimi motus quid aliud niſi libidines docẽt & inſtigãt? quoꝝ eneruata corpa: & in muliebrẽ inceſſum habitũq; mollitia, ĩpudicas fœminas inhoneſtis geſtibus mẽtiunt'. Q uid de mimis loquar corruptelaꝝ præferẽtibus diſciplinã? qui docẽt adulteria, dũ fingũt, & ſimulatis eruditũt ad uera? Q uid iuuenes aut uirgines faciant, cũ & fieri ſine pudore, & ſpectari libenter ab oíbus cernũt? Admonent' utiq; quid facere poſſint, & inflãmant' libidine, quæ aſpectu maxime concitat', ac ſe quiſq; pro ſexu in illis imaginibus præfigurat, probantq; illa dum ridẽt, & adhærentibus uitiis corruptiores ad cubicula reuertunt'. nec pueri mõ, quos præmaturis uitiis imbui nõ oportet, ſed etiã ſenes quos peccare nõ decet, in talẽ uitioꝝ ſemitã dilabunt'. Circẽſiũ quoq; ludoꝝ rõ qd aliud hẽt, niſi leuitatẽ, uanitatẽ, iſaniã? Tãto nãq; ĩpetu cõcitant' aĩ in furorẽ, quãto illic ĩpetu currit', ut iã plus ſpectaculi exhibeant, qui ſpectãdi gratia ueniũt, cũ exclama-

Militare xp̃iano nõ licet.

Accuſare quẽq; crimine capitali xp̃iano nefas.

Infãtes recens natos oblidebãt

Exponere liberos ſuos ſcelus ẽ

Scænici ludi dãnant'.

Hiſtriõica ſaltatio.

Mimorũ officia.

Circenſes ludi.

re & efferri, & exilire cœperint. Vitanda ergo ſpectacula omnia. nō ſolum neqd uitiorum pectoribus inſideat, quæ ſedata & pacifica eſſe debent, ſed ne cuius nos uoluptatis conſuetudo deliniat & a deo atq; a bonis operibus auertat. Nā ludorū celebrationes deoꝝ feſta ſunt, ſiquidē ob natales eorum uel templorū nouorum dedicationes ſunt conſtituti. Et primitus quidem uenationes, quæ uocātur munera Saturno attributæ ſunt. Ludi autem ſcænici libero, circenſes Neptunno. Paulatim uero & cæteris diis idem honos tribui cœpit, ſinguliq; ludi nominibus eoꝝ conſecrati ſunt. Sicut Siſinnius Capito in libris ſpectaculorum docet. Siquis igitur ſpectaculis intereſt, ad quæ religiōis gratia conuenitur, diſceſſit a dei cultu & ad deos ſe contulit, quorum natales & feſta celebrauit.

Ludoꝝ celebratiōes deoꝝ feſta ſunt.

Munera uenationū

Ludi ſcænici.

Circenſes ludi.

Siſinnius Capito de ſpectaculis

¶ De uoluptate aurium. Et quid ſibi uelit diuinorum eloquioꝝ ſimplicitas, quæ omnibus carminibus & floribus, pompiſq; uerboꝝ pferēda eſt. Cap. XXI.

Aurium uoluptas.

AVrium uoluptas ex uocum & cantuum ſuauitate percipitur: quæ ſcilicet tam uitioſa eſt, q̄ oblectatio illa de qua diximus oculorum: Quis enim non luxurioſum: ac nequam putet eū: qui ſcænicas artes domi habeat? At qui nihil refert utrum ne luxuriā ſolus domi: an cū populo exerceas in theatro. Sed iā de ſpectaculis dictū eſt, reſtat unum quod eſt nobis expugnandum, ne capiamur his quæ ad ſenſum intimum penetrant. Nam illa omnia quæ uerbis carent, ideſt aeris & neruorum ſuaues ſoni, poſſunt facile contēni, quia non adhærēt, nec ſcribi poſſunt. Carmen autem compoſitum & oratio cum ſuauitate decipiens capit mentes, & quo uoluerit impellit. Inde homines literati cum ad dereligionem acceſſerint: ab aliquo imperito doctore fundati minus credūt. Aſſueti. n. dulcibus & politis, ſiue oratiōibus, ſiue carminibus, diuinarum literarum ſimplicem cōmunēq; ſermonē pro ſordido aſpernantur. Id enim quærunt quod ſenſum demulceat. Perſuadet aūt quicquid eſt ſuaue, & aio penitus dum delectat, inſidit. Num igitur deus & mētis: & uocis: & linguæ artifex diſerte loqui non poteſt? Immo uera ſumma prouidentia carere fuco uoluit ea, quæ diuina ſunt, ut oēs intelligerent quæ ipſe oībus loquebat. Ergo qui ueritati ſtudet, qui non uult ipſe ſe decipere: abiiciat inimicas & noxias uoluptates, quæ animam ſibi uinciant, ut corpus cibi dulces, præferantur uera falſis æterna breuibus, utilia iucundis. Nihil aſpectu gratum ſit, niſi quod pie, quod iuſte fieri uideas, nihil auditu ſuaue, niſi quod alit animā, melioremq; te reddit. Maximeq; hic ſenſus non eſt ad uitium detorquēdus: qui nobis ideo datus eſt, ut doctrinam dei percipere poſſemus. Itaq; ſi uoluptas eſt audire cātus & carmina: dei laudes canere & audire iucūdum ſit. Hæc eſt uoluptas uera, quæ comes & ſocia uirtutis eſt. Hæc eſt non caduca & breuis: ut illæ quas appetūt: qui corpori ut pecudes ſeruiunt: ſed perpetua & ſine ulla intermiſſione delectans. Cuius terminos ſi quis exceſſerit, nihilq; aliud ex uoluptate petierit niſi ipſam uoluptatē, hic mortem meditatur, quia ſicut uita perpetua in uirtute eſt, ita mors in uoluptate. Qui enim tpalia maluerit, carebit æternis, qui terrena prætulerit: cæleſtia nō habebit.

Carminū delinimenta.

Scriptura ſacra cur ſimplici cōmuniq; ſermone utatur.

¶ De uoluptate olfatus & guſtus, quam uir prudēs euitare debet, ut laqueos & tendiculas mortis. Cap. XXII.

Ad uoluptates

AD uoluptates aūt ſaporis & odoris, & qui duo ſenſus ad ſolum corpus ptinent nihil ē aliud qd a nobis diſputet, niſi forte qs exigit: ut dicamus turpe eē ſapienti ac bono ſi uentri & gulę ſeruiat, ſi unguētis oblitus ac floribus coronatus ſedat qd qui facit: utiq; inſipiens: ineptus: & nihili ē: & quē ne odor quidē uirtutis attigerit. Fortaſſe quiſpiā dixerit. Cur ergo illa facta ſunt: niſi ut illis fruamur? At enim iam ſæpe dictum eſt uirtutē fuiſſe futurā nullā: niſi haberet quæ opprimeret. Itaq; fecit oīa deus ad iſtruendū certamen rerū duaꝝ. Ergo illecebræ iſtæ uoluptatū arma ſunt illius, cuius opus unū ē expugnare uirtutē, iuſtitiāq; ab omnibus excludere. His blādimentis titillat animas & ſuauitatibus. Scit enim quia mortis eſt fabricatrix uoluptas. Nam ſicut deus hominē ad uitā non niſi per uirtutem ac laborem uocat, ita ille ad mortē per delitias ac uoluptates. ſicut ad ueꝝ bonū per fallacia mala: ſic ad uerum malum per bona fallacia peruenitur. Cauēda ſunt igitur oblectamēta iſta tanquam laquei & plagę: ne ſuauitudinum mollicie capti ſub ditionē mortis cum ipſo corpore redigamur: cui nos mancipauimus.

Vnguētis uti inſipientis eſt.

¶ De uoluptate tactus: & quare ſit in hoīe uehementior q̄ in cæteris aīalibus: & quātas p eū diabolus turpitudines ingerat: & ſpicula gehēnæ. Et de licito coitu: & illicito. Et quare inter oīa animantia ſola mulier poſt conceptū ſit patiēs uiri. Et qs ſit continentiæ uel incontinentiæ fructus. Cap. XXIII.

VEnio nūc ad eam quæ pcipit ex tactu uoluptatem: qui ſenſus eſt qdem totius corporis. Sed ego nō de ornamētis aut ueſtibus: ſed de ſola libidine dicēdum mihi puto, quæ maxime cohercenda ē: qa maxime nocet. Cū excogitaſſet deus duoꝝ ſexuū rōnem: attribuit ipſis ut ſe inuicē appeterent: & coniūctione gauderēt. Itaq; ardentiſſimā cupiditatem cūctorū animantiū admiſcuit corporibus: ut in hos affectus auidiſſime ruerent: eaq; ratione propagari & multiplicari genera poſſent. Quæ cupiditas & appetentia in homine uehementior & acrior inuenitur: uel quia hominum multitudinem uoluit eſſe maiorem: uel quontā uirtutē ſoli homini dedit, ut eſſet laus & gloria in cohercendis uoluptatibus: & ſui abſtinentia. Scit ergo aduerſarius ille noſter, quanta ſit uis huius cupiditatis: quam quidam neceſſitatem dicere maluerunt: eamq; a recto & bono ad malum & prauum tranſfert. Illicita enim deſideria immittit: ut aliena contaminent, quibus habere propria ſine delicto licet. Obiicit qpe oculis irritabiles formas: ſuggeritq; fomenta & uitiis pabulū ſubminiſtrat: tum intimis uiſceribus ſtimulos omnes conturbat & cōmouet: & naturalem illum incitat: atq; iflāmat ardorem donec irrætitum hominem implicatūq; decipiat. At ne qs eēt: qui pœnarū metu abſtineret alieno, lupanaria quoq; conſtituit: & pudorē infeliciū mulierū publicauit, ut ludibrio haberet, tam eos q̄ faciūt: q̄ quas pati neceſſe eſt. His obſcœnitatibus animas ad ſanctitatem genitas, uelut in cæni gurgite demerſit: pudorē extinxit, pudicitiam flagitauit. Idem etiā mares admiſcuit maribus: & nefādos coitus cōtra naturā cōtraq; iſtitutū dei machinatus ē: ſic imbuit hoīes, & armauit ad nefas oē. Quid enim pōt eē ſanctū his: qui ætatem ibecillam & præſidio indigentem, libidini ſuæ depopulādā fœdandāq; ſubſtrauerint? Non

Libido cum animātibus ingenita.

Flagitare pudicitiā.

Pædiconū ſcelus.

potest hæc res pro magnitudine sceleris enarrari. Nihil amplius istos appellare possum: q̄ ipios & parricidas: qbus non sufficiat sexus a deo datus: nisi & suū sexū, pfane ac petulāter illudāt. Hęc tm̄ apud illos leuia & q̄si honesta sunt. Quid dicā de his qui abhominādā non libidinē sed insaniā potius exercent? Piget dicere. Sed qd his fore credamus: quos nō piget facere? & tm̄ dicendū est: qa fit. De istis loquor: quoꝝ teterrima libido & execrabilis furor: nec capiti qdem pcit. Quibus hoc uerbis aut qua īdignatiōe tm̄ nefas, pſequar? uicit officiū linguæ, sceleris magnitudo. Cum igit̄ libido hæc edat opa: & hæc facinora designet: armandi aduersus eā uirtute maxima sumus. Quisqs affectus illos frænare nō pōt: cohibeat eos intra p̄scriptum legitimi tori: ut & illud qd̄ auide expetit, assequat̄: & tm̄ in peccatum non īcidat. Nā qd sibi hoīes pditi uolunt? Nēpe honesta opa uoluptas sequitur: si ipsam per se appetunt: iusta & legitia frui licet. Q d̄ si aliqua necessitas, phibet: tum uero maxia adhibenda uirtus erit: ut cupiditati cōtinentia reluctet̄. Nec tm̄ alienis toris quæ attingere nō licet: ueꝝ etiā publicis uulgatisq; corpibus abstinendum: deus p̄cepit. Docetq; nos cum duo inter se corpa fuerint copulata: unū corpus efficere. Itaq; qui se cæno īmerserit, cæno sit oblitus necesse est. & corpus quidem cito ablui pōt: mens aūt contagione impudici corporis inqnata nō pōt, nisi ex longo tpe & multis bonis operibus ab ea quæ inhæserit, colluuione purgari. Oportet ergo sibi quēq; p̄ponere duoꝝ sexuum cōiunctionē generādi causa, datam esse uiuentibus. Eāq; legem his affectibus positā: ut successionē parēt. Sicut aūt dedit nobis oculos deus: non ut spectemus uoluptatemq; capiamus: sed ut uideamus, ppter eos actus, qui pinent ad uitæ necessitatē. Ita genitalē corporis partem: qd̄ nomen ip̄m docet: nulla alia cā nisi efficiēdæ sobolis accepimus. Huic diuinæ legi sūma deuotione parēdū est: sint oēs qui dei discipulos se, pfitebunt̄: ita morati & instituti, ut īperare sibi possint. Nā qui uoluptatibus indulgēt, qui libidini obsequunt̄ hi aīam suā corpi mācipāt: ad mortēq; cōdēnāt: quia se corpori addixerūt in quo hēt mors ptātem. Vnusquisq; igit̄ quātū pōt formet se ad uerecundiā: pudorēq; colat, castitatē mente & conscia tueat̄. Nec tm̄ legibus publicis pareat: sed sit supra oēs leges qui legem dei sequit̄. Quibus bonis si assueuerit, iam pudebit eū in deteriora descendere. Modo placeāt recta & honesta quæ meliori bus iucundiora sunt: q̄ praua & inhonesta peioribus? Nōdū oīa castitatis officia executus sum, quā non mō deus intra priuatos parietes: sed etiā p̄scriptio lecti terminat, ut cū qs hēat uxorē: neq; seruā neq; liberā habere īsup uelit: sed mr̄imonio fidē seruet. Non. n. sicut iuris publici rō est: sola mulier adultera ē, quæ hēt alium. Maritus aūt ēt si plures hēat: a crimine adulterii solutus est. Sed diuina lex ita duos in mr̄imoniū qd̄ est in corpus unū pari iure coniūgit, ut adulter hēat̄ q̄sqs pōpagē corpis ī diuersa distraxerit. Nec ob aliā cām deus cū cæteras aīantes susceptо fœtu maribus repugnare uoluisset, solā oīum mulierē patiētem uiri fecit. s. ne fœminis repugnātib9 libido cogeret uiros alid̄ appetere: eoq; facto castitatis gloriā nō tenerēt. Sed neq; mulier uirtutē pudicitiæ capet, si peccare nō posset. Nā qs mutū aīal pudicū esse dixerit: qd̄ suscepto fœtu mari repugnat? Q d̄ ideo facit, quia necesse est in dolorem atq; in periculū ueniat, si admiserit. Nulla igit̄ laus est non facere

Irrumatorū libido execrabilis

Castitatis officia.

Adultera sola mulier ex iure ciuili.

Mulier ex oībus aiantibus suscepto fœtu uiri patiēs

non facere quod nō possis facere. Ideo autem pudicitia in homine laudatur, quia non naturalis est sed uolūtaria. Seruāda igitur fides ab utroq; alteri est, immo exemplo cōtinētiæ docēda uxor: ut se caste gerat. Iniquū est. n. ut id exigas: qd̄ ipse præstare non possis. Quæ iniquitas id effecit profecto, ut essent adulteria: fœminis ægre ferētibus p̄stare se fidem: non exhibentibus mutuā caritatē. Deniq; nulla est tam perditi pudoris adultera, quæ non hāc cām uitiis suis p̄tendat: iniuriam se peccādo non facere sed referre, quod optime Quintilia, expressit. Homo inqt neq; alieni mr̄imonii abstinēs, neq; sui custos: que inter se natura cōnexa sunt. Nā neq; maritus circa corrumpēdas alioꝝ cōiuges occupatus pōt uacare domesticæ sanctitati. Et uxor cū in tale incidit matrimoniū, exēplo incitata aut imitari se putat: aut uindicari. Cauēdū est igit̄ ne excusationē uitiis nr̄a intemperātia demus, sed assuescāt inuicē mores duoꝝ: & iugū paribus aīs ferāt. Nos ipsos in altero cogitemus. Nam feré in hoc iustitiæ summa cōsistit, ut non facias alteri quicqd ipse ab altero pati nolis. Hæc sunt quæ ad cōtinētiā p̄cipiunt̄ a deo. Sed tm̄ si qs diuina p̄cepta circūscribere se putet posse adducat̄ illa: ut oīs calūnia & occasio fraudis remoueat̄, adulterū esse qui a marito dimissam duxerit: & eū qui p̄ter crimen adulterii uxorē dimiserit: ut alterā ducat. Dissociari. n. corpus & distrahi deus noluit. Præterea nō tm̄ adulteriū eē uitādū, sed etiā cogitationē, neqs aspiciat alienā, & aio cōcupiscat. Adulterā. n. fieri mētē: si uel imaginē uoluptatis ipsa sibi depinxerit. Mens est. n. pfecto quæ peccat quæ īmoderatæ libidinis fructū cogitatione cōplectit̄. In hac crimē ē: in hac oē delictū. Nā & si corpus nulla sit labe maculatū nō cōstat tm̄ pudicitiæ rō: si aius incestus est: nec illibata castitas uideri pōt: ubi cōsciētiā cupiditas inqnauit. Nec uero aliqs existimet difficile eē īponere frænos uoluptati, eāq; uagā & errātē castitatis pudicitiæq; limitibus includere: cū p̄positum sit hoibus oībus eā uincere, ac plurimi beatā atq; incorruptā corpis ītegritatē reti nuerūt: multiq; sint qui hoc cælesti gr̄ā uitæ felicissime pfruant̄. Q d̄ qdē non ita deus fieri p̄cepit tanq̄ astringat, qa generari hoīes oportet, sed tanq̄ sinat. Scit. n. quātā his affectibus īposuerit necessitatem. Si qs hoc inquit facere potuerit, habebit eximiā incōparabilēq; mercedē. Quod continētiæ genus q̄si fastigiū ē oīumq; consumatio uirtutū. Ad quā si quis eniti atq; eluctari potuerit: hūc seruum domi nus: hunc discipulū magister agnoscet. Hic terrā triumphabit: hic erit cōsimilis deo: qui uirtutem dei ceperit. Hæc quidē difficilia uident̄: sed de eo loquimur cui calcatis omnibus terrenis iter in cælum paratur. Nam quia uirtus in dei agnitione cōsistit, omnia grauia sunt: dum ignores: ubi cognoueris facilia, per ipsas difficultates nobis exeundum est, qui ad summum bonum tendimus.

Adulteria uñ nata.

Quintil. loc⁹ ex declamat.

Diuortiū sublatū iure diuino.

Mens adultera est.

¶ De pœnitentia & fructu eius, & conscientiæ stimulis, & districto dei iudicio: & quibus sacrificiis: & in qua ara possit placari. Cap. XXIIII.

Hæc tamen deficiat aliquis: aut de se desperet, si aut cupiditate uictus aut libidine īpulsus, aut errore deceptus, aut ui coactus, ad iniustitiæ uiā lapsus est. Pōt. n. reduci ac liberari si eū pœniteat actorū: & ad meliora cōuersus satis deo faciat: qd̄ fieri posse Cicero nō putauit, cuius hæc in academico tertio uerba sunt. Q d̄ si liceret his qui

Pœnitentiæ locus. est apud deum.

in itinere deerrassent, sic uiam deuiam secutos corrigere errorem in pœnitendo, facil or eēt emēdatio temeritatis. Licet plane. Nā si liberos nostros cū delictorum suoꝝ cernimus pœnitere: correptos eē arbitramur, & abdicatos abiectosq; rursus tñ suscipimus: fouemus: amplectimur: cur desperemus clementiā dei pris pœnitē do posse placari? Ergo idē dominus ac parēs indulgētissimus remissurū se pœnitē tibus pcta promittit, & obliturū oēs iniqtates nras: si iustitiam denuo cœperimus opari. Sicut. n. nihil prodest male uiuenti ante actæ uitę probitas, qa superueniens neqtia iustitiæ opa deleuit: ita nihil officiūt pcta uetera correcto: qa supueniēs iustitia labē uitę prioris aboleuit. Q uē enim facti sui pœnitet: errorem suū pristinū intelligit. Ideoq; græci melius & significantius μετανοιαν dicūt: quē nos latine possumus dicere resipiscentiā. Resipiscit. n. quasi suā mentē ab insania receperit, quē errari piget: castigatq; seipsum dementiæ, & cōfirmat aīum suū ad rectius uiuendum, tum idipsum maxime cauet: ne rursus in eosdem laqueos inducaē. Denique muta quoq; aīalia cum fraude decipiunē: si aliquo se modo in fugā extricauerint fiunt postmodum cautiora: uitantq; semper ea oīa in quibus dolos insidiasq; senserunt. Sic hominē pœnitentia cautum ac diligentem facit ad euitanda peccata: in quæ semel fraude deciderit. Nemo enim potest esse tam prudens: tam circūspectus: ut non aliquādo labaē. Et iccirco deus imbecillitatem nostram sciens pro sua pietate aperuit nobis portum salutis, ut huic necessitati cui fragilitas carnis subiecta est: medicina pœnitentiæ subueniret. Ergo quicunq; aberrauerit referat pedē seq; quā primum recipiat ac reformet.

Pœnitētia græce qūo Metanœa quid.

Verg. loc⁹. Sed reuocare gradū superasq; euadere ad auras Hoc opus hic labor est.

Degustatis. n. male iucūdis uoluptatibus, uix diuelli ab his pñt: facilius recta seqrentē, si eaꝝ suauitates nō attigissent: sed si eripiant se malæ seruituti: cōdonabitur his oīs error: si errorem suū uita meliore, correxerint. Nec lucrari se quisq; putet, si delicti conscius non habebit. scit. n. ille oīa in cuius conspectu uiuimus. nec si uniuersos hoīes cælare possumus: deū possumus, cui nihil abscōditū, nihil pōt eē secretū. Seneca exhortatōes suas mirabili snia terminauit. Magnū inqt, nescio quid maius: q̄ cogitari pōt numē est: cui uiuēdo operā damus. Huic nos approbemus. Nā nihil pdest inclusā eē conscientiā, patemus deo. Q uid uerius dici pōt ab eo q deū nosset: q̄ dictū ē ab hoīe ueręligionis ignaro? nā & maiestatem dei exp̄sit maiorē eē dicendo, q̄ ut eā cogitatio mētis hūanæ capę posset, & ip̄m ueritatis atti git fontē, sentiēdo uitā hoīum supuacuā non esse (ut Epicurei uolunt) sed deo ab his operā uiuēdo dari: siqdē iuste ac pie uixerint. Potuit eē uerus dei cultor siqs illi mōstrasset: & contēpsisset pfecto Zenonē & magistrum suum Socionem: si ue re sapiētię ducem nactus esset. Huic nos inqt approbemus. Cælestis prorsus oro nisi accederet ignorātię confessio, nihil prodest iclusā habere cōscientiā: patemus deo. Nullus ergo mendatio, nullus dissimulationi locus est: qa parietibus oculi hominum submouent: dei āt diuinitas nec uisceribus submoueri potest: quominus totum hominem pspiciat & norit. Idem in eiusdem opis primo. Q uid agis inqt? qd machinaris? qd abscondis? Custos te tuus sequit. Alium tibi peregrinatio subduxit, alium mors, aliū ualitudo. Hęret hic, quo carere nunq̄ potes. Q uid locum

Peccati latebram nō esse.

Socion Senecæ magister.

abditum

abditum legis: & arbitrium remoues? Puta tibi contigisse ut oculos omnium effugias demens. Q uid tibi pdest non habere consciū, habenti cōsciam. non minus mirabiliter de conscia & deo Tullius: Memínerit inqt deū se habere testem. i. (ut ego arbitror) mentē suam qua nihil homini dedit ipse diuinius. Itē cū de bono & iusto uiro loqueremur. Itaq; talis uir inqt non mō facere, sed ne cogitare quidem quicq̄ audebit, quod non audeat prædicare. Purgemus igitē conscientiā: quæ oculis dei est puia: & (ut idem ait) semper ita uiuamus: ut rōnem nobis reddendā arbitremur, putemusq; nos momentis oībus non in aliquo (ut ille dixit) orbis terræ theatro ab hoībus: sed desuper spectari ab eo: qui & iudex & testis ipse futurus est: cui rationē uitæ reposcenti actus suos inficiari non licebit. Ergo satius est aut effugere conscientiā: aut nos ipos ultro aperire aīam & pniciem rescissis uulneribus effundere: qbus nemo alius mederi potest: nisi solus ille qui gressum claudis: uisum cæcis reddidit, maculata purgauit membra mortuos excitauit. Ille ardorē cupiditatis extinguet: extirpabit libidines: inuidiā distrahet: irā mitigabit. Ille reddet uerā & perpetuā sanitatē. Appetēda est hæc oībus medicina: qm̄ maiori piculo uexaē aīa q̄ corpus, & q̄ primū latētibus morbis adhibēda ē curatio. Neq;. n. si utaē aliqs oculoꝝ acie clara, mēbris oībus integris corpis totius fortissima ualetudine, tñ eū dixerim sanū si efferaē ira, supbia tumidus inflet: libidini seruiat: cupiditatibus inardescat, sed eū potius qui ad alienā felicitatē non attollat oculos, opes non admiret, alienā mulierē sancte uideat: nihil oīno appetat, non cōcupiscat alienum, non inuideat ulli: non fastidiat quenq̄, sit humilis, misericors: beneficus, mitis: humanus, pax in aīo eius perpetua uersaē. Ille hō sanus, ille iustus: ille pfectus est. Q uisqs igitē his oībus p̄ceptis cælestibus obtēperauit hic est ueri dei cultor, cuius sacrificia sunt māsuetudo animi: & uita innocens, & actus boni. Q uæ oīa qui exhibet, toties sacrificat: quoties bonū aliqd ac piū fecerit. Deus. n. nō desiderat uictimā, neq; muti aīalis: neq; mortis ac sanguinis, sed hominis uitā. Ad qd̄ sacrificiū neq; uerbenis opus est, neq; fibris: neq; cespitibus: quæ sunt utiq; uanissima: sed his quæ de intimo corde pferunē. Itaq; in arā dei quæ uere maxima est: & quæ in corde hoīs collocata coinquinari non pōt sanguine, iustitia imponitē: patientia: fides: innocentia, castitas: abstinentia. Hic est uerissimus ritus: hæc illa lex dei (ut a Cicerone est dictū) p̄clara & diuina semp̄q; recta & honesta iubet: Vetatq; praua & turpia: cui parētem sanctissimæ ac certissimæ legi iuste ac legitime necesse est uiuere. Cuius legis pauca equidē capita posui: q̄ sum pollicitus ea me tantūmodo esse dicturū, quæ summū fastigiū uirtuti & iustitiæ imponerēt. Si qs uolet cætera oīa cōprahēdere ex fonte ipso petat, undead nos riuus iste manauit.

Conscientiæ testimoniū.

Cōfessio peccatorū quantum ualeat.

Verbenæ in sacrificiis.

Cespites ad rē diuinam.

¶ De differentia doni & sacrificii diuini: & forma laudandi deum: & oratiōis forma & fructu. Cap. XXV.

Ebur non castū deo donum.

NVnc de sacrificio ipso dicamus pauca. Ebur inqt Plato nō castum donū deo. Q uid ergo? Picta. s. & texta p̄tiosa: immo uero non castum donū deo quicquid surripi, quicquid corrumpi potest. Sed si cut hoc uidit non oportere uiuenti offerre: aliquid quod sit ex mortuo corpore, cur illud non uidit, non debere incorporali corporale

munus offerri? Q uãto melius & uerius Seneca? Vultis ne uos ĩquit deũ cogitare magnũ & placidũ: & maiestate leni ferendũ, amicũ & ſemp in ꝓximo, nõ ĩmolationibus & ſanguine multo colẽdũ. Q uæ.n. ex trucidatiõe immerẽtiũ uoluptas eſt? Sed mente pura, bono honeſtoq; ꝓpoſito: non tẽpla illi congeſtis in altitudinem ſaxis ſtruenda ſunt, in ſuo cuiq; conſecrãdus eſt pectore. Veſtes igit̃: gemmas: & cætera quæ hñtur in ꝓtio: ſi qs putet deo cara, is plane qd ſit deus neſcit: cui putat uoluptati eẽ eas res: quas etiã hõ ſi qs cõtẽpſerit, iure laudabit̃. Q uid ergo caſtũ, qd deo dignũ niſi qd̃ ipſe in illa diuĩa lege ſua popoſcit? Duo ſunt quæ offerri dẽant, donũ & ſacrificiũ: donũ in perpetuũ: ſacrificiũ ad tẽs. Vex̃ apud iſtos q nullo mõ rõnẽ diuinitatis intelligũt donũ eſt qcqd auro argẽtoq; fabricat̃: Itẽ q̃cqd ſerico & purpura texit̃, ſacrificiũ ẽ & uictima & q̃cũq; in ara cremant̃. Sed utroq; nõ utit̃ deus, qa & ipſe incorruptus ẽ: & illud totũ corruptibile. Itaq; deo utrũq; incorpale offerẽdũ eſt, quo utit̃. Donũ eſt integritas aĩ, ſacrificiũ laus & hymnus. Si.n. deus nõ uĩ, ergo his rebus coli debet, q̃ nõ uident̃. Nulla igitur alia religio eſt uera: niſi quæ uirtute ac iuſtitia conſtat, Q ũo aũt deus iuſtitia hoĩs utat̃, intellectu facile eſt. Si.n. iuſtus fuerit hõ, accepta ĩmortalitate in æternũ deo ſeruiet. Hoĩes aũt nõ niſi ad iuſtitiã naſci: tũ pĥi ueteres tũ ẽt Cice. ſuſpicat̃ diſſerens.n. de legibus. Sed oĩum inqt q̃ in hoĩum doctoꝝ diſputatione uerſant̃: nihil eſt ꝓfecto pſtabilius: q̃ plane ĩtelligi nos ad iuſtitiã eẽ natos. Id ergo ſolũ deo exhibere atq; offerre debemus: ad qd̃ capiẽdũ nos ipſe gñauit. Hoc aũt duplex ſacrificii genus q̃ ſit ueriſſimũ Triſmegiſtus Hermes idoneus teſtis ẽ. Q ui nobiſcũ id eſt cũ ꝓphetis quos ſeqmur: tã uerbis q̃ re cõgruit: de iuſtitia ſic locutus ẽ. Hoc uerbũ o fili adora & cole. Cultus aũt dei unus ẽ malũ nõ eẽ. Itẽ in alio ſermõe ꝓfecto cũ exaudiſſet Aſclepiũ q̃rentẽ a ſuo filio, utrũ placeret pri eius offerri thus & alios odores ad ſacrificiũ dei: exclamauit. Bene bene o minate, o Aſclepi. Eſt enim maximũ tale qd de illo uno ac ſingulari bono in aĩum ĩducere. Hæc & his ſimilia huic nõ cõueniũt. Oĩum.n. q̃cũq; ſunt plenus eſt & oĩum minime ĩdigẽs. Nos uero gr̃as agẽtes, adoremus. Huius.n. ſacrificiũ ſola bñdictio. Et recte. Verbo.n. ſacrificari oportet deo: ſiqdẽ deus uerbũ eſt (ut ipe cõfeſſus eſt). Summus igit̃ colendi ritus eſt: ex ore iuſti hoĩs ad deũ directa laudatio: quæ tñ ipſa ut deo ſit accepta, & humilitate: & timore, & deuotiõe maxĩa opus eſt, neq; forte integritatis & innocẽtiæ fiduciã gerẽs, tumoris & arrogãtiæ crimẽ incurrat: eoq; facto gr̃am uir tutis amittat. Sed ut ſit deo carus omniq; macula careat: miſericordiã dei ſemp imploret: nihilq; aliud ꝓceꝺ, niſi peccatis ſuis ueniã: licet nulla ſint. Si qdẽ aliud deſiderauit, nõ eſt opus dicto ſciẽti: qd uelimus: ſiqd ei boni euenerit: gr̃as agat: ſiqd mali, ſatiſfaciat: & illud ſibi ob peccata ſua fateat̃ eueniſſe, nihilominus in malis gr̃as agat: & in bonis ſatiſfaciat: ut idẽ ſit ſemp & ſtabilis, & immutabilis, & incõcuſſus. Nec tñ hoc in tẽplo putet ſibi eſſe faciẽdũ: ſed & domi & in ipſo etiã cubili ſuo. Secum deniq; habeat deum ſemper in corde ſuo conſecratum, qm̃ ipſe eſt dei templum. Q uod ſi deo patri ac domino hac aſſiduitate: hoc obſequio: hac deuotione ſeruierit: conſumata & perfecta iuſtitia eſt: quam qui tenuerit: hic (ut ante teſtati ſumus) deo paruit, hic religioni atq; ſuo officio ſatiſſecit.

Deus honeſto ꝓpoſito colendus.

Donum deo dignũ

Donũ qd̃

Sacrificiũ quid.

Hoĩes ad iuſtitiã natos.

Cultus dei qui.

L.Cæ.

¶ L.Cœ.Lactãtii Firmiani diuinaꝝ inſtitutionũ aduerſus gentes. Liber. VII. & ultimus. ¶ De diuino præmio. ideſt de uita beata & ultimo futuro Iudicio ad Conſtantinum Imperatorem.

¶ Q uid ſit dictum in præcedentibus libris, quid reſtat dicendum in ultimo: qui ſint crediturí ueritati: & qui non: & quare. Caput primum.

Bene hẽ.

Bene habet, iacta ſunt fundamẽta (ut ait eximius orator) Vex̃ nos nõ tm̃ fundamenta iecimus, q̃ firma & idonea eẽnt operi pferẽdo: ſed magnis robuſtiſq; molibus: ædificiũ totũ penẽ uſq; ad ſummã pduximus, Reſtat id qd̃ eſt multo facilius, uel tegere uel ornare: ſine quo tñ priora opa inutilia ſunt & ingrata. Nã qd prodeſt aut falſis religionibus liberari, aut ĩtelligere uerã? Q uid aut uanitatẽ falſæ ſapientiæ puidere, aut quæ ſit uera cognoſcere? qd inquã ꝓdeſt cæleſtẽ illã iuſtitiã defendere? qd cũ magnis difficultatibus cultũ dei tenere: quæ eſt ſumma uirtus? niſi eũ diuinũ præmiũ beatitudinis ꝓpetuæ ſubſequat̃ de q̃ nobis eſt in hoc libro diſſerẽdũ: ne priora oĩa irrita & infructuoſa uideãtur: ſi hoc cuius cã illa ſuſcepta ſunt in incertũ relinquamus: ne qs forte arbitret̃ tãtos labores ĩcaſſum ſuſcipi: dũ eoꝝ cæleſti mercede diffidit, quã deus ſtatuit ei, q hæc ſuauia terræ bona pro ſola nudaq; uirtute cõtempſerit. Satis & huic parti faciamus: tũ teſtimoniis diuinaꝝ lr̃aꝝ, tũ etiã ꝓbabilibus argumẽtis, ut æque claꝝ ſit: & futura pñtibus: & diuina terrenis & ꝓpetua breuibus eẽ anteponẽda, qm̃ tpalia ſunt præmia uitioꝝ, ſempiterna uirtutũ. Exponã igit̃ rõnẽ mũdi: ut facile poſſit intelligi qñ & quare ſit effectus a deo qd Plato q de mundi fabricatiõe diſſeruit: nec ſcire potuit: nec explicare: quippe q cęleſte myſteriũ: quod nõ niſi ꝓphetis ac deo docẽte diſcit̃: ignorabat. Ideoq; in perpetuũ dixit eſſe fabricatũ, qd longe ſecus eſt: qm̃ qcqd eſt ſolido ac graui corpore, ut initiũ cœpit aliqñ, ita finem capiat neceſſe ẽ. Nã Ariſto. cũ non uideret quẽadmodũ poſſet tãta reꝝ magnitudo interire: & hãc ꝑſcriptionẽ uellet effugere, ſemp ait fuiſſe mundum: ac ſemp futuꝝ prorſus nihil uidit, qa quicquid eſt, aliqñ habuerit principium neceſſe eſt, nec oĩno qcq̃ põt eẽ niſi cœperit. Nã cũ terrã, & aquã, & ignẽ diſparire cõſumiq;, extinguiq; uideamus, quæ ſint utiq; mundi ptes ĩtelligit̃, totũ eſſe mortale, cuius membra ſunt mortalia. Ita fit, ut natũ ſit quicquid põt interire: ſed & omne quod ſub uiſum oculorũ uenit, & corporale (ut ait Plato) & ſolubile ſit neceſſe eſt. Vnus igit̃ Epicurus authore Democrito ueridicus in hac re fuit. q ait, & ortũ aliqñ: & aliqñ eẽ periturũ. Nec tñ rõnem ullam reddere potuit: ſcilicet aut quibus de cauſis hoc tantũ opus aut quo tpe reſoluat̃. Q uod qm̃ nobis deus reuelauit, nec cõiecturis id aſſequimur: ſed traditione cæleſti: docebimus ſedulo, ut tandem ſtudioſis ueritas appareat, nec uidiſſe nec cõprehẽdiſſe pĥos ueritatẽ. Sed ita leuiter odoratos: ut tñ unde eos ille odor ſapiẽtiæ tã ſuauis: tã iucũdus afflaret: nullo mõ ſenſerint. Interim neceſſariũ puto admonere lecturos: q̃ hæc noſtra quę tradimus: prauę uitioſæq; mẽtes aut oĩno nõ intelligent: Hebetatur enim

Mundus a deo fabricatus in ꝓpetuum.

Mundum ſemp fuiſſe & ſemp futurum.

Viſibilia oĩa corporalia ſunt & ſolubilia.

Mundũ & ortũ & aliquãdo periturũ.

acies eoꝝ terrenis cupiditatibus:quæ ſenſus oēs grauāt:imbecilleſq; reddunt:aut etiā ſi intelligēt:diſſimulabunt tñ,& eſſe hæc uera nolent:quia trahunt' a uitiis & ſcientes malis ſuis fauent,quoꝝ ſuauitate capiunt',& uirtutis uitā deſerunt, cuius acerbitate offendunt':nā qui auaritia & opū inexplebili quadam ſiti flagrāt, quia non poſſunt uenditis aut elargitis quæ amant:tenui cultu uita degere: Sine dubio maluntid eſſe affectū:q; deſideriis ſuis renunciare cogunt'. Itē qui libidinū ſtimulis incitati(ut ait poeta)in furias ignēq; ruunt: utiq; incredibilia nos afferre dicūt, quia uulnerāt aures eoꝝ p̄cepta cōtinentiæ:quæ illos uoluptatibus ſuis prohibēt quibus aiam ſuā cū corpore adiudicauerūt.Q ui uero ambitione inflati:aut amore potētię iflāmati,oē ſtudiū ſuū ad honores acq̄rēdos cōtulerunt , ne ſi ſolē quidem ipſum geſtemus in manibus,fidē cōmodabunt ei doctrinæ, quæ illos iubet omni potētia & honore cōtempto humiles uiuere:atq; ita humiles,ut & accipere iniuriā poſſint,& referre nolint ſi acceperint.Hi ſunt hoīes qui cōtra ueritatē clauſis oculis quoquomodo latrāt.Q ui aūt ſani ſunt uel erūt ideſt nō ita uitiis imerſi ut ſanabiles non ſint:& credēt his & libēter accedēt:& q̄cūq; dicimus apta:& plana,& ſimplicia,& qd' maxime opus eſt:uera & in expugnabilia illis uidebuntur. Nemo uirtuti fauet:niſi qui ſequi p̄t,ſequi aūt non facile eſt oībus. Hi poſſunt, quos pauptas & reꝝ indigētia exercuit:& capaces uirtutis effecit. Nā ſi uirtus eſt tolerātia maloꝝ non capiūt ergo uirtutē,qui ſemp in bonis fuerunt , qa mala neq; expti ſunt neq; ferre p̄nt aſſuetudie ac deſiderio bonoꝝ:quæ ſola nouerūt. Eo fit, ut paupes & humiles deo credāt facilius:qui ſunt expediti q̄ diuites : qui ſunt impedimētis plurimis iplicati:immo cathenati & cōpediti ſeruiūt ad nutū dn̄æ cupiditati:quæ illos inextricabilibus uinculis irrætiuit:nec p̄nt in cælum aſpicere : qm̄ mens eoꝝ in terrā prona,humiq; defixa eſt. Virtutis aūt uia nō capit magna onera portātes,anguſtus admodū trames eſt:per quē iuſtitia hoiem deducit in cælū: Hunc tenere nō p̄t,niſi qui fuerit expeditus & nudus. Nā iſti locupletes multis & ingētibus ſarcinis onerati,per uiā mortis incedūt:quæ latiſſima eſt, qm̄ late p̄dit dn̄at'. His acerba ſunt,his uenena:quæ deus ad iuſtitiā p̄cepit : quæq; nos dei magiſterio de uirtute ac ueritate diſſerimus.Q uibus ſi repugnare audebūt neceſſe eſt hoſtes ſe eē uirtutis iuſtitiæq; fateant',Aggrediar nūc qd' ſupeſt ut finis opi poſſit ponī.Id aūt ſupeſt ut de iudicio dei diſſeramus qd' tūc cōſtituet' cū dn̄s nr̄ redierit in terrā:ut unicuiq; pro merito aut p̄miū p̄ſoluat aut pœnā. Itaq; ut in q̄rto lib.de prio aduētu eius diximus:ſic in hoc ſcdm referamus aduētum quē iudæi quoq; confitent' & ſperāt,ſed fruſtra.qm̄ neceſſe eſt ad eos conſolādos reuertat' ad quos cōuocādos prius uenerat,nā qui uiolauerūt impie hūilē ſentient in ptāte uictorē.Eaq; oīa quę legūt & nō intelligūt deo cōpaſſante patient':quippe qui peccatis oībus inqnati & inſup ſancto cruore p̄fuſi ab illo ipſo cui nefandas manus intulerūt ſint ad æterna ſupplicia deſtinati:ſed erit nobis cōtra iudæos ſepata materia in qua illos erroris & ſceleris cōuincemus nūc ignaros ueritatis inſtruamus.

¶ Q uod aureū ſeculū .i.feliciſſimus ſtatus futurus eſt,poſt iudiciū. Et quare ratio mundi non p̄t ab homine apprehendi,& q; uerā ſapientiam non aſſequitur quis beneficio naturæ,ſed gratiæ.

Libidinis ſtimuli.

Virtuti q̄ fauet. Virtutem nō capiūt fortunati.

Locupletes p uiam mortis incedunt.

Cap. II.

Diſpoſitione

DIſpoſitiōe ſummi dei ſic ordinatū, ut iniuſtum hoc ſeculū decurſo tēpoꝝ ſpatio terminū ſumat, extinctaq; protinus omni malitia, & pioꝝ aīs ad beatā uitā reuocatis q̄etum,trāquillum pacificū,aureū deniq;(ut poetæ uocāt)ſeculum,deo ipſo regnāte floreſcat.In primis cā erroꝝ oīum p̄bis hæc fuit q; rōnē mundi quæ totā ſapiētiā continet non cōprehēderunt.Ea uero ſenſu ꝓprio & interna intelligētia non p̄t comprehendi,qd' illi ſine doctore per ſeipſos facere uoluerunt.Itaq; in uarias ſibi ſæpe contrarias ſentētias inciderunt,ex quibus exitum non haberēt & in eodē luto(ſicut Comicus ait)hæſitauerunt.ſ.aſſumptionibus eoꝝ non rn̄dēte rōne cum aſſumpſiſſent,quidē uera ſed quæ affirmari probariq; non poſſent ſine ſcientia ueritatis rerūq; cæleſtium,quæ(ut ſæpe iā dixi)non poteſt eſſe in hoīe,niſi deo docente p̄cepta.Nā ſi poteſt homo intelligere diuina,poteſt & facere.Nā intelligere eſt quaſi ueſtigio ſubſequi.Non p̄t aūt facere quæ deus:qui mortali corpe iduitus eſt.Ergo nec intelligere qdē p̄t quæ fecit deus. Q uod aūt fieri non poſſit, ex immēſitate reꝝ atq; operū diuinoꝝ facile ē unicuiq; metiri.Nā ſi mundū cū oībus quæ ſunt in eo,contēplari uelis,intelliges profecto quātum dei opus hūanis operibus anteſtet.Ita quātū iter opa diuina & hūana itereſt,tm̄ diſtare iter dei hoīſq; ſapientiā neceſſe ē.Nā quia deus incorruptus atq; immortalis,& iō p̄fectus,quia ſempiternus eſt,ſapientia quoq; eius pinde ut ipa p̄fecta eſt. Nec obſtare illi q̄cq̄ p̄t,qa nulli rei deus ipſe ſubiectus eſt.Homo aūt qa ſubiectus eſt paſſioni,ſubiecta eſt & ſapiētia eius errori,& ſicut hoīs uitā multæ res impediunt , quominus poſſit eē perpetua,ita ſapientiā quoq; eius multis rebus impediri neceſſe eſt:quominus in p̄ſpiciēda penitus ueritate p̄fecta ſit.Ergo nulla eſt humana ſapientia, ſi per ſe ad notionē ueri ſciētiāq; nitat',qm̄ mens hoīs cū fragili corpe illigata , & in tenebroſo domicilio incluſa neq; liberius euagari,neq; clarius p̄ſpicere ueritatem p̄t,cuius notio diuinæ cōditionis eſt.Deo.n.ſoli opa ſua nota ſunt: hō aūt nō cogitando,aut diſputādo aſſequi eam poteſt:ſed diſcēdo & audiēdo ab eo,qui ſcire ſolus p̄t & docere.Ideo M.Tullius ſentētiā Socratis de Platone trāſferēs dicentis uenīſſe tēpus ut ipſe migraret e uita.Illos aūt apud quos cauſam ſuā porabat, agere uitā.V trū melius ſit inquit,dii immortales ſciūt,hominē aūt arbitror ſcire neminē.Q uare neceſſe eſt oēs philoſophiæ ſectas alienas eſſe a ueritate,quia homines erant,qui eas conſtituerunt,nec ullum fundamentum aut firmitatem poſſunt habere,quæ nullis diuinarum uocum fulciuntur oraculis.

¶ Q uantū errauerint ſtoici de rōne mūdi & authore oīum deo,& hoīe per quē factus eſt mundus:& quā manifeſte cōtra Epicurū rōnibus doceatur mūdum & omnia quæ in eo ſunt dei prouidentia gubernari. Cap. III.

IT qm̄ de p̄bꝝ erroribus loquimur:Stoici naturam in duas diuidunt partes,unā quæ efficiat,alterā quæ ſe ad efficiēdū tractabilem præbeat.In illa prima eſſe uim ſentiēdi,in hac materiam, nec alterū ſine altero eſſe poſſe. Q uomodo idē eē p̄t quod tractat, & quod tractat'? Si quis dicat idē eſſe figulū,quod lutum,aut lutum idem eſſe quod figulum,nonne aperte inſanire uideatur? At iſti uno naturæ

In luto hæret.

Intelligere quid.

Sapientia humana nulla eſt.

Mori melius ſit an uiuere dii tm̄ ſciunt.

Natura duplex.

nomine duas res diuersissimas comprehenderunt, deum & mūdum: artificem & opus, dicuntq; alterum sine altero nihil posse, tanq̄ natura sit deus mundo terminatus, nam interdum sic confundunt, ut sit deus ipse mens mundi, & mundus sit corpus dei. Q uasi uero simul esse cœperint mundus, & deus, ac nō ipe mundum fecerit, quod & ipi fatentur alias, cum hominum causa prædicāt esse fabricatum. & esse sine mundo si uelit, posset. Si quidem deus est diuina mens & æterna, a corpore soluta & libera, cuius uim maiestatem quoniam intelligere non poterant, miscuerunt eum mundo, idest operi suo. Vnde est illud Virgilianum,

Totamq; infusa per artus Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Vbi est ergo illud, quod iidem ipi aiunt & factum esse diuina ꝓuidentia, & regi? Si. n. fecit mūdum, fuit ergo sine mūdo. Si regit, nō utiq; sicut mens corpus regit: sed tāq̄ dns domum, nauimq; gubernator, auriga currum, nec tamen mixti sunt his rebus, quas regunt. Nam si hæc omnia quę uidemus, dei membra sunt: iam insensibilis ab his cōstituitur deus, quoniam membra sensu carent. & mortalis est, qm̄ uidemus membra esse mortalia. Possum enumerare quoties repentinis quassatæ motibus, uel hiauerint terræ: uel descenderint in abruptum, quoties demersæ fluctibus & urbes & insulæ abierunt in profundum, frugiferos campos, paludes: inundauerint, flumina & stagna siccauerint: mōtes etiā uel deciderint abrupti, uel planis fuerint adæquati, plurimas regiones & multoꝝ fundamēta montium latēs, & internus ignis absumit. Et hoc parum ē, si mēbris suis nō parcit deus, nisi ēt homini liceat aliquid in dei corpus: Maria extruuntur, montes exciduntur & ad eruēdas opes interiora terræ uiscera effodiuntur. Q uid q; ne arari quidem sine laceratione diuini corporis pōt, ut iā sceleratī & impii simus, qui dei membra uiolemus? Patitur ne ergo uexari corpus suum deus: & debilem se uel ipe facere, uel ab homine fieri sinit? nisi forte diuinus ille sensus, qui mundo & omnibus mundi partibus permixtus est, primā terræ faciem reliquit, ac se in ima demersit, nequid doloris de assidua laceratione sentiret. Q uod si hoc uanum & absurdum est, tam igit̄ ipsi eguerunt, q̄ hæc indigent sensu: qui non perspexerunt diuinum quidem spiritum esse ubiq; diffusum, eoq; oia cōtineri. Nec tn̄ ita ut deus ipe, q est incorruptus, gra uibus corruptibilibus elementis misceat̄. Illud ergo rectius quod a platone sumpserunt, a deo factum esse mundum, & eius prouidētia gubernari. Oportebat igitur & Platonē, & eos qui idē sensērūt docere atq; explicare, q̄ cā quæ rō fuerit tanti operis fabricādi: quare hoc aut cuius gratia fecerit. At idē stoici hominū inquiūt cā mundus effectus est, audio. Sed Epicurus ignorat ipsos homines quare aut qs effecerit. Nam Lucretius cum diceret mundum non esse a diis constitutū, sic ait:

Dicere porro hominum cā uoluisse parare
Præclarā mūdi naturā: Deinde itulit:
Desipere ē, qd. n. imortalibus atq; beatis
Gratia nostra queat largirier emolumēti?
V t nostra quicq̄ causa agere aggrediantur?

Et merito. Illi. n. nullā rationem afferebāt: cur humanū genus uel creatum uel instítutum esset a deo. Nostrum hoc officium est sacramentum mundi & hominis exponere, cuius illi exptes sacrarium ueritatis nec attingere, nec uidere potuerūt. Ergo (ut paulo ante dicebā) cum assumpsissent id quod erat uerū, idest mundum a deo factum, & hominum causa esse factum, tn̄ qm̄ eos in consequentibus ratio defecit, nō potuerunt defendere id quod assumpserāt. Deniq; Plato ne dei opus imbecillum & ruinosum faceret, in æternum dixit esse māsurum. Si hominum cā factum est: & ita factum est, ut esset æternus, cur ergo ipi quoꝝ cā factus est, non sunt sempiterni? Si mortales pp quos factus est, ergo & ipe mortalis, atq; solubilis. Neq; n. pluris est ipe q̄ hi, quoꝝ gra factus est, q; si ei rō q̄draret, intelligeret perituꝝ esse qa factus est: nec posse in æternum manere, nisi qd tāgi non pōt. Q ui āt negat hominum cā factum, hic nullā rationem tenet. Si. n. dicit ipm fabricatorem sua cā tāta hæc opa esse molitum, cur ergo nos nati sumus? Cur mundo ipo fruimur? Q uid sibi uult humani generis, cæterorumq; animātium fictio? Cur aliena cōmoda intercepimus? Cur deniq; augemur? minuimur? interimus? Q uid habet rationis ipa generatio? qd ppetua successio? Nimiꝝ uideri deus uoluit, & suis uariis imaginibus tanq̄ sigilla confingere, qbus se oblectaret, & nihilominus tn̄ si ita esset, curæ haberet animātes, p̄cipueq; hominem, cuius imperio cuncta subiecit. Q ui āt dicunt semp fuisse mundum, omitto illud, qd esse ipm sine aliquo principio non potest, unde extricare se nequeunt: Sed hoc dico si semp mundus fuit, nullā potest habere rationem. Q ūo. n. potuit in eo ratio moliri qd nunq̄ sumpsit exordium? Nam prius q̄ fiat aliqd, aut struat̄, opus est consilio, ut disponi possit, quemadmodum fiat. nec incipi qcq̄ potest, sine prouisione rationis. Iraq; oē opus ratio p̄cedit. non habet ergo rationem quod factum nō est. Atqui mundus habet rationem, qua & constat & regit̄: Ergo & factus est, & si factus est, resoluet̄. Reddant ergo isti rationem si possunt cur aut factus in principio sit, aut postea resoluatur. Q uod quia docere non poterat Epicurus siue Democritus, sua sponte natum esse dixit, seminibus inter se passim coeuntibus, quibus iterum resolutis: dissidium atq; interitum secuturum. Corrupit ergo quod recte uiderat, & totam rationem penitus ignorātia rationis euertit, redegitq; mundum, & omnia quæ in eo geruntur, ad similitudinem cuiusdam somni uanissimi, siquidem rebus humanis nulla ratio subsistat. Cum uero mundum omnesq; partes eius, ut uidemus, mirabilis ratio gubernet, cum cæli temperantia & æqualis in ipa uarietate cursus astrorum luminumq; cælestium: temporum constans ac mira descriptio, terrarum uaria fœcunditas, plana camporum: munimenta & aggeres mōtium, uiriditas uber tasq; syluarum: fontium saluberrima eruptio: fluminum oportuna inundatio, maris opulenta & copiosa interfusio, uentorum diuersa & utilis aspiratio: Cæteraq; omnia ratione summa constent, quis tam cæcus est, ut existimet sine causa esse facta, in quibus mira dispositio prouidentissimæ rationis elucet? Si ergo sine causa nec est, nec fit quicq̄ omnino, si & prouidentia summi dei ex dispositione rerum, & uirtus ex magnitudine, & potestas ex gubernatione manifesta est, hebetes ergo & insani, qui prouidentiam non esse dixerunt. Non improbarem si deos iccirco non esse dicerent, ut unum dicerent. Cum autem ideo ut nullum qui eos delirasse non putat, ipse delirat.

¶ Q uod omnis res ad aliquē usum facta est, etiā illa oia quæ uident̄ eē mala: & quare hō creatus sit corpore fragilis, & capax rōnis. Cap. IIII.

Deus mūdi mens. Mundus dei corpus

Verg. loc⁹.

Terrarum casus.

Mundum a deo fām & eius pulidentia gubernari. Mundus hoīum cā factus.

Lucretii locus.

Mūdus in æternum mansurus.

Mundum semp fuisse.

Mundum sua sponte natum.

Mundum interiturū.

Mundi mirabilis rō ordo & dispositio.

Prouidentia mundū regi.

SEd de prouidentia ſatis in primo libro diximus: quæ ſi eſt, ut appa
ret ex mirabilitate operꝝ ſuorꝝ, neceſſe eſt, etiã hoiem cæteraſq; ani
mãtes eadẽ ꝓuidẽtia creauerit. Videamus ergo, quæ rõ fuerit fin
gẽdi gñis humani, qm̃ cõſtat id quod ſtoici dicũt, hoium cã mun
dũ eẽ fabricatũ, q̃q̃ in hoc ipſo nõ mediocriter peccẽt, qui nõ hois
cã dicũt, ſed hoium. Vnius.n. ſingularis appellatio totũ cõprehendit humanũ ge
nus. Sed hoc iõ, qm̃ ignorãt unũ hoiem a deo eẽ formatũ: putãtq; hoies in omni
bus terris & agris tanq̃ fungos eſſe generatos. At Hermes nõ ignorauit hoiem, &
a deo & ad dei ſimilitudinẽ factũ, ſed redeo ad ꝓpoſitũ. Nihil eſt (ut opinor) qđ
ſit pp ſeipſum factũ, ſed qcqd oĩno fit, ad uſum aliquẽ fieri neceſſe eſt. Q uis eſt
enim uel tã ineptus, uel tã ocioſus: ut aggrediat̃ facere aliquid fruſtra ex quo nul
lã utilitatẽ: nullũ cõmodũ ſperet? Q ui domũ ædificat, nõ iccirco ædificat, ut tãtũ
modo domus ſit, ſed ut in ea poſſit habitari. Q ui nauẽ fabricat, nõ iõ aſſumit ope
rã ut tm̃ nauis appareat, ſed ut in ea nauiget̃. Itẽ qui uas aliqđ inſtruit aut format,
non ꝓpterea id facit, ut tm̃ feciſſe uideat̃, ſed ut uas illđ effectũ capiat aliqd neceſ
ſariũ. Similiter cætera q̃cũq; fiũt, nõ utiq; iſupuacuũ, ſed ad uſus aliquos labora
tur. Mũdus igit̃ a deo factus eſt, nõ utiq; ꝓp ipm̃ mũdũ. Neq;.n. aut calore ſolis,
aut lunæ, aut aſpiratione uẽtorꝝ, aut hũore hymbriũ, aut alimonia frugũ cum ſen
ſu careãt: indiget. Sed ne illud qđẽ dici põt, q; deus ꝓp ſeipſum fecerit mũdũ, qm̃
poteſt eſſe ſine mundo, ſicut fuit antea. Et his oĩbus quæ in eo ſunt, queq; gñant̃,
deus ipſe non utit̃. Apparet ergo aiantiũ cã mundũ eẽ conſtructũ, qm̃ his rebus
quibus conſtat aĩantes fruunt̃, quæ ut uiuere, ut cõſtare poſſint: oĩa his neceſſaria
tpibus certis ſubminiſtrant̃. Rurſus cæteras aĩantes hois cã eſſe factas ex eo clarꝝ
eſt, q; homini ſeruiũt, & tutelæ eius atq; uſibus data ſunt, qm̃ ſiue terrenæ ſunt, ſi
ue aquatiles, non ſentiũt mundi rõnẽ ſicut hõ. Rndendũ eſt hoc loco ꝓbis, maxi
meq; Ciceroni, qui ait. Cur oĩa noſtri cã cũ faceret tãtã uim natricũ uiperarũq; fe
cerit? cur tã multa pæſtifera terra mariq; diſperit? Ingẽs ad diſputãdũ locus eſt,
ſed ut in trãſcurſu breuiter ſtringẽdus eſt. Q uoniã hõ ex rebus diuerſis ac repu
gnãtibus configuratus eſt: aĩo & corpe. i. cælo atq; terra, tenui & comprehẽſibili,
æterno ac tpali, ſenſibili atq; bruto, luce p̃dito atq; tenebroſo, ipſa rõ ac neceſſitas
exigebat, & bona homini ꝓponi & mala, bona q̃bus utat̃, mala quæ uitet & caue
at. Iccirco.n. data eſt illi ſapientia, ut cognita bonorꝝ malorũq; natura, in appeten
dis bonis & malis declinãdis uim ſuæ rõnis exerceat. Nã cæteris aĩalibus q̃bus ſa
piẽtia data non eſt, munita indumẽtis naturalibus & armata ſunt. Homini autem
pro his oĩbus quod erat præcipuum, rõnem dedit ſolã. Itaq; nudũ formauit & in
ermẽ, ut eum ſapientia & muniret & regeret. Munimenta & ornamenta eius non
foris ſed intus, non in corpe ſed in corde conſtituit. Niſi ergo eſſent mala quæ ca
ueret, quæ a bonis utilibuſq; diſtingueret, non eſſet ei ſapiẽtia neceſſaria. Sciat er
go Marcus tullius aut ideo homini datã eſſe rationẽ, ut & piſces caperet uſus ſui
gratia, & natrices, uiperaſq; uitaret ſalutis ſuæ cauſa: Aut iccirco bona ei malaq;
poſita, quia ſapientiã acceperat, cuius uis oĩs in diſcernẽdis bonis maliſq; uer
ſatur. Magna igitur & recta & admirabilis eſt uis, & ratio: & poteſtas hominis:

propter

Mundum non pp ſe ipm̃ neq; pp deum: ſed aiantium cã factum.

Viperæ cur a deo creatæ. Pæſtifera cur tã multa terra mariq; diſperſa.

Homo cur nudus & inermis a deo creatus.

propter quem mundum ipſum & uniuerſa quæcũq; ſunt, deus fecit, tantumq; illi
honoris habuit, ut eũ p̃ficeret uniuerſis, qm̃ ſolus poterat dei opa mirari. Optime
igit̃ Aſclepiades noſter de prouidentia ſummi dei diſſerens, in eo libro quem ſcri
pſit ad me. Atq; ideo inquit merito quis arbitret̃ proximũ ſibi locũ diuinam pro
uidentiã dediſſe ei, qui potuit intelligere ordinationem ſuã? Nam ſol iſte eſt, quis
eũ uidet ita ut intelligat quia ſol eſt, & quãtũ gratiæ afferat cæteris inſtitutis? Hoc
cælum eſt, quis id ſuſpicit? terra hæc, quis eam colit? hoc pelagus, quis in eo naui
gat? hic ẽ ignis, quis eo utit̃? Inſtituit ergo ſummus deus nõ pp ſe, quia nihilo in
diget, ſed propter hominem qui his congruenter uteretur.

Aſclepiades ad Lactã. de prouidentia ſcripſit.

¶ Q uare homo creatus ſit & quare ex cõtrariis conſtet, & q; ei domicilium cõſti
tutũ ſit in medio, & uita duplex proponit̃, quaꝝ alterã miniſtrat natura: alteram
largit̃ gratia. Et quid ſignificet q; homo primũ quadrupedibus cõformat̃, & po
ſtea erigit̃, & tãdem utitur exercitio rationis. Cap. V.

PEdamus nũc rõnẽ quare hominẽ ipm̃ fecerit deus. Q uod ſi phi
loſophi feciſſent, aut defendiſſent illa quæ uera inuenerant: in pro
ximos errores non incidiſſent. Hæc eſt ſũma, hic cardo rerũ eſt:
quem qui non tenuerit, ueritas illi omnis elabitur. Hoc eſt deniq;
quod efficit illis nõ quadrare rationẽ, quę illis ſi effulſiſſet, ſi ſacra
mentum hominis omne cognouiſſent, nunq̃ diſputationes eorum & omnem phi
loſophiam de tranſuerſo academia iugulaſſet. Sicut ergo mundum non ꝓpter ſe
deus fecit: quia cõmodis eius nõ indiget, ſed pp hominem qui eo utit̃, ita ipm̃ ho
minem pp ſe. Q uę utilitas deo in hoie iquit Epicurus, ut eũ pp ſe faceret? Scilicet
ut eẽt qui opa eius intelligeret, qui prouidẽtiã diſponẽdi, rõnẽ faciẽdi, uirtutẽ con
ſumãdi, & ſenſu admirari, & uoce ꝓloqui poſſet. Q uoꝝ oĩum ſũma hęc ẽ, ut deũ
colat. Is.n. colit q hęc itelligit, is artificẽ reꝝ oĩum, is uerũ patrẽ ſuũ debita uenera
tione ꝓſequtur, q uirtutẽ maieſtatis eius de ſuoꝝ operũ iuẽtione, icœptiõe, ꝓfectio
ne metit̃. Q d planius argumẽtũ proferri põt, & mũdũ hois & hoiem ſui cã deũ
feciſſe, q̃q̃ ex oĩbus aĩantibus ſolus ita formatus ẽ, ut oculi eius: ad cælũ erecti fa
cies ad deũ ſpectãs, uultus cũ ſuo parẽte cõis ſit, ut uideat̃ hoiem deus, q̃ſi porre
cta manu alleuatũ ex humo, ad cõtẽplationẽ ſui excitaſſet? Q uid ergo iqt deo cul
tus hois cõfert, bono & nulla re indigẽti? uel ſi tm̃ honoris hoi hũit, ut ipius cauſa
mũdũ fabricaret, ut inſtrueret eũ ſapiẽtia, ut dñm uiuentiũ faceret, eũq; diligeret
tãq̃ filiũ, cur mortalẽ fragilẽq; cõſtituit? cur oĩbus malis quẽ diligebat: obiecit, cũ
oporteret & beatũ eẽ hominẽ tãq̃ cõiũctũ, & ꝓximũ deo, & ꝓpetuũ ſicut ipe ẽ, ad
quẽ colendũ & cõtẽplãdũ figuratus eſt? Q uãq̃ hæc fere in prioribus libris ſpar
ſim docuimus, tm̃ qm̃ proprie id materia nunc exigit, quia de uita beata diſſerere
propoſitũ eſt, explicanda ſunt iſta diligentius & plenius, ut diſpoſitio dei, & opus
uoluntaſq; noſcat̃. Cum poſſet ſemper ſpiritibus ſuis immortalibus innumerabi
les animas procreare, ſicut angelos genuit, quibus immortalitas ſine ullo malorũ
piculo aut metu cõſtat, excogitauit tm̃ inenarrabile opus quẽadmodũ infinitã mul
titudinẽ crearet animarꝝ: q̃s primo imbecillibus fragilibuſq; corporibus illigatas,
conſtitueret inter bonum malumq; medias, ut conſtantibus ex utriſq; naturæ uir-

Homo cur a deo creatus.

Homo ad cõtẽplationem cæli erectus.

tutem proponeret, ne immortalitatem delicate assequerentur ac molliter, sed ad illud æternæ uitæ ineloquibile p̄mium summa cū difficultate ac magnis laboribus peruenirent. Ergo ut eos grauibus & uexabilibus mēbris indueret, qm̄ consistere in medio inani non poterāt, p̄deribus & grauitate corpis deorsum p̄mente: sedē illis ac domicilium primo condendum esse decreuit. Itaq; ineffabili uirtute ac potentia p̄clara mundi opa molitus est: suspēsis in altitudiné leuibus elemētis, & grauibus in imis depressis, & cælestia firmauit, & terrena constituit. Non est necesse nunc exequi singula qm̄ in secundo libro uniuersa executi sumus. Lumina igitur posuit in cælo quoꝝ moderatione, & claritas, & motus aptissimus ad utilitates uiuentiū temperat' est. Terræ aūt quā sedē uoluit esse, fœcunditatē uariā gignendi ac p̄ferēdi dedit, ut ubertas frugū, & herbaꝝ, & uirētiū pro natura & usu cuiusq; generis alimoniā ministraret. Tum p̄fectis oībus quæ ad conditionē mundi ptinebāt, hoīem finxit ex ipsa terra, quā illi a principio in habitaculū p̄parauit. i. spūm suum terreno corpe induit, & inuoluit, ut cōpactus ex rebus diuersis ac repugnātibus bonū ac malum capet, & sicut terra ipsa fœcunda est ad fruges pariendas, ita corpus hoīs quod assumptum est e terra, generādi copiā facultatemq; p̄creādæ sobolis accepit, ut qm̄ fragili materia formatus in æternum manere non poterat, peracto tpalis uitæ spatio cederet, & illud quod fragile atq; imbecillum gerebat, perpetua successione renouaret. Cur igit' eum mortalem finxit atq; fragilē, cum illius cā mundum ædificasset? Primum ut infinita uis aiaꝝ gigneret', oēmq; terrā multitudine oppleret, deinde ut proponeret homini uirtutem. i. tolerantiā maloꝝ ac bonoꝝ, per quā posset p̄mium immortalitatis adipisci. Nam qa homo ex duabus rebus constat, corpe atq; aīa, quoꝝ alterum terrenum est, alterū cæleste: duæ uitæ homini attributæ sunt, una temporalis quæ corpori assignat', altera sempiterna, quæ animæ subiacet. Illā nascendo accepimus, hanc assequimur laborādo, ne immortalitas homini (ut ante diximus) sine ulla difficultate constaret. Illa terrena est, sicut corpus, & iō finit'. Hæc uero cælestis, sicut aīa: & iō terminū nō hēt. Illā primā nescientes accepimus, hāc secūdā scientes. Virtuti. n. nō naturæ dat': quia uoluit nos deus uitā nobis in uita cōparare. Iccirco hāc nobis p̄tē dedit, ut illā ueram & perpetuā aut uitiis amittamus, aut uirtute mereamur. In hac corpali nō est summū qm̄ sicut necessitate diuina nobis data est, ita rursus diuina necessitate soluetur. Ita quod finem habet, summū bonū non habet. In illa uero spiritali quam per nos ipsi acqrimus: summū bonū continet', quia nec malum pōt habere, nec finem cuius rei argumentū natura & rō corpis præbet. Cætera nāq; aīalia in humū uergūt: quia terrena sunt, nec capiūt immortalitatem quæ de cælo est. Homo aūt rectus in cælū spectat, quia proposita est illi immortalitas, nec tn̄ uenit, nisi tribuatur homini a deo. Nam nihil interesset inter iustū & iniustū, siquidē oīs hō natus immortalis foret, ergo īmortalitas nō sequela naturæ, sed merces p̄miumq; uirtutis est. Deniq; hō non statim qm̄ natus est, rectus ingredit', sed quadrupes primo quia rō corporis & huius præsentis uitæ cōmunis est nobis, cum mutis animalibus. Post' deinde confirmatis uiribus erigit', & lingua eius in eloquium soluit', & mutū aīal esse desinit. Q uæ ratio docet mortalē nasci hominem. Postea uero immortalem

Elementorū dispositio.

Terra sedes hominum.

Homo fictus ex terra.

Homo cur mortalis a deo factus & fragilis.

mortalem fieri, cum cœperit ex deo uiuere, idest iustitiam sequi, quæ continetur in dei cultu cum excitauerit hoīem deus ad aspectum cęli ac sui. Q uod tūc fit, cū homo cælesti lauacro purificatus, exponit infantiā cū omni labe uitæ prioris, & incremento diuini uigoris accepto fit homo pfectus & plenus. Ergo qa uirtutē proposuit homini deus, licet aīa & corpus consociata sint, tn̄ contraria sunt, & impugnant inuicem animi bona, mala sunt corporis. i. opum fuga, uoluptatum interdictio, doloris mortisq; contemptus. Itē corporis bona, mala sunt animi, hoc ē cupiditas & libido, quibus & opes appetūtur, & suauitas uariaꝝ uoluptatū, qbus enervatus animus extinguit'. Ideo necesse est iustū & sapientē in oībus malis esse: qm̄ maloꝝ uictrix est fortitudo. Iniustos aūt in diuitiis: in honore, in ptāte. Hæc. n. bona corporalia & terrena sunt. Illi autē terrenā uitā agunt, nec assequi imortalitatē queunt, qa se uoluptatibus dediderūt, quæ sunt uirtutis inimicæ. Itaq; uita hęc tēporalis illi æternæ debet esse subiecta, sicut corpus aīæ. Q uisqs ergo animæ uitā maluerit, uitam corporis contēnat necesse est, nec aliter eniti ad summum poterit, nisi quæ sunt ima despexerit. Q ui autem corporis uitā fuerit amplexus, & cupiditates suas in terrā deiecerit: illam superiorem uitam consequi non potest. Sed qui mauult bene uiuere in ętern̄ū: male uiuet ad tp̄s & afficiet' oībus molestiis & laboribus: q̄diu fuerit in terra, ut habeat diuinū ac cęleste solatiū. Et qui maluerit benē uiuere ad tempus, malē uiuet in æternum, qa dānabit' dei sīa ad pœnā, q cælestibus bonis terrena p̄posuit. Propterea igit' coli se deus expetit, & honorari ab hoīe tanq̄ pater, ut uirtutem & sapientiam teneat, quę sola immortalitatem parit. Nam quia nullus alius præter ip̄m donare eam potest quia solus possidet pietatem hominis. Q ui deum honorauerit, hoc afficietur præmio, ut sit in æternum beatus, sitq; apud deum & cum deo semper.

¶ Item quare mundus creatus sit, quare hō. q̄ inanis sit cultus deoꝝ. Cap. VI.

Mundus a deo cur fabricatus. Hō quare creatus.

NVnc totā rationem breui circunscriptiōe signemus, iccirco mūdus factus est, ut nascamur. Iō nascimur ut agnoscamus factorem mundi ac nr̄i deum. Iō agnoscimus ut colamus. Iō colimus ut īmortalitatem p̄ mercede laboꝝ capiamus, qm̄ maximis laboribus cultus dei constat. Ideo p̄mio īmortalitatis afficimur: ut similes angelis affecti summo patri ac deo in ppetuum seruiamus: & simus æternum deo regnum. Hęc summa reꝝ est: hoc arcanum dei: hoc mysterium dei, hoc ministerium mundi, a quo sunt alieni, q seq̄ntes p̄tem uoluptatem terrestribus ac fragilibus bonis se addixerūt, & aīas ad cęlestia genitas, suauitatibus mortiferis tāq̄ luto cęnoue demerserunt. Q uæramus nunc uicissim an in cultu deoꝝ ratio ulla subsistat, qui simul nati sunt: ideo tantum ab hoībus coluntur ut præstent illis opes honores uictorias quæq; alia non nisi ad p̄sens ualent. Si sine cā gignimur: si in hominibus p̄creādis prouidentia nulla uersat': si casu nobismetipsis ac uoluptatis nostræ gratia nascimur: si nihil post mortem sumus: quid potest esse tā supuacuum tam inane, tā uanum q̄ humana res, & q̄ mundus iste qui cum sit incredibili magnitudine tam mirabili rōne cōstitutus tā rebus ineptis uacet. Cur. n. uētoꝝ spiritus citēt nubes. Cur emicent fulgora tonitrua mugiāt, hymbres cadant, ut fruges terra p̄ducat, ut

uarios fœtus alat? Cur denicꝙ omnis natura rerum laboret ne ꝙd deſit earum rerũ ꝙbus uita hoiũ ſuſtinet? ſi eſt inanis: ſi ad nihilũ interimus, ſi nihil eſt in nobis maioris emolumẽti deo? Quod ſi eſt dictu nefas nec putandũ eſt fieri poſſe ut nõ ob aliquã maximã rõnẽ fuerit cõſtitutũ quod uideamus maxima rõne cõſtare: ꝙ poteſt eẽ ratio in his erroribus prauaꝝ religionũ & in hac ꝓſuaſione philoſophorũ qua putant aĩas interire? Profecto nulla. Quod.n. habẽt dicere. Cur dii hoibus tã diligenter ſuis queꝙ tẽporibus exhibeãt? An ut illis far & merũ demus: & odorem thuris & ſanguinẽ pecudũ? quæ neꝙ imortalibus grata eẽ poſſunt qa ſũt fragilia neꝙ uſui eẽ exptibus corpoꝝ qa hęc ad uſum corporaliũ data ſunt. Et tñ ſi ea deſiderarent ſibiipſi poſſent exhibere cum uellent. Siue igit̃ intereunt aiæ, ſiue in æternũ manẽt quã rõnẽ cõtinet cultus deoꝝ, aut a quo mundus factus ẽ? Cur aut qñ: aut quo uſqꝙ, quatenus hoies: aut quãobrẽ procreati? Cur naſcuntur intereũt ſuccedũt renouant̃? Quid ue ex cultibus deoꝝ aſſequũtur ꝙ poſt mortẽ nihil futuri ſunt? Quid præſtant? Quid pollicent̃? Quid minant̃ aut hoibus aut diis dignũ? Vel ſi manẽt aiæ poſt obitũ, ꝙd de his faciũt facturi ue ſũt? Quid illis opus eſt theſauro animaꝝ? Ipſi illi ex quo fonte oriũtur? Quõ aut quare, aut unde multi ſunt? Ita fit ut ſi ab illa rerũ ſumma, quam ſuperius cõprehendimus aberraueris, omnis ratio intereat, & ad nihilũ omnia reuoluantur.

¶ Quare philoſophi nequiuerint comprehendere ueritatem integre quã tamẽ ſicut exempla declarant, particulatim comprehenderunt totam ſe defendere nequiuerunt. Cap. VII.

QVam ſummã qa philoſophi nõ cõprehenderũt, nec ueritatẽ comprehẽdere potuerũt, quãuis ea fere quibus ſumma ipa conſtat, & uiderint & explicauerint, ſed diuerſi ac diuerſe oĩa illa ꝓtulerũt, nõ annectẽtes nec cauſas reꝝ, nec cõſequẽtias: nec rationes ut ſummã illã quæ cõtinet uniuerſa, & cõpingerẽt, & implerẽt. Facile eſt aũt docere penẽ uniuerſam ueritatẽ ꝓ philoſophos & ſectas eẽ diuiſam. Nõ.n. ſic philoſophiã nos euertimus (ut academici ſolẽt) ꝙbus ad oĩa reſpondere ꝓpoſitũ eſt: ꝙd eſt potius calũniari & iuidere, ſed docemus nullã ſectã fuiſſe tam deuiam: nec philoſophoꝝ quẽq̃ tã inanem, ꝙ nõ uiderit aliqd ex uero. Sed dũ cõtradicendi ſtudio ĩſaniunt, dum ſua etiã falſa defendunt, alioꝝ etiã uera ſubuertunt, non tm̃ illis ueritas elapſa ẽ, quã ſe q̃rere ſimulabãt, ſed ipi ẽt potiſſimum ſuo uitio pdiderunt. Quod ſi extitiſſet aliqs ꝙ ueritatẽ ſparſam ꝑ ſingulos: ꝑ ſectaſqꝙ diffuſam colligeret in unum, ac redigeret in corpus, is ꝓfecto non diſſẽtiret a nobis. Sed hoc nemo facere niſi ueri peritus ac ſciens poteſt. Verum ãt ſcire non niſi eius eſt, ꝙ ſit doctus a deo. Nemo.n. põt aliter repudiare q̃ falſa ſunt, eligere ac ꝓbare q̃ uera, ſed ſi uel caſu id efficeret: certiſſime philoſophareť. Et q̃uis non poſſet diuinis teſtimoniis illa defendere, tñ ſeipam ueritas illuſtraret ſuo lumine. Quare incredibilis ẽ error illoꝝ, ꝙ cum aliquã ſectã ꝓbauerint, eiqꝙ ſe addixerint cæteras dãnãt tanq̃ falſas & inanes. Armãtqꝙ ſe ad præliãdum, nec ꝙd defẽdere debeãt ſciẽtes: nec ꝙd refutare ĩcurſantqꝙ paſſim ſine delectu oĩa quæ afferunt, quicũqꝙ diſſentiunt. Ob has eoꝝ ꝑtinaciſſimas contẽtiones nulla extitit philoſophia, quæ ad ueꝝ ꝓpius accederet.

Philoſophi cur ueritatẽ aſſeq non potuerunt.

Nam

Nam particulatim ueritas ab his tota cõprehẽſa eſt. Factũ eẽ mũdum a deo dixit Plato. Idẽ ꝓphetæ loquunt̃. Idẽqꝙ ex Sibyllæ carminibus apparet. Errãt ergo qui oĩa uel ſua ſpõte nata eſſe, dixerũt: uel minutis ſeminibus cõglobatis: qm̃ tãta res, tã ornata tã magna, neꝙ fieri, neꝙ diſponi & ordinari ſine aliquo prudẽtiſſimo auctore potuit: & ea ipſa rõne qua conſtare ac regi oĩa ſentiunt̃: ſollertiſſimæ mẽtis artificem confitẽtur. Hominũ cã mundum & oĩa quæ in eo ſunt eẽ facta ſtoici loquuntur: idẽ nos diuinæ litteræ docẽt. Errauit ergo Democritus qui uermiculorũ modo putauit effuſos eſſe de terra nullo auctore nullaqꝙ rõne. Cur.n. formatus ſit homo, diuini ſacramẽti eſt: quod qa ille ſcire nõ poterat, humanã uitã deduxit ad nihilũ. Ad uirtutẽ cãpeſſendã naſci hoies Ariſton diſſeruit. Idẽ nos monemur ac diſcimus a ꝓphetis. Igit̃ falſus Ariſtippus, qui hominẽ uoluptati. i. malo tanq̃ pecudẽ ſubiugauit. Immortales eẽ aĩas Pherecydes & Plato diſputauerũt. Hæc uero ꝓpria eſt in nra religiõe doctrina. Ergo Dicearchus cũ Democrito errauit qui perire cũ corpore ac diſſolui argumẽtatus eſt. Eſſe inferos Zenon ſtoicus docuit, & ſedes pioꝝ ab impiis eẽ diſcretas, & illos quidẽ quietas ac delectabiles incolere regiões: Hos uero luere pœnas in tenebroſis locis atqꝙ in cœni uoraginibus horrẽdis. Idẽ nobis ꝓphete palã faciũt. Ergo Epicurus errauit, qui poetaꝝ id eẽ figmẽtũ putauit: & illas inferoꝝ pœnas: quæ ferunt̃, in hac eẽ uita interꝑtatus eſt. Totã igit̃ ueritatẽ & oẽ diuinæ religiõis arcanũ pbi attigerũt. Sed aliis refellentibus defendere id qd̃ inuenerãt, nequiuerũt: quia ſingulis rõ nõ quadrauit: nec ea quæ uera ſenſerãt, in ſummã redigere potuerũt: ſicut ſuperius nos fecimus.

Mundus a deo factꝰ

¶ De immortalitate animæ: & quibus eam argumẽtis Plato ſit conatus aſtruere. Caput. VIII.

NVm eſt igit̃ ſummũ bonũ imortalitas, ad quã capiẽdã & formati a principio, & nati ſumus. Ad hãc tẽdimus: hãc ſpectat hũana natura: ad hãc nos ꝓuehit uirtus. Quod bonũ qa comprehẽdimus, ſupereſt etiã ut de ipſa imortalitate dicamus. Platõis argumẽta q̃uis ad rẽ cõferãt multũ, tñ parũ habẽt firmitatis ad ꝓbãdã & iplẽdam ueritatẽ: qm̃ nec rõnẽ myſterii magni totius cõſumauerat: in unũqꝙ collegerat: nec ſummũ bonũ cõprehẽderat. Nã licet uerũ de imortalitate aiæ ſentiret, tñ nõ ita de illã tanq̃ de ſummo bono diſſerebat. Nos igit̃ certioribus ſignis eligere poſſumus ueritatẽ: qui eã nõ ancipiti ſuſpitiõe collegimus: ſed diuina traditiõe cognouimus. Plato aũt ſic argumẽtatus eſt imortale eẽ quicqd per ſeipſum & ſentit: & ſemper mouet̃. Quod.n. principiũ motus nõ habet: nec finẽ habiturũ: qa deſeri a ſemet ipſo non põt, qd̃ argumẽtũ etiã mutis aĩalibus æternitatẽ daret, niſi adiectiõe ſapiẽtiæ diſcreuiſſet. Addidit igit̃ ut effugeret hãc cõitatẽ fieri nõ poſſe qn ſit imortalis aius hũanus: cuius mirãda ſollertia inueniendi: & celeritas cogitãdi, & facilitas ꝓcipiẽdi atqꝙ diſcẽdi, & memoria ꝓteritoꝝ: & prouidẽtia futuroꝝ: & artiũ plærũqꝙ innumerabiliũ ſciẽtia: qua cæteræ careãt aĩantes: diuina & cæleſtis apparet, origo animi qui tãta capiat: tãta contineat quid nulla reperiat̃ in terra. Siquidem ex cõcretiõe terrena nihil habeat admixtũ: ſed neceſſe eſt in terrã reſolui: quod eſt in hoie ponderoſum & diſſolubile. Quod autem tenue ac ſubtile: id uero eſſe in

Animas eſſe immortales.

Animus humanus a cælo.

P

diuiduum, ac domicilio corporis uelut carcere liberatum: ad cælum & naturã ſuã puolare. Hæc ferre Platõis collecta breuiter: quæ apud ipm late copioſeq; explicantur. In eadem ſnia fuit etiã pythagoras antea, eiuſdemq; pceptor pheræcydes quem Cicero tradit primũ de æternitate aiaꝝ diſputaſſe. Q ui oẽs licet eloquentia excellerent: tñ in hac dũtaxat contentione non minus authoritatis habuerunt: qui contra hanc ſniam diſſerebãt, Dicæarchus primo, deinde Democritus: poſtremo Epicurus, adeo ut res ipſa de qua inter ſe pugnabant, in dubiũ uocaretur. Deniq; & Tullius expoſitis horum omnium de immortalitate ac morte ſententiis, neſcire ſe quid ſit uerum pronunciauit. Harum inquit ſententiarum quæ uera ſit deus aliquis uiderit. Et rurſus alibi. Q uoniam utraq; inquit earum ſentẽtiarum doctiſſimos habuit auctores: ne quid certi ſit diuinari poteſt. Verum opus nobis diuinatione non eſt: quibus ueritatem diuinitas ipſa patefecit.

Animas interire.

¶ Q uæ ſit de immortalitate animæ fidelis aſſertio. Et q; laborum uirtutumq; finis beata æternitas eſt.

Cap. IX.

Deus & ſi uideri nõ põt ex operibus eẽ cognoſcitur.

Is itaq; argumentis quæ nec Plato: nec ullus alius inuenit, animaꝝ æternitas ꝓbari ac perſpici põt: quæ nos breuiter collegimus, qm̃ properat oratio ad narrãdũ iuditiũ dei maximũ: quod in terra propinquante ſeculoꝝ fine celebrabitur. Ante omnia qm̃ deus ab hoĩe uideri nõ põt, ne quis tñ ex eo ipſo putaret deũ non eſſe, quia mortalibus oculis non uideret: inter cætera inſtitutoꝝ ſuoꝝ miracula: fecit etiã multa, quoꝝ uis quidẽ apparet: ſubſtantia tñ non uideret, ſicut eſt uox, odor uentus: ut harum reꝝ argumẽto & exẽplo: etiã deum licet ſub oculos nõ uenit: de ſua tñ ui, & effectu: & operibus cerneremus. Q uid uoce clarius? aut uẽto fortius? aut odore uiolẽtius? Hæc tñ cũ per aerẽ ferunt: ad ſenſuſq; noſtros ueniũt: & eos potentia ſua impellunt: non cernuntur acie luminũ: ſed aliis corporis partibus ſentiuntur. Similiter deus non aſpectu nobis alioue fragili ſenſu cõprehẽdendus eſt, ſed mentis oculis intuendus: cum opa eius ꝑclara & mirãda uideamus. Nam illos qui nullũ omnino deũ eſſe dixerunt, non modo philoſophos: ſed ne hoĩes quidẽ eſſe dixerim, qui mutis ſimillimi ex ſolo corpore conſtiterũt, nihil oĩno cernẽtes aĩo: & ad ſenſum corporis cuncta referentes: qui nihil putabant eſſe niſi quod oculis contuebãtur. Et quia uidebãt aut bonis accedere aduerſa, aut malis ꝓſpera, fortuitu geri oĩa crediderũt: & natura mundũ non prouidẽtia conſtitutũ. Hinc iam prolapſi ſunt ad deliramẽta, quæ talẽ ſniam neceſſario ſequebãtur. Q uod ſi eſt deus & incorporalis: & inuiſibilis: & æternus, ergo nõ iccirco iterire aĩam credibile eſt, quia nõ uideꝫ poſtq̃ receſſit a corpe, qm̃ cõſtat eẽ aliqd ſentiẽs ac uigẽs: qd nõ ueniat ſub aſpectũ. At. n. difficile eſt aĩo cõprehẽdere quẽadmodũ poſſit aĩa retinere ſenſum ſine his partibus corpis: in qbus ineſt officiũ ſentiẽdi. Q uid de deo. Nũ facile eſt cõprehẽdere quẽadmodũ uigeat ſine corpore? Q uod ſi deos eẽ credũt: qui ſi ſunt: utiq; ſunt expertes corporũ: neceſſe eſt humanas aĩas eandẽ rõne ſubſiſtere: qm̃ ex ipſa ratione ac prouidẽtia intelligitur eſſe q̃dam in hoĩe ac deo ſimilitudo. Deniq; illud argumẽtum quod M. Tul. uidit, ſatis firmũ eſt ex eo æternitatem aĩæ poſſe dignoſci: quia nullũ ſit aliud aĩal, quod habeat noticiã dei aliquã, religioq;

Animam corpe ſolutã non interire.

Ciceron. locus ex Tuſcul.

ligioq; ſit penẽ ſola, quæ hoĩem diſcernat a mutis, quæ cũ in hoĩem ſolum cadat profecto teſtat id affectare nos: id deſiderare: id colere, quod nobis familiare: qd proximũ ſit futurũ. An aliqs cũ cæteraꝝ aĩantiũ naturã cõſiderauerit: quas pronis corpibus abiectas in terrãq; proſtratas, ſummi dei prouidẽtia effecit: ut ex hoc intelligi poſſit, nihil eas rõnis habere cũ cælo, põt non intelligere ſolũ ex oĩbus cæleſte ac diuinũ aĩal eẽ hoĩem: cuius corpus ab humo excitatũ uultus ſublimis, ſtatus rectus originẽ ſuã q̃rit: & quaſi contẽpta hũilitate terræ ad altũ nitit, quia ſentit ſummũ bonũ in ſummo ſibi eẽ q̃rendũ, memorq; conditiõis ſuæ qua deus illũ fecit eximiũ: ad artificẽ ſuũ ſpectat. Q uã ſpectationem, Triſmegiſtus θεώριαν rectiſſime noĩauit, quæ in mutis aĩalibus nulla ẽ. Cum aũt ſapiẽtia quæ ſoli homini data eſt nihil aliud ſit q̃ dei notitia apparet aĩam non interire: neq; diſſolui, ſed manere in ſempiternũ, qa deũ qui ſempiternus ẽ: & q̃rit, & diligit ipa cogẽte natura, ſentiẽs uel unorta ſit: uel quo reditura. Præterea nõ exiguũ imortalitatis argumẽtũ eſt: q; hõ ſolũ cæleſti elemẽto utat. Nã cũ reꝝ natura his duobus elemẽtis: quæ repugnãtia ſibi & inimica ſunt, cõſtet igne & aqua, quoꝝ alterũ cælo, alterũ terræ aſcribit. Cæteraꝝ aĩantes qa terrenæ mortaleſq; ſunt: terreno grauiq; utunt elemẽto: hõ ſolus ignẽ in uſu hẽt qd eſt elemẽtũ leue ſublime: cæleſte. Ea uero quæ põderoſa ſunt ad mortẽ deprimũt: & quæ leuia ſunt ad uitã ſubleuãt: qa uita ĩ ſũmo eſt, mors in imo. Et ut lux eſſe ſine igne nõ põt: ſic uita ſine luce. Igit ignis elemẽtũ eſt lucis ac uitæ: uñ apparet hoĩem qui eo utit ĩmortalẽ ſortitũ eẽ cõditionẽ: qa id illi familiare eſt, qd facit uitã. Virtus quoq; hoĩ ſoli data: magno argumẽto ẽ immortales eẽ aĩas: quæ nõ erat ſcdm naturã, ſi aĩa extinguit. Huic. n. pñti uitæ nocet. Nã uita iſta terræna: quã cõmunẽ cũ mutis aĩalibus ducimus: & uoluptatẽ expetit: cuius uariis fructibus ac ſuauitatibus delectat: & dolorẽ fugit: cuius aſpitas naturã uiuẽtiũ acerbis ſẽſibus lædit & ad mortẽ ꝓducere nitit: q̃ diſſoluit aĩantes. Si ergo uirtus & ꝓhibet his bonis hoĩem q̃ naturaliter appetunt, & ad ſuſtinẽda mala ĩpellit: q̃ naturaliter fugiunt. Ergo malũ ẽ uirt9, & inimica naturæ, ſtultũq; iudicari neceſſe ẽ q eã ſeqt, qm̃ ſe ipe lædit & fugiẽdo bona pñtia, & appetẽdo æque mala ſine ſpe fructus amplioris. Nã cũ liceat nobis iucũdiſſimis frui uoluptatibus: nõne ſenſu carere uideamur ſi malimus in hũilitate ĩ egeſtate in cõtẽptu in ignominia uiuere aut ne uiuere qdẽ: ſed dolere cruciari & mori? Ex qbus malis nihil amplius aſſeq̃mur: quo poſſit uoluptas omiſſa pẽſari? Si aũt uirtus malũ nõ ẽ facitq; hõeſte, ꝓ uoluptates uitioſas turpeſq; cõtẽnit, & fortiter, ꝓ nec dolorẽ nec mortẽ timet ut offm̃ ſeruet: Ergo mai9 aliqd bonũ aſſequat neceſſe ẽ quã ſũt illa q̃ ſpnit. At uero morte ſuſcepta qd ulterius bonũ ſepari põt, niſi æternitas.

Ignis ĩ uſu tñ hoĩs.

Lux ꝓuita quare ponatur.

Virtus hoĩ tñ data.

Virt9 præter nãm.

¶ Itẽ de immortalitate aĩæ, & ꝓ uirtus ſemel habita perpetuat, & amitti nõ põt. Et ꝓ uita duplex eſt: & itẽ mortes duæ homini præponuntur.

Cap. X.

Vitia oĩa tpalia.

Ira qũo ſedetur.

Libido cũ corpe extinguitur.

Cupiditas qñ interit.

Ranſeamus nũc uiciſſim ad ea quæ uirtuti repugnãt ut etiã his immortalitas aĩæ colligat. Vitia oĩa tpalia ſunt ad pſens enim cõmouet, iræ impetus recepta ultõe ſedat: libidinis uoluptas corpis finis eſt. Cupiditatẽ aũt ſatietas eaꝝ rerũ quas expetit aut alioꝝ affectuum commotiões interimũt. Ambitio poſtq̃ honores quos uolu

Ambitio qñ cõsenescit.

it adepta est consenescit. Item cætera uitia consistere ac permanere non possunt: sed ipso fructu quẽ expetunt finiuntur. Recedunt ergo & redeunt. Virtus aũt sine ulla intermissione perpetua est: nec discedere ab eo põt: qui eã semel cupit. Nã si habeat interuallũ, si aliquando ea carere possumus, redibunt protinus uitia quæ uirtutẽ semp impugnãt. Non est igit' cõprehẽsa si deserit: si aliqñ secedit. Cũ uero sibi domiciliũ stabile collocauit in omni actu uersari eã necesse est. Nec põt fideliter depellere uitia & fugare nisi pectus quod insedit perpetua statione munierit. Ipsa ergo uirtutis perpetuitas indicat humanũ aĩum si uirtutẽ cœperit permanere quia & uirtus perpetua est: & solus aĩus humanus uirtutẽ capit. Quoniam igit' cõtraria sunt uitia uirtuti oĩs rõ diuersa & cõtraria sit necesse est qa uitia commotiões & pturbatiões aĩ sunt. Virtus ecõtrario lenitudo & trãquillitas animi est. Quia uitia tpalia & breuia sunt: uirtus perpetua & cõstas & par sibi semp. Quia uitioꝝ fructus idest uoluptates æque ut ipsa breues tpalesq; sunt. Virtutis ergo fructus ac p̃miũ sempiternũ est: qa uitioꝝ cõmodũ in p̃ti est uirtutis igit' in futuro. Ita fit ut in hac uita uirtutis p̃miũ nullum sit quia uirtus adhuc ipsa est. Nam sicut uitia cũ in actu suo finiunt' uoluptas & p̃mia eoꝝ sequunt': ita uirtus cũ finita est merces eius insequit'. Virtus aũt nunq̃ nisi morte finit': qm̃ & in morte suscipienda summũ eius officiũ est. Ergo p̃miũ uirtutis est post mortem. Deniq; Cicero in Tusculanis q̃is dubitãter tñ sensit summũ homini bonũ nõ nisi post mortem contingere. Fidẽdi aĩo inquit si ita res feret gradiet' ad mortẽ in qua aut summum bonũ, aut nullũ malũ eẽ cognouimus. Mors igit' nõ extinguit hoĩem: sed ad præmiũ uirtutis admittit: qui aũt se (ut ait idẽ) uitiis ac sceleribus contaminauerit uoluptatiq; seruierit is uero dãnatus æternã luet pœnã. quã diuinæ litteræ secũdam mortẽ nominãt: quæ est perpetua & grauissimis cruciatibus plena. Nã sicut duæ uitæ ꝓpositæ sunt homini: quaꝝ altera est animæ: altera corpis: ita & mortes duæ propositæ sunt una pertinens ad corpus: qua cunctos secundum naturam fungi necesse est. Altera pertinẽs ad animam quæ scelere acquiritur: uirtute uitatur. Vt hæc uita temporalis est: certosq; terminos habet, quia corpis est sic: & mors equę temporalis est, certumq; habet finem quia corpus attingit.

Cicero. locus ex tuscul.

¶ De resurrectiõe corpoꝝ mortuoꝝ, & morte, & aĩaꝝ ꝓpetuitate. Cap. XI.

Resurrectio mortuorum.

IMpletis ergo tpibus quæ deus mortuis statuit: terminabitur ipsa mors. Et qa tpalẽ uitã tpalis mors sequitur: cõsequẽs est ut resurgãt aĩæ ad uitã pennẽ: qa finẽ mors tpalis accipit. Rursus sicut uita animi sempiterna ẽ in qua diuinos & ineloqbiles imortalitatis suæ fructus capit ita, & mors eius ꝓpetua sit necesse est: in qua pennes pœnas & infinita tormẽta pro peccatis pẽdit. Ergo in ea cõditiõe res posita est, ut qui beati sunt in hac uita tẽporali atq; terrena semp miseri sint futuri: quia iam bonis quæ maluerũt potiti sunt. quod his euenit qui deos adorãt deũ negligũt. Deinde qui iustitiã sequẽtes in hac uita miseri fuerint & cõtẽpti, & inopes, & ob ipsam iustitiã contumeliis & iniuriis sæpe uexati, quia nec aliter uirtus teneri potest: semper beati sunt futuri: ut quia mala iã pertulerũt, etiã bonis fruant'. Quod his utiq; contingit: qui cõemptis terrestribus diis: & fragilibus bonis, cælestẽ religionem dei

sequuntur, cuius bonum sicut ipse qui tribuit: sempiterna sunt. Quid opera corporis atq; animi? Nonne indicãt esse animã mortis expertẽ? Nam corpus quia ipsum fragile est, atq; mortale, quæcunq; opa molit': ea caduca sunt. Nihil.n. Tullius ait esse, quod sit, manibus humanis laboratũ, quod nõ aliquando ad interitum redigat'; uel iniuria hoĩum: uel ipsa cõfectrice oium uetustate. At uero animi opera uidemus æterna. Nam quicũq; cõtẽptui p̃sentiũ studẽtes, in memoriam monumenta ingenioꝝ factorũq; magnoꝝ reliquerũt, hi plane mentis suæ ac uirtutis nomen in delebile q̃sierũt. Ergo si opera corporis iõ mortalia sunt: quia ipsum mortale est: sequit' ex eo ut aĩa immortalis appareat: quia uidemus opera eius non esse mortalia. Eodẽ mõ desideria quoq; corpis animiq; declarãt alteꝝ eẽ mortale, alteꝝ sempiternũ. Corpus.n. nihil nisi tpale desiderat. i. cibũ potũ, ĩdumentũ, qetem, uoluptatẽ. Et tñ hæc ipsa sine ui & adminiculo animi nec cupere: nec assecq põt. Animus aũt per se multa desiderat quæ ad officiũ fructumue corporis redũdent: eaq; non fragilia sed æterna sunt: ut fama uirtutis: ut memoria nominis. Nam cultũ dei qui constat abstinẽtia cupiditatũ, ac libidinũ, patientia doloris, ac cõtemptu mortis: etiã contra corpus aĩa concupiscit. Vnde credibile est nõ interire aĩam, sed dissociari a corpore, quia corpus sine aĩa nihil põt: aĩus aũt põt multa, & magna sine corpore. Quid q; ea quæ uisibilia sunt oculis, & tangibilia manu: quia æternã uim patiuntur: æterna esse non possunt? Ea uera quæ neq; sub tactũ neq; sub uisum ueniunt: sed tãtũmodo uis eoꝝ: & rõ: & effectus apparet: æterna sunt: quia nullã uim patiuntur extrinsecus. Corpus aũt si ideo mortale est: quia uisui pariter ac tactui subiacet, ergo & aĩa iccirco immortalis est: quia nec tangi põt nec uideri.

Cicero. locus ex Tusculan. Opera manibus hominũ labo rata intereunt oĩa.

¶ Item de imortalitate animæ contra Lucretium: & Epicurũ. Et de differẽtia mentis & animæ, & corporum resurrectione. Cap. XII.

Animarũ interitum qui posuerint: qbusue rõnibꝰ. Lucretii locus.

NVnc argumẽta eoꝝ qui contradixerunt refellamus: quæ Lucretius tertio libro executus est, qm̃ cũ corpe inqt aĩa nascit', cũ corpe itereat necesse est. At non est par utriusq; rõ, solidũ.n. & cõprehẽsibile corpus ẽ: & oculis & manu. Aĩa uero tenuis: & tactũ uisũq; fugiẽs. Corpus ex terra fictũ: atq; cõsolidatũ est, aĩa in se nihil cõcreti, nihil terreni põderis hẽt (ut Plato differebat.) Nec.n. tanta posset hẽre sollertiã: tãtam uim: tãtã celeritatẽ nisi originẽ traheret e cælo. Corpus igit' qm̃ fictũ ex põderoso & corruptibili elemẽto, & tãgibile ẽ, & uisibile, corrũpit' atq; occidit, nec uim repellere põt qa sub aspectũ: & sub tactũ uenit. Aĩa aũt qa tenuitate sua omnem tactũ fugit nullo ictu dissolui põt. Ergo q̃is iter se cõiũcta & sociata nascant', & alterũ qd' est de terræna cõcretione formatũ, q̃si uasculũ sit alterius, qd' est a cælesti subtilitate deductũ, cũ uis aliq̃ utrũq; discreuerit, quæ discretio mors uocat': tum utrunq; in naturã suã recedit, qd' ex terra fuit, id in terrã resoluit', qd' ex cælesti spiritu: id cõstat ac uiget semp, qm̃ diuinus spiritus sempiternus est. Deinde idẽ Lucretius oblitus quid assereret, & quod dogma defenderet hos uersus posuit.

Cedit idem retro de terra quod fuit ante
In terram, sed quod missum est ex ætheris oris.
Id rursus cæli fulgẽtia templa receptãt.

Quod eius nõ erat dicere qui perire

animas cum corpibus differebat, ſed uictus eſt ueritate: & imprudenti ratio uera ſurrepſit. Præterea idipſum qđ colligit diſſolui aĩam hoc eſt ſimul cum corpe interire: qm̃ ſimul naſcanť, & falſum eſt: & in contrarium conuerti põt. Non.n. ſimul interit, ſed aĩa diſcedẽte integrum per multos dies manet: & plærũq; medicatum diutiſſime durat. Nã ſi ut ſimul naſcunť, ſimul interirẽt, nõ diſcederet repente aĩa corpuſq; deſereret: ſed uno tpis puncto utrũq; pariter diſſipareť, & tã celeriter etiã corpus adhuc ſpiritu in eo manẽte deliqueſceret ac periret q̃ celeriter aĩa diſcedit. Immo uero diſſoluto corpe aĩa uaneſceret uelut humor fracto uaſe diffuſus. Nã ſi terrenũ & fragile corpus poſt ſeceſſum aĩæ nõ ſtatim defluit i terrãq; tabeſcit: ex qua illi origo eſt, Ergo aĩa quæ fragilis nõ eſt: in æternũ manet: qm̃ ori

Lucretij locus.

go eius æterna eſt. Q uoniã creſcit inqt ſenſus in pueris, & in iuuenibus uiget: & in ſenibus diminuiť: apparet eẽ mortalẽ. Primu nõ eſt idẽ mens & aĩa. Aliud ẽ.n. quo uiuimus: aliud quo cogitamus. Nã dormiẽtiũ mens nõ aĩa ſopiť: & in furio-

Mens ab aĩa differt.

ſis mens extinguiť: aĩa manet: & iõ non exanimes: ſed demẽtes uocanť. Mens ergo ideſt intelligẽtia: uel augeť, uel minuiť pro ætate. Aĩa in ſtatu ſuo ſemp eſt. ex quo tpe ſpirandi accepit facultatẽ: eadẽ uſq; ad ultimũ durat, donec emiſſa corpis clauſtro, ad ſedẽ ſuã reuolet. Deinde q; aĩa q̃uis a deo ſit inſpirata tñ qa tenebroſo domicilio terrænæ carnis incluſa eſt: ſciẽtiã nõ hẽt, quæ eſt diuinitatis. Audit ergo ac diſcit oĩa & ſapiẽtiã diſcẽdo: & audiẽdo capit: & ſenectus non minuit ſapiẽtiã: ſed auget. Si tñ iuuenilis ætas uirtute decurſa eſt, & ſi nimia ſenectus fregerit mẽbra nõ eſt animæ uitiũ: ſi uiſus euanuit: ſi lingua torpuit: ſi auditus obſurduit: ſed corpis. At.n. memoria defecit: qd mirũ ſi labẽtis domicilii ruina p̃miť mẽs: & p̃terita obliuiſciť, non aliter futura diuina q̃ ſi carcerẽ quo cohibeť effugerit. Verũ eadẽ inqt dolori ac luctui obnoxia eſt, & ebrietate demẽtit, uñ fragilis & mortalis apparet. Iccirco igiť uirtus & ſapientia neceſſaria eſt: ut & mæror qui contrahiť indigna patiẽdo ac uidendo: fortitudine repellať & uoluptas non mõ potãdi ſed etiã cæterarũ rerũ abſtinentia ſupereť. Nã ſi careat uirtute, ſi uoluptatibus dedita molliať morti fiet obnoxia: qm̃ & uirtus (ut docuimus) immortalitatis eſt fabricatrix, & uoluptas mortis. Mors aũt ſicut oñdi: nõ funditus p̃imit ac delet: ſed æternis afficit cruciatibus. Nã interire p̃rſus anima nõ põt: qm̃ ex dei ſpiritu qui æternus eſt originẽ cæpit. Anima etiã inqt morbũ corpis ſentit. & obliuionẽ ſui patiť. Et ſicut ægreſcit ſic etiã ſæpe ſanať. Hoc eſt ergo cur maxime uirtus adhibẽda ſit ne illo corpis dolore frãgať: & obliuione ſui non anima ſed mẽs patiať. Q uæ qm̃ certa corpis regione conſiſtit: cũ eã partẽ uis aliqua morbi uitiauerit: mouet loco: & quaſi conquaſſata de ſede ſua migrat, reditura. ſ. cũ medela, & ſanitas domiciliũ ſuũ reformauerit. Nã qa anima eſt iũcta cũ corpore ſi uirtute careat contagio eius ægreſcit: & imbecillitas de ſocietate fragilitatis redũdat ad mẽtẽ. Cũ aũt diſſociata fuerit a corpe uigebit ipa per ſe nec ulla iã fragilitatis conditione tẽptabiť: qa indumẽtũ fragile p̃iecit. Sicut oculus inqt euulſus a corpe, ac ſepatus nihil poteſt uidere: ita & anima ſepata nihil ſentire, qa & ipſa pars eſt corpis. Falſum hoc: & diſſimile ẽ. Anima.n. non pars corpis: ſed in corpe ẽ. Sicut id qđ uaſe continet uaſis pars non ẽ, nec ea q̃ in domo ſunt partes domus eẽ dicunť: ita nec aĩa pars eſt

Aĩa morbũ corpis ſentit.

corporis

corporis: q̃a corpus uel uas animæ eſt uel receptaculum. Iam illud argumentum multo magis inane eſt: qđ qdem ait animã qa non citius emittať e corpore mortalem uideri: ſed paulatim ſe ex omnibus membris explicet a ſummis pedibus inciens: quæ ſi eſſet ęterna uno temporis momento erũperet: qđ fit in his q ferro intereunt. Q uos ãt morbus interimit: ſpũm diutius exhalãt, ut paulatim frigeſcentibus membris aĩa effleť, quę cũ materia ſanguinis contineať, ſicut lumen oleo, & materia febrium calore conſumpta: neceſſe eſt membroꝝ ſumma quæq; frigeſcere, qm̃ uenæ exiliores in extrema corporis porrigunť: & extremi, ac tenuiores riui deficiente uena fontis areſcunt. Nec tñ qa ſenſus corporis deficit, animæ ſenſum extingui & occidere putãdum eſt. Nõ.n. anima corpore deficiente: ſed corpus aĩa decedente putreſcit: qa ſenſum oẽm trahit ſecum. Cum ãt p̃ns anima ſenſum tribuat corpori, & uiuere id efficiat: fieri non põt ut non ipa p ſe uiuat, & ſentiat, qm̃ ipa eſt: & ſenſus: & uita. Nã q; ait: Q d ſi immortalis noſtra foret mens: Non tantum moriens ſe diſſolui quereretť. Sed magis ire foras, ueſtẽq; relinq̃re ut anguis.

Mors quare grauis & q̃ula.

Equidem nunq̃ uidi q quereretť ſe morte diſſolui: ſed ille fortaſſe Epicureum aliquẽ uiderat: ẽt dum moriť philoſophãtem ac de ſua diſſolutione in extremo ſpũ diſſerentem. Q uomodo fieri põt ut; diſſolui ſe ſentiat: an corpore liberari, cum in exitu lingua muteſcat? Nã dum ſentit, & loq poteſt nõdum diſſolutus eſt: ubi diſſolutus eſt, nec ſentire iã: nec loq poteſt. Ita q̃ri de diſſolutione aut nondum poteſt, aut iã non poteſt. At.n. prius q̃ diſſoluať, intellígit ſe diſſolutum iri. Q uid q; uidemus plæroſq; moriẽtium nec diſſolui conq̃rentes (ut ait) ſed exire ſe & p̃ficiſci & ambulare teſtãtes, idq; aut geſtu ſignificãt, aut ſi adhuc p̃ſt, & uoce pronunciãt? Vñ apparet non diſſolutionem fieri: ſed ſeparationem, q̃ declarat animã permanere. Cætera Epicurei dogmatis argumenta Pythagoræ repugnãt diſſerẽti migrare animas de corporibus uetuſtate, ac morte confectis, & inſinuare ſe nouis, & recens natis. Et eaſdem ſemp renaſci: modo in homine, modo in pecude, modo in beſtia: modo in uolucre, & hac ratione immortales eſſe, q; ſæpe uarioꝝ, ac diſſimilium corpoꝝ domicilia cõmutẽt. Q uæ ſnia deliri hominis qm̃ ridicula eſt: & mimo dignior q̃ ſcholaſtico: ne refelli qdem ſerio debuit. Q uod q; facit: uideť uereri ne qs id credat. Præterеunda ſunt igiť nobis ea quæ pro falſo contra falſum diſſerebantur: ſatis eſt ea refutaſſe: quæ contra uerum diſputata ſunt.

Animas migrare de corporibus in noua corpa.

¶ Q uibus teſtimoniis immortalitas animæ approbať: & futurum iudicium dei. Et quantum Ariſtoxenus alios uicerit in errore. Cap. XIII.

Declarauí (ut opinor) aĩam non eẽ ſolubilẽ: ſupeſt citare teſtes quoꝝ auctoritate argumẽta firmenť: Neq; nũc pphetas in teſtimoniũ uocabo, quoꝝ rõ & diuinatio in hoc ſolo poſita eſt: ut ad cultũ dei: & ad immortalitatẽ ab eo accipiẽdã creari hoiem doceãt: ſed eos potius quibus iſtos q reſpuunt ueritatem credere ſit neceſſe. Hermes naturam hominis deſcribens ut doceret quẽadmodũ eẽt a deo factus hæc intulit

κὰι τὸ αὐτὸ ἐξ ἀμφοτέρων Φύσεων τῆς τε ἀθανάτου κὰι τῆς θνητῆς μίαν ἐποίει Φύσιν ἀνθρώπου, τὸν αὐτὸν τῶ μὲν ἀθάνατον, τῶ δὲ θνητὸν ποιήσας κὰι τοῦτον φέρων ἐν μέσω θείας κὰι ἀθανάτου Φύσεως, κὰι τῆς θνητῆς κὰι μεταβλητοῦ κατιςήσας, ἵνα ὁρῶν ἅπαντα, ἅπαντα κὰι θαυμάσῃ.

Homo ex duabus naturis mortali & immortali.

Idest & idem ex utraq; natura mortali & immortali unã faciebat naturã hominis, eũdem: in aliquo qdem immortalẽ, in aliquo aũt mortalem faciens, & hunc ferẽs i medio diuiẽ & imortalis naturę & mortalis mutabiliſq; cõſtituit ut oĩa uidẽs oĩa miret: Sed hunc fortaſſe aliqs in numero pho; cõputet: q̃uis in deos relatus Mercurii nomine ab Ægyptiis honoret nec plus ei auctoritatis tribuat: quam Platoni aut Pythagorę. Maius igit testimonium reqramus. Polytes quidã cõſuluit Apollinem miletiũ utrũ ne manet anima poſt mortẽ, an reſoluat, & rñdit his uerſibus.

Animæ æternitas.

ψοχὴ μὲν μέχρις οὗ δεσμοῖς πρὸς σῶμα κρατεῖται φθαρτὰ νοοῦσα πάθη ἀνηταῖς ἀλγηδόσιν ἔϊκει, ἥνίκα δ' αἰάλυσιν βροτέην μετὰ σῶμα μαραυὲν ὠκίσην εὕρηται ἐς αἰθέρα πᾶσα φορεῖται ἀὲν ἀγήραος οὖσα. μένει δ' ἐπάμματα πάντα ἀτειρής. πρωτόγονος γὰρ τοῦτο θεοῦ διέταξε πρόνοια. Idest Anima qdem quo ad uinculis corporeis tenet: corruptibiles paſſiones ſentiens, mortalibus cedit doloribus. Cũ uero humanã ſolutionem uelociſſimã poſt corruptum corpus inuenerit: omnis in æthera fertur: nunq; ſeneſcens: & manet in æternũ ſine pœna. Primogenita etenim hoc diuina diſpoſuit prudentia. Quid carmia Sibyllia? Nõne ita eẽ declarãt, cũ fore aliqñ denũciãt, ut a deo de uiuis ac mortuis iudicet, quoq; exempla poſt inferemus. Falſa eſt igit Democriti, & Epicuri ſententia, & Dicearchi de animi diſſolutione, q̃ pfecto nõ auderent de interitu animarum mago aliquo pñte differere, qui ſciret certis carminibus ciere ab inferis animas: & adeſſe, & præbere ſe humanis oculis uidẽdas: & loqui, & futura p̃dicere. Et ſi auderent: reipſa & documentis p̃ſentibus uincerent. Sed quia non puidebãt animæ rationem, quæ tã ſubtilis eſt: ut oculos humanæ mentis effugiat, interire dixerunt. Quid Ariſtoxenus qui negauit omnino ullam eſſe animã, etiã cum uiuit in corpore? Sed ſicut in fidibus ex intentione neruorum effici concordem ſonum, atq; cantum, quem muſici harmoniã uocant, ita in corporibus ex compage uiſcerum ac uigore membrorum uim ſentiendi exiſtere quo nihil dici delirius poteſt. Verum ille oculos quidem habuit incolumes cor tñ cecum, quia uiuere ſe & habere mentem qua idipſum cogitauerat: non uidebat. Sed plæriſq; hoc philoſophis accidit: ut putarent omnino non eſſe quicquid oculis non appareret: cũ mentis acies multo clarior eſſe debeat: q̃ corporis: ad ea perſpicienda, quorum uis ac ratio ſentitur potius quam uidetur.

Manium euocatio.

Animã eẽ harmoniã

¶ De fine mundi & errore Chaldæoꝝ. De ætate mũdi. Et q; poſt ſex ætates, ideſt ſex mille annorũ ſtatus mũdi mutabit & renouabit. Et q; mille anni ſunt unus dies dei. Et q; mille annos ragnabunt electi dei in terra poſt iudiciũ. Cap. XIIII.

QVoniã de imortalitate diximus aĩæ: ſequitur ut doceamus q̃tenus hoi & qñ tribuat: ut i hoc quoq; prauitatis & ſtultitiæ ſuæ pſpiciãt errores q; mortales quoſdã decretis placitiſq; mortaliũ deos eſſe factos opinãtur, uel q; artes inuenerãt, uel q; uſum quarũdã frugum docuerãt: uel q; utilia uitæ hominũ prouiderãt: uel q; imanes beſtias interemerãt. Quæ merita q̃ lõge ab immortalitate ſemota ſint, & docuimus in prioribus libris: & nũc docebimus: ut appareat ſolã eẽ iuſtitiã: quæ uitã homini pariat æternã & ſolũ deũ q æternæ uitæ præmium largiat. Nam illi q; ſuis meritis immortales facti eẽ dicũtur, qa nec iuſtitia nec ulla in his uera uirtus fuit, nõ imortalitatem

talitatem ſibi, ſed mortem peccatis ac libidinibus quæſierunt. Nec cæleſte præmium, ſed inferna ſupplicia meruerũt, quæ pendũt ſimul cum his omnibus, qui eos coluerunt. Cuius iudicii propinquare tẽpus oſtendã, ut & iuſtis merces digna ſoluatur, & pœna merita impiis irrogetur. Plato, & multi alii philoſophoꝝ cũ ignorarent originem rerum, ſupremũq; illud tempus quo mũdus eſſet effectus, multa milia ſeculoꝝ fluxiſſe dixerũt. Ex quo hic pulcherrimus mundi ornatus extiterit, ſicuti fortaſſe caldæi, qui (ut Cicero tradidit in libro de diuinatiõe primo) quadringenta ſeptuaginta milia annoꝝ monumẽtis cõprehẽſa ſe habere delirãt: in quo ſe quia poſſe argui non putabãt, liberũ ſibi crediderũt eſſe mẽtiri. Nos aũt quos diuinæ litteræ ad ſciẽtiã ueritatis erudiũt, principiũ mundi finẽq; cognouimus de quo nunc in fine operis diſſeremus, quoniã in principio libri explicauimus. Sciant igitur philoſophi qui ab exordio mundi ſeculoꝝ milia enumerãt, nondum ſextũ milleſimum annũ eſſe concluſum, quo numero expleto, conſumationem fieri neceſſe eſt, & humanarũ rerum ſtatũ in melius reformari, cuius rei argumẽtum prius eſt enarrandũ, ut rõ eluceſcat. Mundũ deus, & hoc naturæ admirabile opus (ſicut arcanis ſacræ ſcripturæ continetur) ſex dierũ ſpacio conſumauit, diemq; ſeptimum quo ab operibus requieuit, ſanxit. Hic eſt aũt dies ſabbati, qui in lingua Hebræorum a numero nomẽ accepit: unde ſeptenarius numerus legitimus & plenus eſt. Nã & dies ſeptẽ ſunt, quibus per uicẽ reuolutis, orbes cõficiunt annoꝝ, & ſeptẽ ſtellæ quæ nõ occidũt, & ſeptẽ ſidera, quæ uocant errãtia, quoꝝ diſpares curſus, & inæquales motus rerũ ac tẽporũ uarietates efficere credit. Ergo qñ ſex diebus cuncta dei opera perfecta ſunt, per ſecula. i. ſex milia manere in hoc ſtatu mũdũ neceſſe eſt. Dies enim magnus dei mille annorum circulo terminat: ſicut indicat prophera dicẽs. Ante oculos tuos domine mille annoꝝ tanq̃ dies unus. Et ſicut deus ſex illos dies in tãtis rebus faciendis laborauit: ita & religio eius, & ueritas in his ſex millibus annoꝝ laborare neceſſe eſt, malitia præualente ac dominãte. Et rurſus quoniã perfectis opibus requieuit die ſeptimo, eũq; benedixit, neceſſe eſt ut in fine ſexti milleſimi anni malitia oĩs aboleat e terra, & regnet per annos mille iuſtitia ſitq; trãquillitas & reqes a laboribus, quos mũdus iã diu pfert. Veꝝ q̃tenus id eueniat, explicabo ſuo ordine. Sæpe minora, & exigua magnoꝝ figuras & p̃moſtrationes eẽ, ut hũc diẽ noſtrũ qui ortu ſolis, & occaſu finit, diei magni ſpeciẽ gerere: quẽ circuitus annorũ mille determinat. Eodẽ mõẽt figuratio terreni hois cæleſtis populi p̃ferebat in poſterũ fictionẽ. Nã ſicut pfectis oĩbus quæ in uſum hois molitus eſt deus: ipſum hoiem ſexto die ultimũ fecit, eũq; iduxit in hũc mundum tanq̃ in domũ iam diligẽter inſtructam. Ita nunc ſexto die magno uerus hõ uerbo dei fingit. i. ſanctus populus doctrina, & præceptis dei ad iuſtitiã figuratur. Et ſicut tunc mortalis atq; imperfectus e terra fictus eſt: ut mille annis in hoc mũdo uiueret: ita nunc ex hoc terreſtri ſeculo fingit homo perfectus, ut uiuificatus a deo in hoc eodẽ mũdo per annos mille dominet. Quõ autem cõſumatio futura ſit, & qualis exitus humanis rebus ĩpendat, ſi quis diuinas literas fuerit ſcrutatus inueniet. Sed & ſeculariũ pphetarũ cõgruentes cum cæleſtibus uoces, finẽ rerum, & oceaſum poſt breue tẽpus annũciant, deſcribẽtes quaſi fatigati & delabẽtis mundi

Mundi origo. Seculorũ multa milia. Cicer. loc⁹ ex diuin.

Sabbatum q̃d & uñ. Septenarij numerus legitimus eſt & plenus.

Mundi cõſumatio.

ultimam ſenectutem. Q uæ uero a ꝓphetis & uatibus futura eſſe dicãtur priuſq; ſuperueniat extrema illa concluſio, collecta ex omnibus & coaceruata ſubnectã.

¶ Q uod ſubmerſio pharaonis & Ægyptioꝝ, & liberatio Hebræoꝝ de ſeruitute ægypti præfigurauit liberationẽ electoꝝ: & reprobationem dãnatoꝝ, quæ futura eſt in fine mundi. Et q; ſigna multa ſicut illã ita & hãc præcedent liberationem & q; Romanũ imperiũ ante delebit. Et q; in Aſiã ſumma ptãs omniũ reuertet. Et quibus ætatũ grauibus roma creuerit & deficiat. Cap. XV.

Hebræi ab ægypto educti.

ESt in arcanis ſanctaꝝ lrãꝝ trãſcendiſſe in ægyptũ cogente inopia rei frumentariæ principem Hebræoꝝ cũ omni domo & cognatione. Cuius & poſteri cũ diutius in ægypto commorãtes in magnã gentẽ creuiſſent: & graui atq; itolerabili ſeruitutis iugo ꝑmerent, ꝑcuſſit Ægyptũ deus inſanabili plaga, & populũ ſuũ liberauit traductũ medio mari diſcuſſis fluctibus, & in utrãq; partẽ dimotis, ut per ſiccũ populus graderet. Conatuſq; rex ægyptioꝝ profugos inſequi, coeũte in ſtatũ ſuum pelago, cũ oĩbus copiis interceptus eſt. Q uod facinus tam clarũ tamq; mirabile, q̃uis ad præſens uirtutem dei hoĩbus oſtẽderet, tñ præfiguratio & figura maioris rei fuit, q̃ deus idẽ in extrema tẽporis cõſumatione facturus eſt. Liberabit. n. plæbem ſuã de graui ſeruitute mundi. Sed qñ tunc una plæbs dei & apud unã gentẽ fuit: Ægyptus tunc ſola percuſſa eſt. Nunc aũt quia dei populus ex oĩbus linguis congregatus, apud oẽs gentes cõmoratur, & ab his dominat & premitur, neceſſe eſt uniuerſas natiões, ideſt orbem totum cæleſtibus plagis uerberari, ut iuſtus & cultor dei populus liberetur. Et ſicut tunc ſigna facta ſunt, quibus futura clades ægypti oſtẽderet, ita in ultimo fient prodigia mirabilia per omnia elementa mundi, quibus imminens exitus uniuerſis gentibus intelligatur. Propinquante igitur huius ſeculi termino: humanarum rerum ſtatum commutari neceſſe eſt, & in deterius nequitia inualeſcente prolabi, ut iam noſtra hæc tempora quibus iniquitas & malitia uſq; ad ſummum gradum creuit. In illius tamen inſanabilis mali cõparatiõe fælicia & prope aurea poſſint iudicari. Ita etenim iuſtitia rareſcet, ita impietas, & auaritia, & cupiditas, & libido crebreſcet, ut ſi qui tũ forte fuerint boni prędæ ſint ſceleratis: ac diuexentur undiq; ab iniuſtis ſoli autem mali opulẽti ſint. Bo

Tempoꝝ nfoꝝ deſcribit iniq tatem.

ni uero in omnibus cõtumeliis atq; in egeſtate iactent. Confundetur omne ius & leges peribunt. Nihil tunc quiſpiam habebit, niſi aut quæſitũ, aut defenſum manu, audacia, & ui omnia poſſidebũt. Non fides in hoĩbus: nõ pax, nõ humanitas, non pudor, nõ ueritas erit. Atq; ita neq; ſecuritas, neq; regimen, neq; requies a malis ulla. Omnis. n. terra tumultuabitur: frement undiq; bella omnes gẽtes in armis erũt & ſe inuicẽ oppugnabũt. Ciuitates finitimæ iter ſe ꝓliabunt. Et prima oĩum Ægyptus ſtultaꝝ ſuperſtitionũ luet pœnas, & ſanguine uelut flumine operietur. Tunc peragrabit gladius orbẽ metẽs oĩa, & tanq̃ meſſem cuncta ꝓſternens. Cu-

Romani imperii ꝓdictus occaſus.

ius uaſtitatis: & cõfuſiõis hæc erit cã: q; romanũ nomẽ quo nũc regit orbis (horret aĩus dicere: ſed dicã quia futurũ ẽ) tollet de terra, & imperiũ in Aſiã reuertet, ac rurſus oriẽs dñabit, atq; occidens ſeruiet. Nec mirũ cuiq̃ debet uideri ſi regnũ tãta molle fundatũ, ac tam diu per tot, & tales uiros auctũ, tãtis deniq; opibus cõ-

firmatum

firmatum aliquando tamen corruet. Nihil eſt humanis uiribus laboratũ qd nõ ab humanis æque uiribus deſtrui poſſit. Q m̃ mortalia ſunt opa mortaliũ. Sic & alia prius regna cũ diutius floruiſſent nihilominus tñ occiderunt. Nã Ægyptios: & pſas: & græcos: & aſſyrios ꝓditũ eſt regimẽ habuiſſe terraꝝ qbus omnibus deſtructis ad Romanos quoq; reꝝ ſumma ꝓuenit. Q ui quanto cæteris omnibus regnis anteſtant: tanto maiore decident lapſu quia plus habent põderis ad ruinã quæ cæteris altiora. Non inſcite Seneca Romanæ urbis tẽpora diſtribuit ꝑætates. Primã enim dixit infantiã ſub rege Romulo fuiſſe: a quo & genita & q̃ſi educata ſit Roma. Deinde pueritiã ſub cæteris regibus: a quibus & aucta ſit & diſciplinis pluribus inſtitutiſq; formata. At uero, Tarquinio regnãte cum iam quaſi adulta eẽ cœpiſſet ſeruitium nõ tuliſſe: qd reiecto ſupbæ dominatiõis iugo maluiſſe ſe legibus obtemperare q̃ regibus. Cũq; eſſet adoleſcentia eius fine punici belli terminata: tũ deniq; confirmatis uiribus cœpiſſe iuueneſcere. Sublata igit Carthagine quę diu æmula imperio romani fuit: manus ſuas i totum orbem terra mariq; porrexit: donec regibus cunctis & nationibus ſubiugatis cum iã belloꝝ materia deficeret uiribus ſuis male uteret: quibus ſe ipſa confecit. Hæc fuit prima eius ſenectus cum bellis lacerata ciuilibus atq; inteſtino malo preſſa: rurſus ad regimen ſingularis imperii recidit quaſi ad alterã infantiã reuoluta. Amiſſa enim libertate quã Bruto duce & auctore defenderat: ita conſenuit tanq̃ ſuſtentare ſe ipſa non ualeret niſi amminiculo regẽtium niteretur. Q uod ſi hæc ita ſunt, quid reſtat niſi ut ſequat interitus ſenectutem. Et id futurum breui conciones prophetarum denunciãt ſub ambage alioꝝ nominum: ne facile quis intelligat. Sibyllæ tamen aperte interiturã eſſe Romam loquuntur: & quidem iudicio dei q; nomen eius habuerit inuiſum: & inimica iuſtitię alumnum ueritatis populum trucidarit. Hydaſpes quoq; qui fuit medorum rex antiquiſſimus, a quo amnis quoq; nomen accepit, qui nunc Hydaſpes dicitur admirabilis omnium ſub interpretatione uaticinantis pueri ad memoriam poſteris tradidit ſublatum iri ex orbe imperium nomenq; Romanum, multo ante præfatus q̃ illa troiana gens conderetur.

Romæ tẽpora diſtributa per ætates.

Hydaſpes rex.

Hydaſpes fl. unde.

¶ Q uomodo imperii uẽtura ſit deſtructio: & quæ illi ſigna præceſſura ſint ſecũdum uaticinia prophetarum & Sibyllæ. Cap. XVI.

QVomodo ãt id futuꝝ ſit, neq; incredibile arbitret, oſtendã. In primis multiplicabit regnum, & ſumma reꝝ ptãs ꝑ plurimos diſſipata & conciſa minuet. Tũc diſcordiæ ciuiles in ꝑpetuũ ſerent, nec ulla reqes bellis exitialibus erit, donec & reges decẽ pariter exiſtãt, q orbẽ terræ nõ ad regẽdum ſed & cõſumãdum partiant. Hi exercitibus i ĩmẽſum auctis & agroꝝ cultibus deſtitutis, qdẽ principium euerſiõis, & cladis, diſpdẽt omnia & cõminuẽt, & uorabunt. Tunc repẽte aduerſus eos hoſtis potẽtiſſimus ab extremis finibus plagæ ſeptẽtrionalis orie, q tribus ex eo numero deletiis, q tunc aſiã obtinebunt, aſſumet in ſocietatẽ a cęteris, ac princeps oĩum conſtituet. Hic iſuſtẽtabili dñatione uexabit orbẽ, diuina & humana miſcebit, in ſanda diictu, & execrabilia molie: noua conſilia in pectore ſuo uolutabit ut proprium ſſibi conſtituat ĩperiũ, & leges cõmutabit: & ſuas ſãciet: contaminabit, diri-

piet, ſpoliabit: occidet. Deniq; imutato noſe atq; imperii ſede trāſlata, confuſio ac perturbatio humani generis conſequet. Tam uero deteſtabile atq; abominandū tēpus exiſtet, q; nulli hoium ſit uita iucūda. Euertent funditus ciuitates, atq; interibūt nō mō ferro atq; igni, uerū ēt terræmotibus aſſiduis, & eluuie aquarū, & morbis frequentibus, & fame crebra. Aer. n. uitiabit, & corruptus ac pæſtilens fiet, & mō iportunis hymbribus, mō inutili ſiccitate, nūc frigoribus, nūc æſtibus nimiis nec terra homini dabit fructū, nec ſeges qcq̄, nō arbor, nō uitis feret. Sed cum in flore ſpē maximā dederint, in fruge decipiēt. Fontes quoq; cum fluminibus areſcent, ut ne potus qdē ſuppetat, & aquę in ſanguinē, aut amaritudinē mutabūtur. Propter hæc deficiēt, & in terra q̄drupedes, & in aere uolucres: & in mari piſces. Prodigia quoq; in cælo mirabilia mētes hoium maximo terrore cōfundēt. Et crines cometarū, & ſolis tenebræ, & color lunæ, & cadētiū ſiderū lapſus. Nec tñ hæc uſitato mō fient, ſed exiſtent ſubito & ignota & iuiſa oculis aſtra, ſol in perpetuū fuſcabit, ut uix inter noctē diēq; diſcernat. Luna iā nō tribus deficiet horis: ſed p petuo ſanguine obfuſa meatus extra ordinarios paget, ut non ſit homini prōptum aut ſiderū curſus, aut rōnē tēporū agnoſcere. Fiet. n. uel æſtas i hyeme, uel hyems in æſtate. Tūc annus breuiabit, & mēſis minuet, & dies in anguſtū coartabitur. Stellæ uero creberrimæ cadent, ut cęlū omne cæcū ſine ullis luminibus appareat. Mōtes quoq; altiſſimi decident, & planis æquabunt, mare innauigabile cōſtitue/tur. Ac ne qd malis hominū terræq; deſit, audietur de cælo tuba, quod hoc modo Sibylla denunciat dicens: σάλπιγξ οὐρανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει. Ideſt tuba de cę lo uocem luctuoſam emittet. Itaq; trepidabunt omnes, & ad luctuoſum illū ſonitū cōtremiſcent. Tūc uero pirā dñi aduerſus homines qui iuſtitiā dei non agnouerunt, ſæuiet ferrum, ignis, fames, morbus. Et ſup omnia metus ſemper impendens, tūc orabunt deū & non exaudiet, optabit mors, & nō ueniet, nec nox qdem requiem timori dabit, nec ad oculos ſomnus accedet. Sed animas hominum ſollicitudo ac uigilia macerabit, plorabunt, & gement, & dentibus ſtridebunt: gratulabunt mortuis: & uiuos plāgent. His & aliis pluribus malis ſolitudo fiet in terra & erit deformatus orbis atq; deſertus, quod in carminibus Sibyllinis ita dicit· ἔσται κόσμος ἄκοσμος ἀπολλυμένων ἀνθρώπων. Ideſt erit mūdus immundus pereuntibus hominibus. Ita enim cōficietur humanum genus, ut uix decima pars hominum relinquat, & unde mille proceſſerāt, uix prodient centum. De cultoribus etiā dei duæ partes interibunt, & tertia quæ fuerit probata, remanebit.

¶ De aduentu magni prophetæ qui helias dicitur, & quomodo interficietur ab Antichriſto, & reſurget die tertia & aſcendet in cælum. Et de perſecutione eccleſiæ quam inferet Antichriſtus, & de miraculis eius. Cap. XVII.

Heliæ aduētus eiuſq; prodigioſa miracula.

SEd planius quomodo id eueniat, exponam. Imminente iā temporū concluſione, propheta magnus mittetur a deo, qui conuertat homines ad dei agnitionem: & accipiat poteſtatem mirabilia faciendi. Vbicunq; non audierit eum homines: claudet cælum, & abſtinebit hymbres: & aquā conuertet in ſanguinem, & cruciabit illos ſiti ac fame. Et quicunq; conabit eum lædere, procedet ignis de ore eius atq; com-

buret

buret illū. His prodigiis atq; uirtutibus conuertet multos ad dei cultum, pactiſq; operibus eius alter rex orietur ex Syria malo ſpiritu genitus, euerſor ac ꝓditor gñis humani, q reliqas illius prioris mali cū ipſo ſimul deleat. Hic pugnabit aduerſus ꝓphetam dei, & uincet, & interficiet eū, & inſepultū iacere patiet. Sed poſt diem tertiū reuiuiſcet, atq; in ſpectātibus & mirātibus cunctis rapiet in cælū. Rex uero ille deterrimus erit quidē & ipſe, ſed mēdacioꝝ propheta & ſeipſum cōſtituet ac uocabit deū & ſe coli iubebit ut dei filiū. Et dabit ei poteſtas, ut faciat ſigna & prodigia: quibus uiſis irrætiat hoies ut adorēt eū. Iubebit ignē deſcēdere de cælo, & ſolē a ſuis curſibus ſtare, & imaginē loqui & fient hæc ſub uerbo eius, quibus miraculis etiam ſapiētium plurimi alliciētur ab eo. Tunc eruere dei tēplum conabitur, & iuſtum populū perſequetur, & erit p̄ſſura & contritio qualis nunq̄ fuit a principio mundi. Q uicūq; crediderint atq; acceſſerint ei, ſignabuntur ab eo tanq̄ pecudes. Q ui aūt recuſauerint notā eius, aut in montes fugient, aut comprehenſi exquiſitis cruciatibus necabunt. Idem iuſtos homines obuoluet libris prophetarum atq; ita cremabit, & dabitur ei deſolare orbē terræ menſibus. xlii. Id erit tempus quo iuſtitia proiicietur, & innocētia odio erit: quo mali bonos hoſtiliter præda bunt: Non lex aūt ordo aut militiæ diſciplina ſeruabit: Non canos quiſq̄ reuerebitur: Non officiū pietatis agnoſcet: Non ſexus aut infantiæ miſerebitur. Confundentur omnia, & miſcebuntur contra fas: contra iura naturæ. Ira quaſi uno cōmuni grauiq; latrocinio terra uniuerſa uaſtabit. Cum hæc ita erunt tunc iuſti & ſectatores ueritatis ſegregabūt ſe a malis, & fugient in ſolitudines. Q uo audito impius rex inflamatus ira ueniet cum exercitu magno, & admotis omnibus copiis circūdabit montē in quo iuſti morabunt ut eos comprehēdat. Illi uero ubi ſe clauſos undiq; atq; obſeſſos uiderint exclamabunt ad deum uoce magna, & auxilium cæleſte implorabunt, & exaudiet eos deus, & emittet regem magnum de cælo q eos eripiat & liberet, omneſq; impios ferro igniq; diſperdet.

¶ Q uomodo hæc pronunciata ſint & uaticiniis prophetarum, & oraculis gentium uatum, & uerſibus Sibyllinis. Cap. XVIII.

Mors & reſurrectio Heliæ

Antichriſtus.

Quæ fanit prodigia antichriſtus

ÆC ita futura eſſe tum prophetę omnes ex dei ſpiritu tum etiam uates ex inſtinctu dæmonum cecinerunt. Hydaſpes enim quē ſuperius noſtraui, deſcripta iniquitate ſeculi huius extremi pios ac fideles a nocetibus ſegregatos ait cum fletu, & gemitu extenſuros eſſe ad cęlum manus: & imploraturos fidem iouis. Iouem reſpecturū ad terrā, & auditurq; uoces hoium, atq; ipios extincturq;. Q uæ oia uera fūt, p̄ter unū, q; iouē dixit illa factuq;, q̄ deus faciet. Sed & illud nō ſine dæmonū fraude ſubtractū ē. Miſſū iri tūc a p̄re filiū dei, q̄ deletis oibus malis pios liberet, qd Hermes tñ nō diſſimulauit. In eo. n. libro q: λόγος τέλειος inſcribit, poſt enumerationē malorū de qbus diximus ſubiecit hæc græco ſermone ἐπ' αὐτὴ δὲ ταῦτα ὧδε φήσει ὁ ἀσκληπιὲ τότε δ κύριος καὶ πατὴρ καὶ θεὸς καὶ ὁ πρῶτον καὶ ἑνὸς θεοῦ δημιουργὸς ἐπιβλέψας τοῖς γενομένοις καὶ τῇ ἑαυτοῦ βουλήσει τοῖς τοιούτοις τὸ ἀγαθὸν αὐτερείσας τῇ ἀταξίᾳ καὶ ἀνακαλεσάμενος τὴν πλάνην καὶ τὴν κακίαν ἐκκαθήρας πᾶν ὕδατι πολλῷ καταλύσας πῦρ δὲ πυρὶ ὀξυτάτῳ

δικαιώσας. ἐνίοτε δὲ πολέμοις, καὶ λοιμοῖς ἐκπιέσας ἢ γαίῃ ἐπὶ τὸ αὖχμῶν καὶ ἀπεκατέστησε τὸν ἑαυτοῦ κόσμον: Ideſt cum hæc ita facta fuerint o aſclepi, tunc dominus & pater & deus, & primi, & unius dei creator reſpiciens quæ facta ſunt, & ſuam uoluntatem in huiuſmodi bonum, pponens temeritati, & errorem reuocans, malitiã purgabit. Partim quidem aqua nimia diſſoluens partim igne rapido cremãs, interdũ bellis, ac peſtilentiis percutiẽs ad ſtatum priſtinum perduxit, ſuumq; reſtituit mũdum. Sibyllæ quoq; non aliter fore oſtendunt, q̃ ut dei filius a ſummo patre mittatur, qui & iuſtos liberet de manibus impiorum, & iniuſtos cum tyrannis ſæuiẽtibus deleat, e quibus una ſic tradidit: ἥξει καὶ μακάρων ἐθέλων πόλιν ἐξαλαπάξαι καὶ κέντις θεόθεν βασιλεὺς πεμφθεὶς ἐπ' ἴδιον παῖτας ὀλεῖ βασιλεῖς μεγάλους καὶ φῶτας ἀρίσους εἶθ' οὕτως κρινεῖται ὑπ' ἀφθίτου αἰθρώποισι. Ideſt ueniet & beatorum uolens urbem expugnare, & quidam a deo miſſus rex ad ſuos omnes perdet reges magnos & uiros optimos ſic iudicabitur ab immortalibus hoibus. Item alia Sibylla: καὶ τότ' ἀπ' ἠελίου πέμψει θεὸς βασιλῆα ὃς πᾶσαν γαῖαν παύσει πολέμοιο κακοῖο. Ideſt. Tunc ex ſole deus mittet regem qui omnem terram placabit a bello malo. Et rurſus alia. ἡμετέρας τεύξυγὸν δουλείας δυσβάσακτον ἐπ' αὐχένι κεῖμενον αἶρεῖ καὶ θεσμοὺς ἀθέους λύσει δεσμούς τε βιαίους: Ideſt iugum noſtræ ſeruitutis intolerabile in collo poſitum tollet, & leges impias ſoluet, uinculaq; uiolenta.

¶ Quomodo Chriſtus & quibus ſignis præcedentibus deſcendet de cælo, ut interficiat Antichriſtum, & tyrannos, & impios deleat de terra. Et q, uigiliæ nocturnæ chriſtianorum ideo inſtitutæ ſunt: q, Chriſtus de nocte uenturus eſt. Et q, dii & cultores eorum dabuntur incendio, ut Sibylla prædixit.

Caput XIX.

Ppreſſo igitur orbe terræ cum ad deſtruendam immenſarũ uirium tyrannidem humanæ opes defecerint, ſiquidem capto mundo cũ magnis latronum exercitibus incubabit, diuino auxilio tanta illa calamitas ĩdigebit. Commotus igitur deus, & ancipiti periculo, & miſeranda comploratione iuſtorum mittet protinus liberatorẽ. Tunc aperietur cælum medium intempeſta nocte & tenebroſa, ut in orbe toto lumen deſcendentis dei tanquam fulgor appareat, quod Sibylla his uerſibus locuta eſt. ὅτ' ἂν ἔλθῃ πῦρ ἐῆσαι σκότος ἐν μέσῃ νυκτὶ μελαίνῃ. Ideſt cũ uenerit ignis erũt tenebræ in media nocte obſcura. Hæc eſt nox: quæ a nobis propter aduẽtum regis ac dei noſtri peruigilio celebrat, cuius noctis duplex eſt rõ, qd in ea & uitã tum recepit cũ paſſus eſt, & poſtea orbis terræ regnum recepturus eſt. Hic eſt enim liberator, & iudex, & ultor, & rex, & deus, quem nos Chriſtum uocamus, qui priuſq; deſcendat, hoc ſignum dabit. Cadet repẽte gladius e cælo, ut ſciant iuſti ducẽ ſanctæ militiæ deſcenſurum, & deſcendet concomitãtibus angelis in medium terræ, & præcedet eum flamma inextinguibilis, & uirtus angelorum tradet in manus iuſtorum multitudinem illam, qui montem circũſederit, & concidetur ab hora tertia uſq; ad ueſperum: & fluet ſanguis more torrentis, deletiſq; omnibus copiis impius

Vigiliæ xpianorũ cur inſtitutæ.

impius ſolus effugiet, & peribit ab eo uirtus ſua. Hic eſt autem qui appellatur antichriſtus, ſed ſe ipſe Chriſtum mentietur, & contra uerum dimicabit, & uictus effugiet, & bellum ſæpe renouabit, & ſæpe uincetur, donec quarto prælio confectis omnibus impiis debellatus & captus tandem ſcelerum ſuorum luet pœnas. Sed & cæteri principes & tyranni qui contriuerunt orbem: ſimul cum eo uincti adducentur ad regem, & increpabit eos & coarguet. Et exprobauit his facinora ipſorum, & dannabit eos ac meritis cruciatibus tradet. Sic extincta malitia & impietate compreſſa, requieſcet orbis qui per tot ſecula ſubiectus errori ac ſceleri, nefandam pertulit ſeruitutem. Non colentur ulterius dii manu facti, ſed a templis & puluinaribus ſuis deturbata ſimulacra igni dabuntur. Et cum donis ſuis mirabilibus ardebunt, quod etiam Sibylla cum prophetis cõgruens futurum eſſe prædixit τρίψουσι δ' εἴδωλα βροτοὶ καὶ πλοῦτον ἅπαντα. Ideſt conterent autem ſimulacra homines & diuitias omnes. Erythræa quoq; idem ſpopondit. ἔργα δὲ χειροποιητὰ θεῶν συνεκκαύσουσιν. Ideſt opera autem deorum humanis manibus facta exurentur.

¶ Quomodo aperientur inferi, & reſurgent mortui. Et qui iudicãdi ſunt, & qui non. Et quomodo hæc Sibylla prædixerit. Et qua ratione anima cum immortalis ſit patibilis eſſe poſſit ſecundum ſtoicos.

Cap. XX.

Post hæc aperientur inferi, & reſurgent mortui, de quibus iudicium magnum ipſe idem rex ac deus faciet, cui ſumus pater iudicandi & regnandi dabit maximã poteſtatem, de quo iudicio ac regno apud erythræã Sibyllã ſic inuenit in græco eloqo. ὁπότε καὶ τὸ λάβῃ τέλος αἴσιμον ἦδε βροτοῖσι ἀφίξηται δὴ κρίσις ἀθανάτοιο θεοῖο ἥξει ἐπ' αἰθρώπους μεγάλη κρίσις ἠδὲ καὶ αὖχμή. Ideſt cum autem dies iſte finem fatalem acceperit, & ad mortales iudicium immortalis dei uenerit, ueniet ſuper homines magnum iudicium & initium. Deinde apud aliam: ταρταρέον δὲ χάος τότε δείξει γαῖα χαροῦσα ἥξουσι δ' ἐπὶ βῆμα θεοῦ βασιλῆος ἅπαντες. Ideſt Tartareum autem chaos tunc oſtendet dehiſcens terra. Venient autem ad tribunal dei reges omnes. Et alio loco penes eandem οὐρανὸν ἐλίξων γαίης κευθμῶνας ἀνοίξω καὶ τοτ' ἀνάξω νεκροὺς μοῖραν ἀναλύσας καὶ βαπάτου κέντρον καὶ ὕστερον εἰς κρίσιν ἄξω κρίνων εὐσεβέων καὶ δυσεβέων βίον ἀνδρῶν. Ideſt Cælum uoluens terræ latebras aperiam, & tunc leuabo mortuos, fatum ſoluens: & ſtimulum mortis, poſteaq; in iudicium ducam iudicans piorum atq; impiorum uitam uirorum. Nec tamen uniuerſi tunc a deo iudicabuntur, ſed hi tantum qui ſunt in dei religione uerſati. Nam qui deum non agnouerunt: quoniam ſententia de his in abſolutionem ferri non poteſt iam iudicati damnatiq; ſunt: ſanctis literis conteſtantibus non reſurrecturos eẽ impios ad iudicium. Iudicabuntur ergo qui deum ſcierunt, & facinora eorum in mala opera cum bonis collata ponderabuntur: ut ſi plura & grauia fuerint bona iuſtaq;, dentur ad uitam beatam. Si autem mala ſuperauerint, condenentur. Hic fortaſſe dixerit quiſpiam. Si eſt immortalis anima quomodo paſſibilis inducitur ad pœnam ſentiens. Si enim ob merita punitur ſentiet utiq; dolorem, atq; ita etiam mortem. Si morti non eſt obnoxia, nec dolori quidem. Patibilis ergo non eſt. Huic queſtioni ſiue argumento, ita a ſtoicis occurritur. Animas quidem hominum permanere,

Iudicium dei de uiuẽtibus & mortuis.

Impii non reſurgent ad dei iudicium.

Animæ cũ ſint immortales qõ pœnas inferorum ſentient.

nec interuentu mortis in nihilum reſolui, ſed eorum qui iuſti fuerunt, puras & impatibiles, & beatas ad ſedem cęleſtem unde illis origo eſt, remeare: uel in campos quoſdam fortunatos rapi, ubi fruantur miris uoluptatibus. Impios uero quoniã ſe malis cupiditatibus inquinauerunt, mediam quandam gerere inter ímortalem mortalemq; naturam, & habere aliquid imbecillitatis ex contagione carnis, cuius deſideriis ac libidinibus addictæ, ineluibilem quendam fucum trahant labẽq; terrenam, Q uæ cum temporis diuturnitate penitus inhæſerit, eius naturæ reddi animas, ut ſi non extinguibiles in totum quoniam ex deo ſunt, tamen cruciabiles fiãt per corporis maculam, quæ peccatis inuſta ſenſum doloris attribuit. Q uam ſententiam poeta ſic explicauit: Verg. locꝰ

Q uin & ſupremo cum lumine uita reliquit,
Non tamen omne malum miſeris, nec funditus omnes
Corporeæ excedunt peſtes penituſq; neceſſe eſt
Multa diu concreta modis inoleſcere miris:
Ergo exercentur pœnis, ueterumq; malorum Supplicia expendunt.
Hęc ꝑpemodũ uera ſunt. Anima.n.cũ diuortiũ fecit a corpore: ẽ (ut idẽ ait poeta)
Par leuibus uentis, uolucriq; ſimillima ſonno.
Q uia ſpiritus ẽ & ipa tenuitate incõprehenſibilis, ſed nobis q̃ ſumus corporales:
Deo autem cui ſubiacet poſſe omnia comprehenſibilis.

¶ De potẽtia dei quæ pro merito cuiuſq; põt & hoies: & angelos punire. De carnis ímortalitate poſt reſurrectionem. De differẽtia ignis gehẽnalis: & ignis cõis. Et quid in electis: & quid in reprobis operetur. Cap. XXI.

PRimum igitur dicimus tantam eſſe dei poteſtatem, ut etiam ícorporalia comprehendat & quemadmodum uoluerit, afficiat. Nã & angeli deum metuunt, quia caſtigari ab eo poſſunt inenarrabili quodam modo. Et dæmones reformidant: quia torquentur ab eo & puniuntur. Q uid ergo mirum ſi cum ſint immortales animæ, tamen patibiles ſint deo? Nam cum in ſe nihil habeant ſolidum & tractabile a ſolidis & corporalibus nullam uim pati poſſunt, ſed quia in ſolis ſpiritibus uiuunt a ſolo deo tractabiles ſunt: cui uirtus: & ſubſtantia ſpiritalis eſt. Sed tamen docent nos ſanctæ literæ quemadmodum pœnas impii ſint laturi. Nam quia peccata in corporibus contraxerunt, rurſus carne induentur ut incorporibus piaculum ſoluant: & tamen non erit caro illa quam deus homini ſuperiecerit, huic terrenæ ſimilis: ſed inſolubilis ac permanens in æternum: ut ſufficere poſſit cruciatibus & igni ſempiterno: cuius natura diuerſa eſt ab hoc noſtro, quo ad uitæ neceſſaria: utimur qui niſi alicuius materiæ fomite alatur extinguitur. At ille diuinus per ſeipſum ſemper uiuit, ac uiget ſine ullis alimentis, nec admixtum habet fumum, ſed eſt purus ac liquidus: & in aquæ modum fluidus. Non enim ui aliqua ſurſum uerſus urgetur, ſicut noſter, quem labes terreni corporis quo tenetur, & fumus intermixtus exilire cogit, & ad cæleſtem naturam cum trepidatione mobili ſubuolare. Idem igitur diuinus ignis una eademq; ui atq; potẽtia & cremabit impios, & recreabit, & quantum e corporibus abſumet: tantum reponet ac ſibi ipe æternũ pabulum ſubminiſtrabit: quod poetæ in uulturẽ: & Tityum trã-

Ignis inferni cuiuſmodi.

Tityi pœna.

tulerunt

tulerunt: ita ſine ullo reuiuiſcẽtiũ corpoꝝ detrimẽto aduret tãtum: ac ſenſum doloris efficiet. Sed & iuſtos cũ iudicauerit deus ẽt igni eos examinabit. Tũ quoꝝ peccata uel pondere uel numero ꝑualuerint: ꝑſtringẽtur igni atq; amburent. Q uos aũt plena iuſtitia, & maturitas uirtutis ícoxerit: ignẽ illũ non ſentiẽt. Habẽt enim aliqd in ſe dei qd uim flãmæ repellat ac reiiciat. Tãta uis ẽ ínocẽtiæ: ut ab ea ignis ille refugiat innoxius: q accipit a deo hãc ptãtẽ, ut ípios urat, iuſtis obtẽperet. Nec tñ qſq̃ putet aías poſt mortẽ ꝓtinus iudicari. Nã oẽs in una cõiq; cuſtodia detinentur donec tps adueniat quo maximus iudex meritoꝝ faciat examẽ. Tũ quoꝝ fuerit ꝓbata iuſtitia hi præmiũ ímortalitatis accipiẽt. Q uoꝝ aũt pcta & ſcelera detecta nõ reſurgẽt: ſed cũ ípiis í eaſdẽ tenebras recõdent ad certa ſupplicia deſtinati.

Anima nõ ſtatim poſt mortẽ iudicantur.

¶ Q uod hæc a quibuſdam dicuntur eſſe poetica: & unde ad notitiam uenerint poetarum tribus de cauſis corruperint ueritatem, lethęum amnẽ & alia phantaſtica induxerint. Cap. XXII.

IGnẽta hęc poetaꝝ qdã putãt ignorãtes, uñ illa poetæ acceperint, ac negãt hæc fieri poſſe: nec mirũ ita illis uideri. Aliter.n.q̃ res hẽt tradit a poetis q licet ſint multo ãtiq̃ores q̃ hiſtorici & oratores: & cætera gña ſcriptorũ tñ quia myſteriũ diuini ſacramẽti neſciebãt & ad eos mẽtio reſurrectionis futuræ obſcuro ore puenerat eã uero temere ac leuiter auditã in modũ cõmẽtitiæ fabulæ ꝓdiderũt. Et tñ iidem teſtati ſunt: nõ auctorẽ ſe certũ, ſed opinionẽ ſeq, ut Maro q ait. Sit mihi fas audita loq. Q uãuis igitur ueritatis arcana in pte corruperint: tñ ipa res eo uerior inuenitur, q̃ cũ ꝓphetis in pte cõſentiunt: qd nobis ad ꝓbationem rei ſatis eſt. Errori tñ eorum ſubeſt rõ nõnulla. Nã cũ ꝓphetæ aſſiduis cõtionibus ꝑdicarent iudicaturũ eſſe de mortuis filiũ dei: & hæc annũtiatio nõ lateret, qm̃ rectorem cæli non aliũ putabãt q̃ Iouẽ iudicare apud íferos: Iouis filiũ tradiderũt. Sed tñ nõ Apollinẽ, aut liberũ: aut Mercurium q cæleſtes putantur, ſed deum q̃ & mortalis fuerit & iuſtus uel Minoẽ, uel Æacũ, uel Rhadamanthũ. Corruperũt igit poetica licẽtia qd acceperant: uel opinio ueritatẽ ꝑ diuerſa ora ſermoneſq; uarios diſſipata mutauit. Nã q̃ pactis apud íferos mille annis: rurſus ad uitã reſtitui cecinerũt. Maro. ita dicente. Verg. locꝰ

Has omnes ubi mille rotam uoluere per annos.
Lethæum ad fluuium deus euocat agmine magno
Scilicet immemores ſupera ut conuexa reuiſant. Rurſus: & ícipiẽt incorpora uelle reuerti. Hæc eos rõ fefellit: q̃ reſurgẽt defuncti non poſt mille ãnos mortis ſuę: ſed ut reſtituti rurſus in uitã mille annis cũ deo regnẽt. Deus.n. ueniet in orbe hoc ab oi labe purgato, ut rediuiuas iuſtoꝝ aías corpibus innouatis ad ſẽpiternã beatitudinẽ ſuſcitet. Itaq; põter aquã obliuiõis uera ſũt cætera, quã iccirco finxerũt neq̃s illis opponeret. Cur ergo nõ meminerũt ſe aliq̃n uixiſſe, aut q̃ fuerit aut q̃ geſſerint? Sed nihilominus tñ ueriſimile nõ putat: & res tota uelut licenter: & fabuloſæ ficta reſpuit. Nobis aũt de reſurrectione affirmantibus atq; docentibus aías ad alterã uitã nõ oblitas ſui: ſed in eodẽ ſenſu ac figura eẽ redituras: illud opponit. Tot iam ſecula trãſierũt: q̃s un̄q̃ unus ab íferis reſurrexit ut exẽplo eius fieri poſſe credamus? At enim reſurrectio fieri nõ poteſt dominante adhuc iniu-

Poetæ cæteris ſcriptoribꝰ antiquiores.

Verg. locꝰ

Aías ad uitam rurſus reſtitui.

Q

ſtitia. Hoc.n. in ſeculo necantur homines ui ferro: inſidiis: uenenis afficiuntur iniurijs: egeſtate: carceribus, tormentis, ꝓſcriptiõibus. Eo accidit ꝙ iuſtitia inuiſa ẽ: ꝙ oẽs qui deum ſequi uolũt nõ tm̃ odio hñtur, ſed uexãtur omnibus cõtumelijs: & excruciant̃ multiplici genere pœnarꝝ, & ad impios cultus manufactoꝝ deorum non ratione, aut ueritate: ſed nefanda corporum laceratione coguntur. Nunc igit̃ oportet ad hæc eadem reſurgere ac reuerti hoies ad uitã in qua tuti eẽ nõ poſſint: Cum ergo iuſti tam uiles habeant̃: tam facile tollant̃, qd putemus futurũ fuiſſe, ſiquis ab inferis rediens uitam poſtliminio recepiſſet: Auferet̃ profecto ab oculis hominum: ne uiſo eo uel audito deos uniuerſi relinquerent, & ad unius ſe dei cultum regionemꝙ conuerterent. Ergo ſemel fieri reſurrectionem, neceſſe eſt cũ malũ fuerit ablatũ: qm̃ eos qui reſurrexerint, nec mori iã ulterius nec uiolari ullo mõ fas ẽ, ut beatã poſſint agere uitam, quorum mors reſignata eſt. Poetæ uero cũ ſcirent hoc ſeculum malis oibus redundare, obliuionis amnẽ induxerunt ne laborũ ac malorum memores animæ reuerti ad ſuperos recuſarent. Vnde Virgilius.

Poſt liminio uitã recipere.

Reſurrectio ſemel tantũ fieri debet.

O pater an ne aliquas ad cælum hinc ire putandum eſt:
Sublimes animas, iterumꝙ ad tarda reuerti
Corpora, quæ lucis miſeris tam dira cupido?

Animas renaſci.

Ignorabat.n. quomodo aut quando id fieri oporteret. Itaꝙ renaſci eas putauerũt: & denuo ad uterum reuolui, atꝙ ad infantiã regredi. Vnde & Plato de anima diſſerens: ex hoc ait poſſe cognoſci animas eſſe immortales atꝙ diuinas: ꝙ in pueris mobilia ſunt ingenia, & ad percipiendum facilia, ꝙ ea quæ diſcant: ita celeriter capiant: uti non tunc primum diſcere illa uideãtur ſed recognoſcere atꝙ reminiſci: in quo uir ſapiens poetis ineptiſſime credidit.

Puerorum ingẽia mobilia & ad pcipiendũ facilia.

Reminiſcẽtia Platonis.

¶ De reſurrectione. Et ꝙ Pythagoras & alij philoſophi inepte locuti ſunt & de anaſtaſi mentientes animas in uaria, tranſire corpora. Cap. XXIII.

NOn igitur renaſcẽtur, quod fieri non põt, ſed reſurgẽt, & a deo corporibus iduẽtur: & prioris uitęfactorũqꝝ oĩum memores erunt: & in bonis cæleſtibus collocati, ac fruẽtes iucunditate inumerabilium copiarum præſenti deo gratias agent, ꝙ malum omne deleuerit qd eos ad regnum uitãqꝝ perpetuã ſuſcitarit. Q ua de Anaſtaſi philoſophi quoqꝝ dicere aliquid conati ſunt tam corrupte q̃ poetæ. Nam Pythagoras tranſire animas in noua corpora diſputauit: ſed ineptæ quod ex hominibus in pecudes & ex pecudibus in homines & ſeipſum ex Euphorbo eſſe reparatum. Melius Chryſippus: quem Cicero ait fulcire porticum ſtoicorum: qui in libris quos de prouidentia ſcripſit: cum de innouatione mundi loqueretur: hæc intulit. τοῦτον δ' οὕτως ἔχοντος δῆλον ὡς οὐδὲν ἀδύνατον καὶ ἡμᾶς μετὰ τὸ τελευτῆσαι πάλιν περιόδων τινῶν ἐλλημμένων χρόνου εἰς ὁ νῦν ἐς μὲν κατάστασθαι χῆμα. Ideſt. Q uod cum ita ſit, apparet nil eſſe impoſſibile: & nos poſt exceſſum noſtrum rurſus ſpatiis qbuſdã reuolutis temporum, in hunc ſtatũ reſtitui: in quo nũc eſſe uidemur. Sed nos ab humanis ad diuina redeamus. Sibylla iterum dicit: δύσεσθαι γὰρ ἅπαν μερόπων φῦλος ἀλλ' ὅταν ἤδη κόσμου καὶ θνητῶν ἔλθη κρίσις ἣν θεὸς αὐτὸς ποιήσει κρίνων ἀσεβεῖς θ' ἅμα εὐσεβέ/ ας τε καὶ τότε δυσεβέας μὲν ἐπὶ ζόφον ἐν πυρὶ πέμψει. ὅσοι δ' εὐσεβέου σι πάλιν ζήσουσ' ἐπὶ γαίης πνεῦμα θεοῦ δόντος, τιμὴν ἅμα καὶ βίον αὐτοῖς. Ideſt. Et enim difficile ad credendum omne hominum genus. Sed cum iam mundi: & mortalium uenerit iudicium: quod deus ipſe faciet iudicans pios ſimul & impios: tunc demum impios quidem in ignẽ, & tenebras mittet. Q ui autem pietatem tenent: iterum uiuent in terra, ſpiritu dei dante honorem ſimul, & uitam ipſis. Q uod ſi non modo prophetæ, ſed etiã uates: & poetæ, & philoſophi Anaſtaſim mortuorum futuram eẽ conſentiunt, nemo quærat a nobis quemadmodum fieri poſſit. Nec enim diuinorum operum poteſt reddi ratio. Sed ſi a principio deus hominem neſcio quo immemorabili modo inſtituit: credamus ab eodẽ reſtitui ueterẽ poſſe, ꝙ nouũ fecit.

Reſtaurare.

¶ Q uomodo ſecundum uaticinia Sibyllæ poſt iudicium per mille annos regnabit in terra filius dei cum electis ſuis in ſancta ciuitate quam conſtituet. Et ꝙ diabolus uincetur mille annis: & omnis creatura manſueſcet: & ad iucunditatem ſeruiet homini. Et ꝙ Chriſtus ab omnibus coletur ut deus & dominus.

Demon uinctus millẽ annis detinebitur.

Ciuitas ſcta in medio trã conſtituetur.

Caput. XXIIII.

NVnc reliqua ſubnectam. Veniet igitur ſummi & maximi dei filius ut uiuos ac mortuos iudicet, dicente Sibylla, πάσης γὰρ γαίης τότε θὶν ἐν τῶν σύγχυσις ἔσται αὐτὸς δ' παντοκράτωρ ὅτ' αὖ ἔλθη βήματι κρίναι ζώντων καὶ νεκύων ψυχὰς καὶ κόσμον ἅπαντα. Ideſt. Totius enim terræ mortalium confuſio tunc erit, & ipſe omnipotens cum uenerit in tribunali iudicare uiuorum mortuorumꝙ animas & mundum omnem. Verum ille cum deleuerit iniuſtitiam iudiciumꝙ maximum fecerit, ac iuſtos qui a principio fuerũt, ad uitam reſtaurauerit, mille annis iter homines uerſabitur eoſꝙ iuſtiſſimo imperio reget. Q uod alibi Sibylla uaticinans furenſꝙ proclamat,

κλῦτε δέ μου μέροπες βασιλεὺς αἰώνιος ὥρ' ἔχει:

Ideſt. Audite me homines: rex ſempiternus dominabitur, tunc qui erũt in corporibus uiui non morientur, ſed per eoſdem mille annos infinitam multitudinem generabũt, & erit ſoboles eorꝝ ſancta & deo cara. Q ui aũt ab inferis ſuſcitabuntur, hi præerunt uiuentibus uelut iudices. Gentes uero non extinguentur omnino: ſed quædam relinquentur in uictoriam dei, ut triumphentur a iuſtis ac ſubiugẽtur perpetuę ſeruituti. Sub id tempus etiam princeps dæmonũ qui ẽ machinator omniũ malorum, uincietur catenis, & erit in cuſtodia mille annis cæleſtis imperii: quo iuſtitia i orbe regnabit, nequid malum aduerſus populum dei moliatur. Poſt cuius aduentum congregabũtur iuſti ex omni terra: peractoꝙ iudicio ciuitas ſancta cõſtituetur in medio terræ: in qua ipſe conditor deus cum iuſtis dominantibus cõmoretur, quam ciuitatem Sibylla deſignat cum dicit: καὶ πόλιν ἣν ἐποίησε θεὸς αὖ τὴν ἐποίησε λαμπροτέραν ἄστρων καὶ ἡλίου ἠδὲ σελήνης: Ideſt urbem quam fecit deus eã clariorem fecit aſtris, atꝙ ſole, lunaꝙ. Tunc auferentur a mũdo tenebræ illæ: quibus offenditur atꝙ obcæcatur cælum: & luna claritudinem ſolis accipiet: nec minuet̃ ulterius. Sol autem ſepties tanto q̃ nunc eſt: clarior fiet. Terra uero aperiet fœcũditatẽ ſuam: & uberimas fruges ſua ſponte generabit, rupes montium melle ſudabunt: per riuos uina decurrent, & flumina lacte inundabunt. Mundus denique ipſe gaudebit: & omnis rerum natura lætabitur: erepta & liberato dominio ma-

li,& impietatis:& sceleris,& erroris.Non bestiæ per hoc tempus sanguine alentur:non aues præda sed qeta & placida erũt omnia,leones:& tituli ad præsepe simul stabunt,lupus ouem non rapiet.Canis non uenabitur:accipitres & aquilę nõ nocebunt infans cum serpentibus ludet.Deniq; tũc fient illa:quæ poetæ aureis tẽporibus facta eẽ iam Saturno regnante dixerunt.Q uorum error hinc exortus ẽ, q; prophetæ futurorum plæraq; sic proferunt:& enunciant:quasi iã peracta.Visiones enim diuino spiritu offerebantur oculis eorum:& uidebantur illa in cõspectu suo quasi fieri ac terminari.Q uæ uaticinia eorum cum paulatim fama uulgasset,quoniam profani a sacramento ignorabant quatenus dicerentur: completa iã esse ueteribus seculis illa omnia putauerunt,quæ utiq; fieri compleriq; non poterant homine regnãte.Cum uero deletis religionibus impiis,& scelere compresso: subiecta erit deo terra. Cedet & ipse mari uector,nec nautica pinus
Mutabit merces:omnis feret omnia tellus,
Non rastros patietur humus non uinea falcem,
Robustus quoq; iam tauris iuga soluet arator:
Tunc etiam molli flauescet campus arista,
Incultisq; rubens pendebit sentibus uua,
Et duræ quercus sudabunt roscida mella:
Nec uarios discet mentiri lana colores,
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubẽti Murice:iã croceo mutabit uellera luto:
Spõte sua sãdyx pascẽtes uestiet agnos.Ipsq; lacte domũ referẽt distẽcta capellæ
Vbera:nec magnos metuent armenta leones.
Q uę poeta secũdũ Cumeæ Sibyllæ carmina prelocutus ẽ.Erythræa uero sic ait: οὐδὲ λύκοι σὺν ἄρνεσ' ἐν οὔρεσιν ἀμιλοῦντ(αι. χόρτον παρὰ λίγκες τ' ἐρίφοισιν ἅμα βόσκοντ(αι. ἄρκοι σὺν μόχοισιν ὁμοῦ κὰι πᾶσι βροτοῖσι. σαρκοβόρος τε λέων φάγετ(αι ἄχυρον παρὰ φάτναις. σὺν βρέφεσίτε δράκοντες ἀμάτροσι κοιμήσοντ(αι: Idest:nec lupi cum agnis in montibus dimicabunt.Herbamq; lynces pariter cum hædis pascentur. Vrsi cũ uitulis simul omnibusq; animalibus carniuorans leo comedet paleas ad præsepia: cum infantibus dracones sine matribus dormient.Et alio loco de libertate rerum. κὰι τότε δὴ χαρὰ μεγάλην θεὸς ἀνδράσι δώσει κὰι ταῦρ γῆ κὰι δένδρα κὰι ἄπετα βρέμματα γαίης δώσουσι καρπὸν τὸν ἀληθινὸν ἀνθρώποισι οἴνου κὰι μέλιτος γλυκέως, λευκοῦ τε γάλακτος κὰι σίτου, ὅπερ ἐστὶν βροτοῖς κάλλιστον ἁπάντων. Idest:& tunc gaudium magnũ deus dabit hominibus.Nam & terra.& arbores:& inumerabilia terræ pecora dabunt fructum uerum hominibus uini & mellis dulcissimi & cãdidi lactis atq; tritici:quod est hominibus optimum omnium.Et alia eodem modo. εὐσεβέων δὲ μόνων ἁγία χθὼν πάντα τὰ δ' οἴσει ναῦμα μέλιτος ἀπὸ πέτρης ἠδ' ἀπὸ πηγῆς κὰι γάλακτ' ἀμβροσίης ῥεύσει πάντεσσι δικαίοις: Idest.piorum autem sola sancta terra omnia hæc feret fluenta mellis de petra atq; de fonte & lac immortalitatis manabit omnibus iustis.Viuent itaq; homines tranquillissimam uitam & copiosissimam, & regnabunt cum deo pariter,& reges gentium uenient a finibus terræ cum donis ac muneribus ut adorẽt:& honorificẽt regẽ magnũ:cuius nomẽ erit præclarę ac uenerabile uniuersis nationibus,quæ sub cęlo erũt,& regibus q dominabuntur in terra.

Vates iterdum futura sic enunciant quasi iam peracta.

Verg.loc⁹

¶ Quod

¶ Quod non restãt ex quatũdã scripturarũ assertione nisi ducenti anni usq; ad rerum innouatiõem.Et q; finis non aderit:nisi Roma destructa: Cap. XXV.

Hæc sunt quæ a prophetis dicũtur,quorũ testimonia & uerba ponere opus nõ esse duxi:qm̃ eẽt infinitũ:nec tãtam rerum mulritudinẽ mẽsura libri capet, tã multis uno spiritu similia dicẽtibus, simulq; ne fastidiũ legentibus fieret:si ex omnibus collecta & translata congerem.Præterea ut ea ipa quæ diceré nõ nr̃is:sed alienis lr̃is potissimum cõfirmarẽ:doceremq; nõ mõ apud nos:uerũ etiã apud eos ipsos q nos insectant ueritatẽ cõsignatã teneri quã recusant agnoscere.Q ui ãt hæc diligẽtius uoluerit:scire ex ipso fonte hauriat,& plura q̃ nos in his libris cõplexi sumus admirabilia reperiet.Fortasse nũc q̃spiã reqrat qm̃ ista quæ diximus sint futura: iã supe ius oñdi.Completis annorũ sex milibus mutationẽ istã fieri oportere, & iã ꝓpinquare illũ summum cõclusionis extremæ diem de signis quę dicta sunt a ꝓphetis licet noscere.Prædixerũt enim signa quibus cõsumatio tẽporũ expectanda sit nobis in singulos dies:& timenda.Q ñ tñ cõpleat hæc sũma,docẽt hi qui de temporibus scripserunt,colligẽtes ea ex litteris sanctis,& ex uariis historiis: quantus sit numerus annorũ ab exordio mundi:qui licet uarient,& aliquantulum numeri eorũ summa dissentiat, omnis tamen expectatio non amplius q̃ ducentorum uidetur annorum.Etiam res ipsa declarat lapsum ruinamq; rerum breui fore nisi quod incolumi urbe Roma nihil istius uidet esse metuendũ.At uero cũ caput illud orbis ceciderit & pyra esse cœperit quod Sibyllæ fore aiunt:quis dubitet uenisse iam finem rebus humanis orbiq; terrarũ.Illa est enim ciuitas quæ adhuc sustentat oĩa: precandusq; nobis & adorandus est deus cæli:si tñ statuta eius: & placita differri possunt,ne citius q̃ putemus tyrannus ille abominandus ueniat :qui tantum facinus moliatur:ac lumẽ illud effodiat:cuius interitu mũdus ipse lapsurus est. Nũc ad cætera exequenda redeamus quæ deinceps secutura sunt.

Lactantii uanitas.

Duręſis annꝰ mundꝰ adhuc ſtabit.

Dęmꝫ inſeritus fine mũdi deſignat

Romæ interitu mũdus ipſe lapſurus eſt.

¶ Q uod elapsis mille anni aurei seculi post iudiciũ soluet itẽ diabolus:& cõcitabit gẽtes:ut sanctã expugnẽt ciuitatẽ & obsidebũt eã & qũo eã oĩno deus destruet,& pœnis æternis tradet,electis hoibus trãslatis ad gloriam angelorum post resurrectionem secundam. Cap. XXVI.

Diximus paulo ante in principio regni sancti fore:ut a deo princeps dæmoniorum uinciatur.Sed idem cum mille anni regni hoc est septem milia cæperint determinari soluetur donuo: & ex custodia missus exibit. At omnes gentes quæ tunc erunt sub ditione iustorum concitabit,ut inferant bellum sanctæ ciuitati. Et colligetur ex omni orbe terræ innumerabilis populus nationum:& obsidebit & circũdabit ciui tatem:tunc ueniet nouissima ira dei super gentes,& debellabit eas usq; ad imum. Ac primum concutiet terram q̃ ualidissime,& a motu eius scindentur montes Syriæ:& subsident colles in abruptum:& muri omnium ciuitatum concident, & stabuet deus solem triduo ne occidat: & inflamabit eum: & descendet æstus nimius,& adustio magna supra perduelles & impios populos:& hymbres sulphuris: & grandines lapidum: & guttæ ignis, & liquescent spiritus eorum in calore: &

corpora conterentur in grandine: & ipsi se inuicem gladio ferient: replebuntᵉ mõtes cadaueribus & cãpi operiẽtur ossibus. Populus autẽ dei tribus illis diebus sub concauis terræ occultatus erit donec ira dei aduersus gẽtes extremũ iudicium terminetᵉ. Tũc exibunt iusti de lateribus suis, & iueniẽt oĩa cadaueribus atq; ossibus tecta. Sed & genus oẽ impioꝝ radicitus interibit: nec erit in hoc mundo ulla natio amplius p̃ter solã gẽtem dei tum per annos septem ꝓpetes intacte erũt syluæ, nec excidetur de montibus lignũ. Sed arma gẽtiũ cõburẽtur, & iã nõ erit bellum, sed pax, & requies sempiterna. Cum uero cõpleti fuerint mille anni renouabiᵉ mundus a deo, & cælum cõplicabitur: & terra mutabiᵉ, & trãsformabit deus homines in similitudinem angelorum, & erunt cãdidi sicut nix: & uersabuntur semper i cõ spectu oĩpotentis, & domino suo sacrificabũt & seruiẽt in æternũ. Eodẽ tpe fiet se cũda illa & publica omniũ resurrectio etiã in qua exterminabuntᵉ impii ad crucia tus sempiternos. Hi sunt qui manufacta coluerunt: q dñm mũdi ac parẽtẽ uel ne scierunt uel abnegauerũt. Sed & dñs illoꝝ cũ ministris suis cõprehendeᵉ ad pœnamq; dãnabiᵉ cũ quo pariter oĩs turba impioꝝ pro suis facinoribus in cõspectu angeloꝝ atq; iustoꝝ perpetuo igni cremabitur in æternũ. Hæc est doctrina sctõꝝ ꝓphetarum quem christiani sequimur. Hæc sapientia nostra: quã isti qui fragilia colũt uel inanem philosophiam tuentur tanquã stultitiã uanitatemq; derident: qa nos defendere hanc publice atq; asserere non solemus. Deo iubente ut quieti ac si lentes arcanũ eius in abscondito atq; intra nostram conscientiam teneamus. Nec aduersus istos uere profanos: qui non discendi sed arguendi atque illudendi gratia inclementer deum ac religionem eius impugnant, pertinaci contentione certemus. Abscondi enim tegique mysterium quam fidelissime oportet: maxime a nobis qui nomen fidei gerimus. Verum illi hanc taciturnitatem nostram ueluti conscientiam malã criminãtur. Vnde etiam quasdã execrabiles opiniones de pudicis & innocentibus fingunt: & libenter his quæ finxerunt credunt.

Classis 7000 an: post renouabit mundus.

Resurrectio secunda.

¶ Exhortatio ut oẽs ꝓperẽt ad suscipiẽdã cũ religione sapiẽtiam, ꝑ quas ad beatissimam puenieᵉ æternæ uitæ beatitudinem. Cap. XXVII.

QVoniã decursis ꝓpositi operis septẽ spatiis ad metã ꝓuecti sumus supest ut exortemur oẽs ad suscipiẽdã cũ uera religione sapientiã, cuius uis & officiũ in eo uertiᵉ, ut contemptis terrestribus & abiectis erroribus quibus antea tenebamur fragilibus seruiẽtes & fragilia cõcupiscẽtes ad æterna cælestis thesauri præmia dirigamur. quę ut capere possimus: q̃ primum omittẽdæ sunt huius p̃ntis uitæ illicibiles uoluptates, q̃ aĩas hoĩum pniciosissima suauitate deliniunt. Quãta felicitas existimãda est subtractis his labibus terræ: proficiscI ad illũ æqssimũ iudicẽ, parẽtemq; indulgẽtissimũ: q pro laboribus requiẽ, pro tenebris claritatẽ: pro terrænis ac breuibus bonis æterna & cælestia largiaᵉ. Qua cũ mercede acerbitates ac miseriæ, quas ꝓpetimur in hoc mũdo faciẽtes opa iustitiæ, cõferri & cœquari nullo mõ p̃nt. Proindeſi patiẽtes, si beati eẽ uolumus, cogitãda ac ꝓponẽda nobis sũt nõ tm̃ Terentiana illa. Molendũ eẽ usq; in pristinũ uapulandũ, hñdę compedes. Sed his multo maiora. Carcer, cathenæ: tormenta patienda, sustinendi dolores: mors deniq; ipsa & suscipi

& suscipienda est, & ferenda cum liqueat conscientiæ nr̃æ nec fragilem istã uoluptatẽ sine pœna: nec uirtutem sine diuino p̃mio fore. Vniuersis igiᵗ oportet operã dare ut se q̃primũ ad rectam uiã dirigant, ut susceptis operatisq; uirtutibus huius uitę laboribus patienter exactis consolatorem deum habere mereantur. Pater enim noster ac dominus qui condidit firmauitq; cœlum: q solem cũ cæteris sideribus illuxit: qui libratam magnitudine sua terram uallauit montibus: mare circundedit: amnibusq; distinxit: & quicqd est in hoc opere mũdi conflauit, ac perfecit e nihilo perspectis erroribus hominũ ducem misit q nobis iustitiæ uiam panderet. Hunc sequamur omnes, hunc audiamus, huic deuotissime pareamus: quoniam solus (ut ait Lucretius.) Veridicis hominũ purgauit pectora dictis. Et finem statuit torpedinis atq; timoris: Exposuitq; bonũ summum quo tendimus oẽs. Quid foret: atq; uiã monstrauit limite ꝓno: Qua possemus ad id recto cõtẽdere cursu. Nec monstrauit tãtum, sed etiã preceſit, ne quis difficultatis gratia inter uirtutis horreret. Deseraᵉ (si fieri) potest uia perditiõis & fraudis in qua mors uoluptatis illecebris adopta cælaᵉ. Et quãto q̃sq; ab annis in senectutẽ uergẽtibus appropinquare cernit illũ diem: quo sit ei ex hac uita migrãdum cogitet q̃ purus abscedat: q̃ innocens ad iudiciũ ueniat, non ut faciunt quidã cæcis mentibus nixi: qui iã deficientibus corporis uiribus in hoc admonentur instãtis ultimæ necessitatis, ut cupidius & ardentius hauriendis libidinibus intendant. Qua ex uoragine liberet se q̃sq; dum licet, dum facultas adest: seq; ad deũ tota mente cõuertat: ut illum diem securus expectet, quo præses dominusq; mundi deus de singuloꝝ factis cogitationibusq; iudicabit. Q uæcũq; hic expetuntᵉ non tãtum negligat sed effugiat potiorem q animam suã iudicet q̃ bona ista fallacia, quoꝝ incerta & caduca possessio ẽ. Migrant enim cotidie & multo uelocius exeunt: quam intrauerant. Et tamen si nobis usq; ad ultimum liceat istis frui aliis certe relinquenda sunt. Nihil nobiscũ ferre possumus nisi uitam bene atq; innocenter actam. Ille ad deũ copiosus, ille opulentus aduenieᵗ cui astabunt continentia, misericordia: patiẽtia, caritas, fides. Hæc est hæreditas nostra, quæ nec eripi cuiquã potest nec transferri ad alium. Et quis est qui hæc bona parare ac adquirere sibi uelit. Veniant qui esuriunt ut cælesti cibo saturati sempiternam famem ponant. Veniant qui sitiunt, ut aquam salutarem de perenni cælestiq; fonte plenissimis faucibus trahant. Hoc cibatu atq; potu dei & cæci uidebunt: & surdi audient: & muti loquentᵉ: & claudi ambulabũt: & mortui reuiuiscent: & stulti sapient, & ægroti ualebunt. Quiscs enim coruptelas terræ uirtute calcauerit hunc arbiter ille summus & uerax ad lucem uitamq; perpetuã suscitabit. Nemo diuitiis, nemo fascibus, nemo etiam regia potestate cõfisus sit, immortalem ista non faciunt. Nam quicunq; rationem hominis abiecerit ac ꝑsentia secutus in humum se ipse prostrauerit tanq̃ desertor domini & imperatoris & patris sui punietur. Intendamus igitur iustitiæ quæ nos inseparabilis comes ad deum sola perducet. & dũ spiritus hos regit artus: infatigabili militia deo militemus, stationes uigilias q celebremus. Cõgrediamur cũ hoste, quẽ nouimus fortiter: ut uictores ac deuicto aduersario triumphantes præmium uirtutis, quod ipe promisit a deo consequamur. Liber septimus Finit.

Bona fortunæ fallacia.

¶ L. Cœlii Lactantii Firmiani De Ira Dei ad Donatum Liber unus incipit.

Caput primum.

Deum nō irasci nec cuiq; nocere.

NImaduerti sæpe Donate plurimos existimare: quod etiam non nulli philosophorum putauerunt non irasci deum, quoniam uel benefica sit tantūmodo natura diuina: nec cuiq̄ nocere p̄stantissimæ atq; optimæ congruat potestati: uel certe nil curet omnino: ut neq; ex beneficētia eius quicq̄ boni pueniat ad nos, neq; ex maleficentia quicquam mali. Quorum error quia maximus est & ad euertendum uitæ humanæ statum spectat coarguēdus est a nobis: ne ipse fallaris impulsus auctoritate hominū qui se putant esse sapientes. nec tamen nos arrogantes sumus ut comprehensam nostro ingenio ueritatem gloriemur. Sed doctrinam dei sequimur qui scire solus potest & reuelare secreta. Cuius doctrinæ philosophi expertes existimauerūt naturam rerum omnium, cōiectura posse dep̄hendi. Quod nequaq̄ fieri potest qa mens hominis tenebroso corporis domicilio circūsepta longe a dei pfectiōe summota est. Et hoc differt ab humanitate diuinitas q̄ humanitatis est ignoratio: diuinitatis scientia. Vnde nobis aliquo lumine opus est ad depellendas tenebras qbus offusa est hominis cogitatio: qm̄ in carne mortali agentes nostris sensibus diuinare non possumus. Lumen autem mentis humanæ deus est: quem qui cognouerit & in pectus admiserit illuminato corde mysteriū ueritatis agnoscet. Remoto aūt deo cælestiq; doctrina oīa erroribus plena sunt. Rectecq; Socrates cum eēt oīum philosophorum doctissimus: tn̄ ut cæteroꝝ argueret insaniam q̄ se aliquid tenere arbitrabātur ait, se nihil scire nisi unū, q̄ nihil sciret. Intellexit. n. doctrinā illā nihil habere i se certi nihil ueri, nec ut putabāt qdā dissimulauit ipsā doctrinā, ut alios refelleret. Sed uidit ex pte aliqua ueritatē, testatusq; ē ēt in iudicio (sicut traditur a Platone) q̄ nulla eēt hūana sapia: adeo doctrinā qua tū p̄bi gloriabant contēpsit derisit: abiecit: ut idip̄m pro summa doctrina profiteret q̄ nihil scire didicisset. Si ergo nulla ē sapia humana: ut Socrates docuit: ut Plato tradidit, apparet eē diuinā nec ulli alii q̄ deo ueritatis notitiā subiacere. Deus igit noscendus est in quo sola ueritas est. Ille mundi parēs & cōditor reꝝ, q oculis non uidet: mente uix cernit. Cuius religio multis modis impugnari solet ab his, qui neq; uerā sapientiam tenere potuerunt: neq; magni: & cælestis arcani comprehendere rationem.

Ignoratio humanitatis est.

Socrates philosophoꝝ doctissimus. Scio hoc unū: q̄ nihil scio.

¶ De gradibus per quos ad ueritatem ascenditur: & qui de ipsis gradibus deiiciantur.

Caput. II.

AM cū sint gradus multi per quos ad domiciliū ueritatis ascendit: nō ē facile cuilibet euehi ad summū. Caligātibus. n. ueritatis fulgore luminibus qui stabilē gressum tenere nō possunt: reuoluunt i planū. Primus aūt gradus ē intelligere falsas religiōes & abiicere impios cultus humana manu fabricatos. Secundus uero pspicere aio q̄ unus sit deus sūmus: cuius ptās ac puidētia effecerit a principio mūdū & gubernet in posterū. Tertius cognoscere ministrū eius ac nunciū: quē legauit in terram

Christus dei minister ac nunc ius.

quo docente liberati ab errore quo implicati tenebamur formatiq; ad ueri dei cultum iustitiam discereremus. E quibus oībus gradibus (ut dixi) pronus est lapsus, & facilis ad ruinā, nisi pedes incōcussa stabilitate figant. De primo gradu eos excuti uidemus qui cū falsa intelligāt, tamen uerum non inueniunt contemptisq; terrenis fragilibusq; simulacris non ad colendum se deū conferāt, quem ignorāt, sed mundi elementa mirantes cælum: terram, mare, solem, lunam, cæteraq; astra ueneran-tur. Sed imperitiā horum iam coarguimus in secūdo diuinaꝝ institutionū libro. De secundo uero gradu dicimus cadere. qui consentiunt unum esse summū deū, idem tn̄ a philosophis irrætiti, & falsis argumentationibus capti, aliter de unica illa maiestate sentiunt q̄ ueritas habet: qui aut figurā negāt habere ullā deū, aut ullo affectu cōmoueri putāt, quia sit oīs affectus imbecillitatis, quæ in deo nulla est. De tertio uero hi præcipitant, qui cum sciant legatū dei, eundemq; diuini & immortalis tēpli conditorem, tn̄ aut non accipiunt eum, aut aliter accipiūt q̄ fides poscit, quos ex parte iam refutauimus, in quarto supradicti operis libro, & refutabimus postea diligentius cum respondere ad oēs sectas cœperimus: quæ ueritatem dum disputāt perdiderunt. Nunc uero cōtra eos disseremus: qui de secundo gradu lapsi praua de summo deo sentiunt. Aiunt. n. quidā nec gratificari eum quicq̄: nec irasci, sed securum & quietum immortalitatis suæ bonis perfrui. Illi uero iram tollunt, gratiā relinquunt deo. Naturam. n. summa uirtute p̄stantem & nō malefi cam esse debere, ita oēs philosophi de ira consentiunt, de gratia discrepāt. Sed ut ad ꝓpositā materiā per ordinē descendat oratio, huiusmodi facienda nobis & exequenda partitio est, cum diuersa & repugnātia sint, ira & gratia. Aut ira tribuēda est deo & gratia detrahenda, aut utrūq; pariter detrahendū. Aut ira demēda est, & gratia tribuenda, aut neutrum tribuēdum. Aliud amplius p̄ter hæc nihil pōt capere natura, ut necesse sit in uno istoꝝ aliquo uerum quod quæritur inueniri. Consideremus singula, ut nos ad latebras ueritatis & ratio & ordo deducat.

¶ Quod nullus asseruit deum irasci, & gratia non moueri. Cap. III.

D eū irasci & gr̄a non moueri in cōsentaneum.

PRimū illud nemo de deo dixit unq̄ irasci eum tātūmodo, & gratia nō moueri. Est. n. disconueniens deo, ut eiusmodi potestate sit prædituꝰ, qua noceat & obsit: ꝓdesse uero ac benefacere nequeat. Quæ igit rō, quæ spes salutis hoībus ꝓposita est, si malorum tantūmodo auctor est deus? Quod si sit tā maiestas illa uenerabilis, non ad iudicis potestatem, cui licet seruare ac liberare, sed ad tortoris & carnificis officium deducitur. Cum autem uideamus nō modo mala eē in rebus humanis, sed etiā bona, utiq; si deus non est, auctorem esse alterū necesse est, qui cōtraria deo faciat: & det nobis bona. Si est, quo noīe appellādus ē? Cur nobis qui malefecit notior est, q̄ ille qui bene? Si aūt nihil pōt esse p̄ter deū absurdum est, & uanum putare diuinā ptātē, qua nihil est maius, nihil melius nocere, prodesse nō posse, & iō nemo extitit, qui auderet id dicere: qa nec rōnem habet nec ullo modo pōt credi. Quod quia conuenit, transeamus & ueritatem alibi requiramus.

¶ Contra Epicurum disputat, qui negabat deum irasci, gratificari & omnia prouidere.

Caput. IIII.

Deũ nec irasci nec gratia moueri.

QVod ſequit᷑ de ſchola Epicuri eſt, ſicut irã in deo nõ eẽ, ita nec gratiã quidẽ. Nã cũ putaret Epicurus alienũ eſſe a deo malũ facere, qđ ex affectu iracũdiæ plerũq; naſcit᷑, ademit ei etiã beneficentiã, qm̃ uidebat cõſequẽs eẽ, ut ſi habeat irã deus, habeat & gr̃am. Itaq; ne illi uitiũ cõcederet, etiã uirtutis fecit exptẽ. Ex hoc inqt beatus & incorruptus eſt, qa nihil curat, neq; habet ipſe negociũ, neq; alteri exhibet. Deus igitur nõ eſt ſi nec moueat᷑, quod eſt ꝓpriũ uiuẽtis, nec facit aliqd impoſſibile homini quod ꝓpriũ dei, ſi oĩno nullã habet uoluntatẽ, nullũ actũ, nullã deniq; adminiſtrationẽ, quæ deo digna ſit. Et quæ maior, & quæ dignior adminiſtratio deo aſſignari põt, q̃ mũdi gubernatio, q̃ cura uiuẽtiũ, maximeq; generis hũani, cui oĩa terræna ſubiecta ſunt? Q uæ igit᷑ in deo põt eẽ beatitudo ſi ſemp q̃etus & imobilis torpet? ſi p̃cãtibus ſurdus, ſi colẽtibus cæcus? Q uid tã dignũ, tã ꝓprium deo, q̃ ꝓuidẽtia? Sed ſi nihil ꝓuidet, amiſit oẽm diuinitatẽ. Q ui ergo totã uim, totã deo ſubſtãtiã tollit, qd aliud dicit niſi deũ oĩno nõ eẽ? Deniq; M. T. a Poſſidonio dictũ refert id epicurũ ſenſiſſe nullos deos eẽ: ſed ea quæ de diis locutus ſit: depellẽdæ iuidiæ cã dixiſſe. Itaq; uerbis illũ deos relinq̃re: re aũt ipa tollere: qbus nullũ motum: nullũ tribuit offim̃. Q đ ſi ita ẽ: qd eo fallacius, qđ a ſapiẽte & graui uiro debet eſſe alienũ. Hic uero ſi aliud ſenſit, & aliud locutus ẽ, qd alid appellãdus ẽ q̃ deceptor biliguis: malus & ꝑpea ſtultus? Sed nõ erat tã uerſutus Epicurus ut fallẽdi ſtudio ita loq̃ret᷑, cũ ẽt ſcriptis ad ẽternã memoriã cõſignaret, ſed ignorãtia ueritatis errauit. Inductus, n. a prĩcipio ueriſimilitudine unius ſniæ neceſſario in ea q̃ ſeq̃bant᷑ incurrit. Prima. n. ſnia fuit ira deo nõ cõuenit. Q đ cũ illi ueꝛ & iexpugnabile uideret᷑ nõ poterat cõſequẽtia recuſari, qa uno affectu amputato ẽt cæteros affect9 adimere deo neceſſitas ipſa cogebat. Ita q nõ iraſcit᷑, utiq; nec gr̃a moueat᷑, qđ eſt iræ cõtrarium, iã ſi nõ ira in eo nec gr̃a ẽ, utiq; nec metus, nec lætitia: nec mœror, nec miſericordia. Vna ẽ. n. rõ cunctis affectibus, una cõmotio, q̃ in deum cadere nõ põt. Q uod ſi nullus affectus in deo ẽ qa qcqd afficit᷑ ibecillũ ẽ, ergo nec cura ullius rei, nec prouidẽtia ẽ in eo. Hucuſq; puenit ſapiẽtis hois diſputatio: cætera q̃ ſequunt᷑ obticuit. ſ. qa nec cura ſit in eo nec prouidẽtia, ergo nec cogitationẽ aliq̃, nec ſenſum in eo eẽ ullum, quo efficit᷑ ut nõ ſit oĩno. Itaq; cũ gradatim deſcẽdiſſet in extrẽo gradu cõſtitit, qa p̃cipitiũ uidebat. Sed qd prodeſt reticuiſſe ac piculum diſſimulaſſe? Neceſſitas illũ uel iuitũ cadere coegit. Dixit. n. qđ noluit qa argumẽtũ ſic ordinauit, ut ad illud qđ euitabat, neceſſario deueniret. Vides igit᷑ quo pueniat᷑ ira ſublata, & deo adẽpta? Deniq; ãt nullus id credit, aut admodũ pauci & qdẽ ſcelerati ac mali q ſperãt pro peccatis ſuis ipunitatẽ. Q uod ſi & hoc falſum inuenit᷑ nec irã in deo eẽ, nec gratiã. Veniamus ad illud quod tertio loco poſitũ eſt.

Deus ſi nõ iraſcit᷑ gr̃a nõ moueat᷑

Affectus imbecillitatis eſt.

Deus nihil curat.

Epicurum ſẽſiſſe nullos deos eſſe.

Epicurus uerbis deos reliquit re ſuſtulit.

¶ Contra Stoicos dicentes in deo eſſe gratiam, ſed non iram. Cap. V.

EXiſtimant᷑ Stoici, & alii nõnulli aliq̃to melius de diuinitate ſenſiſſe, qui aiũt gr̃am in deo eẽ, irã nõ eſſe. Fauorabilis ac popularis ofo non cadere i deũ hãc aĩ puſillanimitatẽ, ut ab ullo ſe læſum putet, qui lædi nõ põt, ut qeta illa & ſancta maieſtas concitet᷑, ꝓturbet᷑: iſaniat quod eſt terrenæ fragilitatis. Irã. n. cõmotionem mentis eſſe ac perturbationem, quæ ſit

Deum gr̃a moueri nõ aũt ira.

Ira quid.

á deo aliena. Q uod ſi hominem quoq;, qui modo ſit ſapiẽs & grauis ira non decet at(. Siquidẽ cũ in animũ cuiuſquã incidit, uelut ſæua tempeſtas, tantos excitet fluctus, ut ſtatũ mentis immutet, ardeſcant oculi, os tremat, lingua titubet, dentes cõcrepent: Alternis uultum maculet nũc ſuffuſus rubor, nũc pallor albeſcẽs:) q̃nto magis deũ non deceat tam fœda mutatio? Et ſi homo qui habet imperiũ ac potẽſtatem late noceat, per irã. ſanguinẽ fundat, urbes ſubuertat, populos deleat, prouincias ad ſolitudinẽ redigat, quãto magis deũ qui habeat totius generis humani: & ipſius mũdi ptãtem ꝓditurꝫ fuiſſe uniuerſa credibile ſit, ſi iraſceret᷑? Abeſſe igit᷑ ab eo tã magnũ, tã ꝓnitioſum malũ oportere, & ſi abſit ab eo ira & cõcitatio, quia & deformis, & noxia eſt, nec cuiq̃ male facit, nihil aliud ſupeſt niſi ut ſit lenis, tranquillus, ꝓpitius, beneficus, cõſeruator. Ita. n. demum & cõis oĩum pater, & optimus, & uere maximus dici poterit, quod expetit diuina cæleſtiſq; natura. Nam ſi inter hoſes laudabile uideat᷑ ꝓdeſſe potius q̃ nocere, uiuificare q̃ occidere, ſaluare q̃ perdere, nec ĩmerito ĩnocẽtia inter uirtutes numerat᷑, & qui hæc fecerit diligit᷑, ꝓferat᷑, ornatur: benedictis oĩbus uotiſq; celebrat᷑: Deniq; ob merita & beneficia deo ſimillimus iudicat᷑, quãto magis ipſum deũ patrẽ diuinis ꝓfectiſq; uirtutibus p̃cellẽtẽ, atq; ab oĩ terræna labe ſũmotũ, diuinis & cæleſtibus beneficiis oẽ genus hoĩum ꝓmereri? Specioſe iſta populariterq; dicunt᷑, & multos illiciũt ad credendũ. Sed qui hæc cõſentiũt, ad ueritatẽ quidẽ propius accedũt, ſed in parte labuntur naturã rei parũ cõſiderãtes. Nã ſi deus non iraſcit᷑ impiis & iniuſtis, nec pios utiq; iuſtoſq; diligit. Ergo cõſtãtior eſt error illoꝛ, qui & irã ſimul & gratiã tollũt. In rebus. n. diuerſis, aut in utrãq; partẽ moueri neceſſe eſt, aut in neutrã. Itaq; qui bonos diligit, & malos non odit, nec bonos diligit, quia & diligere bonos ex odio malorꝫ uenit, & malos odiſſe ex bonorꝫ caritate deſcẽdit. Nemo ẽ qui amet uitam ſine odio mortis, qui appetat lucẽ niſi qui tenebras fugit. Adeo natura iſta cõnexa ſunt, ut alterũ ſine altero fieri nequeat. Si quis dominus habẽs i familia ſeruos bonũ ac malũ, non utiq; aut ambos odit, aut ambos beneficiis & honore proſequit᷑, quod ſi faciet, & iniquus & ſtultus eſt. Sed bonum & alloquit᷑ amice, & ornat, & domui ac familiæ, ſuiſq; oĩbus rebus p̃ficit: Malũ uero maledictis, uerberibus: nuditate, fame, ſiti, cõpedibus punit, ut & hic exemplo cæteris ſit ad nõ peccãdum: & ille ad ꝓmerẽdũ ut alios metus coherceat, alios honor ꝓuocet. Q ui ergo diligit & odit, qui odit & diligit, ſunt. n. qui diligi debeãt, ſunt qui odio haberi. Et ſicut is qui diligit confert bona in eos quos diligit, ita qui odit: irrogat mala his quos odio habet. Q uod argumẽtũ quia uerũ ẽ diſſolui nullo pacto põt. Vana ergo & falſa eſt ſnia eorꝫ, qui alterꝫ deo tribuũt: alterũ detrahũt, nõ minus q̃ illorꝫ qui utrunq;. Sed illi(ut oſtẽdimus)ex parte nõ errãt: ſed id qđ melius eſt ex duobus retinent. Hi uero quos ratio & ueritas argumẽti huius iducit falſa oĩno ſnia ſuſcepta in maximũ erroꝛẽ cadũt. Nõ. n. ſic oportebat eos argumẽtari, quia deus non iraſcit᷑, ergo nec gratia cõmouet᷑. Sed ita quia deus gratia mouet᷑, ergo & iraſcit᷑. Si. n. certum & indubitatũ fuiſſet nõ iraſci deum, tũc & ad illud alterũ ueniri eſſet neceſſe: Cum aũt magis ſit ambiguum de ira, penẽ manifeſtũ de gratia abſurdum eſt: ex incerto certum uelle ſubuertere, cũ ſit promptius de certis incerta firmare.

Irati ultꝰ.

Iræ mala.

Deus tranquillus & lenis & ꝓpitius.

Benefici laus.

Bonos q diligit: malos odit.

Malos qui nõ odit bonos nõ diligit.

Deũ gr̃a moueri & iraſci.

¶ Quod deus irascitur. Cap. VI.

Hæ sunt de deo philosophoꝝ sententiæ. Aliud præterea nihil quisq̃ dixit. Quod si hæc quæ dicta sunt, falsa esse deprehendimus, unũ illud extremũ supereſt in quo solo possit ueritas inueniri, quod a philosophis nec susceptũ est unq̃, nec aliquãdo defensum cõsequens esse: ut irascat deus, qm̃ gratia commouetur. Hæc tuenda nobis, & asserenda snia est. In eo.n. summa ois, & cardo religionis pietatisq; uersat, neq; honos ullus deberi potest deo, si nihil præstat colenti, nec ullus metus si non irascit non colenti.

¶ Quod philosophi errant, & quod homines ab aliis animãtibus maxime differunt religione, quæ hominis est propria. Cap. VII.

Vm sæpe ꝓhi per ignorantiã ueritatis a rõne desciuerint atq; in errores inciderint inextricabiles. Id.n. solet his euenire, qđ uiatori uiã nesciẽti, & nõ fatenti se ignorare dum uagat, dum percontari obuios erubescit. Illud tñ nullus philosophus asseruit unq̃ nõ nihil inter hoiem & pecudẽ interesse, nec oino quisq̃ modo sapiẽs, qui uel leuiter rõnale aial cũ mutis & irrationabilibus coæquarit, quod faciunt quidam imperiti atq; ipsis pecudibus similes: qui cum uẽtri ac uoluptati se uelint tradere: aiunt eadem ratione se natos, qua uniuersa quæ spirant: quod dici ab homine nefas est. Quis.n. tam indoctus ut nesciat? Quis tam imprudens: ut non sentiat aliquid inesse in hoie diuini? Nondũ uenio ad uirtutes animi & ingenii, quibus hois manifesta cognitio est. Nonne ipsius corpis status & oris figura declarat nõ esse cũ mutis pecudibus æquales? Illarũ natura in humũ pabulũq; prostrata est, nec habet quicq̃ cõe cũ cælo quod nõ intuet. Homo aũt recto statu, ore sublimi ad contẽplationẽ mundi excitatus cõfert cũ deo uultũ, & rationẽ cognoscit. Propterea nullũ est aial (ut ait Cicero) præter hoiem, quod hẽat aliquã notitiã dei. Solus.n. sapiẽtia instructus est, & religionẽ solus intelligit, & hæc est hois atq; motoꝝ, uel p̃cipua, uel sola distantia. Nam cætera quæ uident hominis eẽ ꝓpria, & si nõ sint talia in mutis, tñ similia uideri possunt. Proprius hois sermo est, tñ & in illis quædã similitudo sermonis. Nã & dignoscũt inuicẽ se uocibus, & quũ irascuntur, edũt sonũ iurgio simlẽ, & cũ se ex interuallo uidẽt, gratulãdi officiũ uoce declarãt. Nobis quidẽ uoces eoꝝ uidentur incognitæ, sicut illis fortasse nostræ. Sed ipsis qui se intelligunt uerba sunt. deniq; in omni affectu certas uocis notas exprimunt quibus habitũ mẽtis ostẽdãt. Risus quoq; est hois ꝓprius, & tñ uidemus in aliis aialibus quædã signa lætitiæ: cũ ad lusum gestiũt: aures admulcẽt: rictũ contrahũt, frontẽ serenãt: oculos in lasciuiã resoluunt. Quid tã ꝓptiũ homini q̃ ratio & ꝓuidentia futuri? At qui sunt aialia quæ latibulis suis diuersos & plures exitus pandãt: ut si quod periculũ iciderit, fuga pateat obsessis: qđ nõ facerẽt: nisi iesset illis intelligẽtia & cogitatio. Alia ꝓuidẽt in futuꝝ, ut ingẽtẽ formicæ farris aceruũ cõportãt, hyemis memores, tectoq; reponũt, ut apes quæ natale solũ & certos nouere penates. Vẽtureq; hyemis memores, æstate laborẽ. Experiunt, & in mediũ quæsita reponũt: lõgũ est si exeq uelim quæ a singulis generibus aialiũ fieri soleãt humanæ sellertiæ simillima. Q đ si hoꝝ oium quæ ascribi homini solẽt in multis quoq; deprehenditur similitudo, apparet solam esse religionem cuius in mutis uel brutis, nec uestigium aliquod, nec ulla suspitio inueniri põt. Religionis.n. est pria iustitia quæ nullũ aliud aial attingit. Homo.n. solus imperat, cætera sibi cõciliata sunt. Iustitiæ aũt dei cultus ascribitur, quẽ qui non suscipit, hic a natura hois alienus uitã pecudũ sub humana spẽ uiuit cũ uero a cæteris aialibus hoc penẽ solo differamus, q; soli oium diuinã uim potestatẽq; sentimus. In illis autẽ nullus sit intellectus dei, certe illud fieri nõ põt ut in hoc uel muta plus sapiant uel humana natura desipiat. Cum homini ob sapiẽtiã, & cuncta quæ spirant: & omnis rerũ natura subiecta sit. Quare si ratio, si ius hois hoc præcellit & superat cæteras aiantes: q; solus notitiam dei capit, apparet religionem nullo modo posse dissolui.

Religio hois ꝓpria

¶ Cõtra Epicurũ religionẽ subuertẽtẽ, & q; religio sit habẽda. Cap. VIII.

Dissoluitur autem religio si credamus Epicuro illa dicenti:

Omnis enim per se diuum natura necesse est:
Immortali æuo summa cum pace fruatur.

Lucretii locus.

Semota a nr̃is oculis seiũctaq; lõge. Iã priuata dolore oi priuata periclis Ipsa suis pollẽs opibus nil idiga nr̃i. Nec bñ pro meritis capitur: nec tãgit ira. Quæ cũ dicit utrũ aliquẽ cultũ deo putat eẽ tribuẽdũ? an euertit oẽm religionẽ? Si.n. deus nihil unq̃ boni tribuit, si colentis obsequo nullã gr̃am refert: quid tam uanũ tam stultũ, q̃ tẽpla ædificare sacrificia facere dona conferre rem familiarem minuere, ut nihil assequamur? At.n. naturã excellentem honorari oportet. Quis honos deberi põt nihil curãti & ingrato? An aliqua rõne obstricti esse possumus ei qui nihil habeat cõmune nobiscum? Deus (inquit Cicero) si talis est ut nulla gratia, nulla hominũ caritate teneatur: ualeat. Quid.n: facere ꝓpitius homini põt? quid cõemptius dici potuit in deum? Valeat inquit. i. abeat & recedat qñ prodesse nulli põt. Quod si negocium deus nec habet, nec exhibet, cur nõ ergo delinquamus quotiens hoium conscientiam fallere licebit, ac leges publicas circũscribere? Vbicunq; nobis latẽdi occasio arriserit, auferamus aliena, uel sine cruore, uel etiam sanguine, si præter leges nihil est amplius quod colẽdũ sit. Hæc dum sentit Lucretius, religionem funditus delet, qua sublata cõfusio ac perturbatio uitæ sequitur. Quod si religio tolli nõ potest ut & sapientiam retineamus, qua cõis uita sit tutior, qũo religio ipsa sine metu tueri, aut custodiri potest. Quod.n. non metuit: cõtẽnitur: quod cõtẽnitur utiq; non colitur. Ita fit ut religio, & maiestas, & honor, metu constet. Metus aũt nõ est ubi nullus irascitur. Siue igit gratiam deo, siue iram, siue utrũq; detraxeris, religionem tolli necesse est, sine qua uita hominum stultitia, scelere, imanitate cõpletur. Multum.n. refrænat hoies conscientia, si credamus nos in conspectu dei uiuere, si non tantum quæ gerimus uideri desuper, sed etiam quæ cogitamus aut loquimur audiri a deo putemus. At enim prodest id credere (ut quidã putãt) non ueritatis gratia, sed utilitate, quoniã leges cõsciẽtiã punire nõ possunt: nisi aliquis desuper error ꝓdiat ad cohibẽda peccata. Falsa est igit ois religio, & diuinitas nulla est. Sed a uiris prudẽtibus uniuersa cõfecta sunt, quo rectius inocẽtiusq; uiuat. Magna hæc & a materia quã ꝓposui mus aliena quæstio est. Sed quia necessario incidit debet quãuis breuiter attingi:

Cicer. loc.

Valeat qd.

Religio 'sine metu custodiri nõ põt.

Maiestas & honor metu constant.

Cõsciẽtia refrænat homines.

Hoies eadem rõne natos: qua uniuersa q̃ spirant.

Hõ tantũ dei notitiã habet.

Sermo hominis proprius.

Aialia muta habent similitudinẽ quãdã sermonis.

Risus hois proprius.

Aialibus mutis inest rationẽ.

Formica futuri prouida.

Apũ solertia.

¶ Varias opiniones de mundi opificio & gubernatiõe enumerat. Cap. IX.

Protagoras deos ĩ dubium re uocauit.

Vm ſentẽtiæ philoſophoꝝ prioris tpis de ꝓuidẽtia conſenſiſſent, nec ulla eſſet dubitatio, quin mundus a deo & ratione eſſet inſtructus & rõne regereť: Primus oium Protagoras extitit tẽporibus Socratis qui ſibi diceret nõ liquere utrũ eſſet aliqua diuinitas nec ne. Quæ diſputatio eius adeo impia & contra ueritatẽ: & religionẽ iudicata eſt, ut & ipm Atheniẽſes expulerint ſuis finibus, & libros eius quibus hæc continebãtur in concione exuſſerint. De cuius ſentẽtia non eſt opus diſputare quia nihil certi pronunciauit. Poſt hæc Socrates & auditor eius Plato, & qui de ſchola, Platonis tanq̃ riuuli diuerſas in partes profluxerunt: Stoici & ꝓipatetici in eadem fuere ſnia qua priores. poſtea uero Epicurus deũ quidẽ eſſe dixit, qa neceſſe ſit eſſe aliqd in mundũ ꝓſtãs, & eximiũ, & beatũ ꝓuidentiã tñ nullã. Itaq; mundũ ipſum nec rõne ulla, nec arte, nec fabrica inſtructũ. Sed naturã rerũ quibuſdã minutis ſeminibus & inſecabilibus conglobatã. Quo qd repugnãtius dici poſſit non uideo. Et. n. ſi eſt deus: utiq; prouidẽs eſt ut deus, nec aliter ei põt diuinitas attribui, niſi, & præterita teneat, & præſentia ſciat & futura ꝓſpiciat. Cum igiť pro/uidentiã ſuſtulit, etiã deũ negauit eẽ. Cum aũt deum eſſe ꝓfeſſus eſt, & ꝓuidẽtiã ſimul eſſe cõceſſit. Alterũ. n. ſine altero nec eẽ proſus nec itelligi põt. Verũ his poſtea tpibus qbus iã pbia defloruerat: extitit athenis qdã Diagoras qui nullum eẽ oino deũ diceret ob eãq; ſniam notatus eſt atheos. Itẽ Cyrænæus Theodorus ambo quia nihil noui poterãt reperire oibus iã dictis & inuẽtis maluerũt contra ueritatẽ id negare in quo priores uniuerſi ſine ambiguitate cõſenſerãt. Hi ſunt qui tot ſeculis & igeniis aſſertã, atq; defenſam ꝓuidẽtiã calũniati ſunt. Quid ergo utꝝ nos iſtos minutos & inermes philoſophos ratione an uero ueritate ꝓſtãtium uiorꝝ refellemus an potius utroq;? Sed ꝓperãdũ eſt ne lõgius a materia deuageť oratio.

Prouidentiã ſuſtulit Epicurus.

Diagoras atheos.

¶ Quod mundus dei prouidẽtia factus ſit, & gubernetur. Cap. X.

Mundũ ex atomis cõcretũ: aut natura repente extitiſſe. Natura qd

Atomos excogitauit Leucippus.

Atomi unde.

Qui nolũt diuia ꝓuidẽtia factũ eẽ mũdũ: aut principis iter ſe teme/re coeũtibus dicũt eẽ cõcretũ, aut repẽte natura extitiſſe. Naturam uero (ut ait Straton) habere in ſe uim gignẽdi & uiuendi, ſed eam nec ſenſum habere ullũ nec figurã. ut itelligamus oia qua ſua ſpõte eſſe generata nullo artifice nec auctore. Vtrũq; uanũ & ipoſſibile. Sed hoc euenit ignorãtibus ueritatẽ: ut quiduis potius excogitẽt q̃ id ſentiãt qd rõ depoſcit. Primũ minuta illa ſemina quoꝝ concurſu totũ eẽ mũdũ loquunť: ubi aut unde ſint q̃ro? quis illa uidit unq̃? quis ſenſit? quis audiuit? An ſolus Leucippus oculos habuit? ſolus mẽtẽ? Qui profecto ſolus oium cæcus, & excors, ſuit, qui ea loqueretur: quæ nec æger quiſq̃ delirare nec dormiens poſſet ſomniare? Quattuor elemẽtis conſtare oia philoſophi ueteres diſſerebãt. Ille noluit: ne alienis ueſtigiis uideretur inſiſtere. Sed ipſorum elemẽtorum alia uoluit eſſe primordia, quæ nec uideri poſſint, nec tangi, nec ulla corporis parte ſentiri. Tam minuta ſunt inquit, ut nulla ſit acies ferri tam ſubtilis, qua ſecari ac diuidi poſſint. Vnde illis nomen impoſuit atomoꝝ. Sed occurrebat ei q, ſi una eſſet oibus eadẽq; natura, non poſſent res efficere diuerſas tanta uarietate, quãtã uidemus ineſſe mundo.

Dixit

Dixit ergo læuia eſſe, & aſpera, & rotũda, & angulata, & hamata. Quãto melius fuerat tacere q̃ in uſus tam miſerabiles, tam inanes habere linguã, & quidem uere or ne non minus delirare uideatur qui hęc putet refellenda. Reſpondeamus tñ ueluť aliqua dicenti. Si læuia ſunt, & rotunda utiq; non poſſunt inuicẽ ſe apprehẽdere, ut aliquod corpus efficiãt, ut ſi quis milium uelit in unã coagmentationem conſtringere, læuitudo ipſa granoꝝ in maſſam coire non ſinat. Aſpera inquit, & angulata ſunt & hamata, ut poſſint cohærere. Diuidua ergo & ſecabilia ſunt. Hamis enim neceſſe eſt, & angulos eminere, ut poſſint amputari, ita qd amputari ac diuelli põt, & uideri poterit & teneri. Hæc inquit per inane irreqetis motibus uolitant: & huc atq; illuc ferũtur, ſicut pulueris minutias uidemus in ſole cũ per feneſtrã radios ac lumẽ imiſerit. Ex his arbores, & herbæ, & fruges oẽs oriunť, ex his aialia & aqua & ignis, & uniuerſa gignunť, & rurſus ĩ eadẽ reſoluunť. Ferri hoc põt quãdiu de rebus paruis agitať: ex his etiã mundus cõpletus eſt. Impleuit numerũ perceptæ iſaniæ ut nihil ulterius adiici poſſet: ſed inuenit tñ ille qd adderet. Quoniã eſt omne inqt infinitũ nec põt quicq̃ uacare: neceſſe eſt ergo innumerabiles eſſe mundos. Quæ tãta uis fuerat atomoꝝ, ut moles tã inextimabiles ex tã minutis conglobarenť? Ac primũ requiro quæ ſit iſtoꝝ ſeminũ, uel ratio uel origo. ſi. n. ex illis ſunt oia: ipſa igitur unde eſſe dicemus? quæ natura tãtã copiã ad efficiendos innumerabiles mundos ſubminiſtrauit. Sed cõcedamus, ut ipune de mundis delirauerit, de hoc loquamur in quo ſumus, & quem uidemus: Ait omnia indiuiduis corpuſculis fieri, ſi hoc ita eſſet nulla res unq̃ ſui generis ſemine indigeret, ſine ouis alites naſcerentur: ac oua ſine partu. Item cætera uiuentia ſine coitu arbores & quæ gignuntur e terra propria ſemina non haberent, quæ nos cottidie tractamus & ſerimus. Cur ex frumento ſeges naſcitur, & rurſus ex ſegete frumẽtũ? Deniq; atomorum coitio & cõglobatio efficeret omnia: & in aere uniuerſa cõcreſcerẽt, ſiquidem per innane atomi uolitãt, cur ſine terra, ſine radicibus, ſine humore, ſine ſemine non herbæ: non arbor, non fruges oriri aut generari poſſunt? Vnde apparet nihil ex atomis fieri, quãdoquidẽ una quæq; res habet propriã certãq; naturã: ſuum ſemen, ſuam legem ab exordio datam. Deniq; Lucretius quaſi oblitus atomorum quos aſſerebat, ut redargueret eos, qui dicũt ex nihilo fieri omnia his argumentis uſus eſt, quæ contra ipſum ualerent: ſic enim dixit:

Atomi irrequietis motibꝰ ꝑ inane uolitant.

Mundos eẽ innumerabiles.

Lucretii locus.

Nã ſi de nihilo fierẽt ex oibus rebus: Omne genus naſci poſſet, nil ſemie egeret.
Item poſtea Nil igitur fieri de nilo poſſe putandum eſt.
Semine qñ opus eſt rebus quo quæq; creatæ Aeris in teneras poſſint ꝑferrier auras. Quis hũc putat habuiſſe cerebrum, cum hæc diceret nec uideret ſibi eſſe cõtraria? Nihil enim per atomos fieri exinde apparet, q, ſemẽ cuiuſq; rei certum eſt niſi forte & ignis & aquæ naturam ex atomis eſſe credemus. Quid q, duriſſimi rigoris materiæ: ſi ictu uehemẽtiore collidãtur ignis excutitur? Num in ferro aut ſilice atomi latẽt? Quis incluſit? Aut cur ſua ſpõte nõ emicant? aut quomodo ſemina ignis in materia frigidiſſima pmanere potuerunt? Omitto ſilicẽ ac ferrũ. Orbẽ uitreũ plenũ aquæ ſi tenueris in ſole, de lumine quod ab aqua refulget, ignis accẽditur, etiam in duriſſimo frigore. Num etiã in aqua ignẽ eẽ credẽdũ eſt? atqui de

ſole ignis ne æſtate quidem accendi poteſt. Si cæræ inhalaueris, uel ſi uapor leuis aliquid attigerit, aut cruſtã marmoris: aut laminã, paulatim per minutiſſimos ro/res aqua concreſcit. Item de halitu terræ aut maris nebula exiſtit, quæ aut diſper/ſa humefacit quicquid texerit, aut collecta in arduos mõtes in ſublime uẽto rapta, ſtipatur in nubem atq; hymbres maximos deiicit. Vbi ergo dicimus liquores na/tos eſſe? Num in uapore: num in halitu num in uento? Atqui nihil põt conſiſtere in eo quod nec tãgitur nec uidetur. Q uid ergo de aialibus loquar, in quorum cor/poribus nihil ſine rõne, ſine ordine, ſine utilitate, ſine ſpecie figuratum uidemus? Adeo ut ſollertiſſima & diligẽtiſſima oĩum partium mẽbrorũq; deſcriptio caſum ac fortunã depellat. Sed putemus artus & oſſa, & neruos, & ſanguinẽ de atomis poſſe cõcreſcere. Q uid ſenſus, cogitatio, memoria, ingeniũ, quibus ſeminibus co/agmẽtari poſſunt? minutiſſimis inquit. Sunt ergo alia maiora. Q uomodo igitur inſecabilia? Deniq; ſi ex inuiſibilibus ſunt quæ uidentur, cur igitur nemo uidet? Sed ſine inuiſibilia quæ ſunt in hoĩe cõſideret, ſiue tractabilia quæ ueniũt ſub aſ/pectũ rõne utraq; cõſtare quis non uidet? Q ũo ergo ſine rõne coeuntia poſſunt aliquid efficere rationale? Videmus. n. nihil eſſe in oĩ mundo, quod nõ habeat in ſe maximã mirabilẽq; rationẽ. Q uæ quia ſupra hoĩs ſenſum & ingenium eſt: cui rectius q̃ diuinæ prouidẽtiæ tribuenda eſt, an ſi ſimulacrum hoĩs & ſtatuam ratio & ars fingit, ipſum hoĩem de fruſtis temere concurrentibus fieri putabimus? Et quid ſimile ueritatis in ficto, cũ ſumum & excellẽs artificiũ nihil aliud niſi umbrã & extrema corpis lineamẽta poſſit imitari? num potuit humana ſollertia dare ope/ri ſuo aut motũ aliquẽ, aut ſenſum? Omitto ſenſum uidẽdi, audiẽdi, odorãdi, cæ/terorũq; membro, uel apparentiũ, uel latentiũ mirabiles utilitates. Q uis artifex potuit aut cor hoĩs, aut uocem, aut ipſam fabricare ſapientiã. Q uiſq̃ ne igit̃ ſanus exiſtimat, quod homo rõne & cõſilio facere nõ poſſit, id cõcurſu atomorũ paſſim cohærentiũ perfici potuiſſe? Vides in quæ deliramẽta inciderunt dum nolũt effe/ctionẽ curãq; rerum deo dare? Concedamus tñ his ut ex atomis fiant quæ terrena ſunt, num etiã cæleſtia? Deos aiunt incorruptos, æternos, beatos eſſe, ſoliſq; dant immunitatẽ, ne cõcurſu atomorũ concreti eſſe uideantur. Si. n. deos quoq; ex illis cõſtituiſſent diſſipabiles fierẽt ſeminibus aliqñ reſolutis atq; in naturã ſuã reuertẽ/tibus. Ergo ſi eſt aliqd quod atomi nõ effecerint, cur nõ cætera eodẽ mõ intelliga/mus? Sed quæro anteq̃ mundũ primordia iſta generarent: cui ſibi dii habitaculũ non ædificauerunt? Videlicet niſi atomi coiſſent cælumq; feciſſent, adhuc dii per medium in aere pẽderẽt. Q uo igit̃ cõſilio qua rõne de cõfuſo aceruo ſe atomi cõ/gregauerunt: ut ex aliis inferius terræ cõglobarent̃: cælũ deſuper tenderet̃: tanta ſiderũ uarietate diſtinctũ, ut nihil unq̃ excogitari poſſit ornatius? Tanta ergo qui uideat & talia, põt exiſtimare nullo effecta eſſe cõſilio, nulla ꝓuidentia, nulla rõne diuina: ſed ex atomis ſubtilibus exiguis concreta eſſe tanta miracula? Nonne ꝓdi/gio ſimile eſt aut natũ eſſe hoĩem qui hæc diceret, aut extitiſſe qui crederẽt? ut De/mocritũ, quí auditor eius fuit: uel Epicurũ in quem uanitas oĩs de Leucippi fonte ꝓfluxit? At. n. (ſicut alii dicũt) natura mũdus effectus eſt, quæ ſenſu & figura ca/ret. Hoc uero multo eſt abſurdius. Si natura mundũ fecit, conſilio, & rõne fecerit

Deos ex Atomoꝝ concurſu nõ eſſe cõ/cretos.

Mundum natura ef/fectum.

neceſſe

neceſſe eſt. Is enim facit aliquid, q̃ aut uolũtatem faciendi habet, aut ſcientiam. Si caret ſenſu ac figura qũo põt ab ea fieri, quod & ſẽſum habeat & figurã? Niſi for/te qs arbitret̃ aĩaliũ fabricã, tã ſubtiliter a nõ ſentiẽte natura formari animariq; po/tuiſſe, aut iſtã cæli ſpetiẽ tã prouidenter ad utilitates uiuẽtiũ tẽperatã, neſcio quo caſu, ſine cõditore: ſine artifice ſubito extitiſſe. Siqd inquit eſt Chryſippus qđ effi/ciat ea, quæ hõ licet rõne ſit præditus: facere non poſſit id profecto ẽ maius: & for/tius, & ſapientius homine. Homo aũt nõ põt facere cæleſtia: ergo illud quod hæc efficiet uel effecerit: ſuperat hoĩem arte: conſilio, prudẽtia, poteſtate. Q uis igitur poteſt eẽ niſi deus? Natura uero quã ueluti matrẽ eẽ rerũ putant, ſi mentẽ nõ ha/bet nihil efficiet unq̃, nihil molieť. Vbi enim nõ eſt cogitatio, nec motus eſt ullus nec efficacia. Si aũt cõſilio utiť ad incipiendũ aliquid, rõne ad diſponendũ: arte ad efficiendũ, uirtute ad cõſumandum: ptãte ad regendum & cõtinendũ, cur natura potius q̃ deus nominet̃? Aut ſi concurſus atomoꝝ uel carẽs mente natura ea quæ uidemus effecit, q̃ro cur facere cælũ potuerit: & urbẽ aut domũ non potuerit? cur montes marmoris fecerit, colũnas & ſimulacra non fecerit? At q potuerant atomi etiã ad hæc efficienda cõcurrere. ſiquidẽ nullã poſitionẽ relinquunt quã non expe/riant̃. Nam de natura q̃ mentem non habeat non eſt mirãdum: q̃ hæc facere obli/ta ſit. Q uid ergo eſt? Vtiq; deus cum incoharet hoc opus mũdi, quo nihil poteſt eſſe nec diſpoſitius ad ordinẽ: nec aptius ad utilitatẽ: nec ornatius ad pulchritudi/nem, nec maius ad molẽ, q̃ fieri ab hoĩe non poterãt fecit ipſe, in qbus etiã hoĩem ipm cui particulã de ſua ſapia dedit, & inſtruxit eũ ratione quãtũ fragilitas terræ/na capiebat: ut ipſe ſibi efficeret: q̃ in uſus ſuos eſſent neceſſaria. Si uero in huius mundi (ut ita dixerim) republica nulla prouidentia eſt, quæ regat, nullus deus q̃ adminiſtret, nec omnino ſenſus ullus in hac reꝝ natura pollet: Vñ igit̃ mens hũa/na tã ſollers: tam intelligens orta eſſe credet̃? Si. n. corpus hoĩs ex humo factum eſt, uñ homo nomen accepit? Aius ergo q̃ ſapit, rector eſt corporis, cui membra obſequunt̃ tanq̃ regi & imperatori, q̃ nec aſpici: nec comꝑhendi poteſt, non po/tuit ad hoĩem niſi a ſapiente natura puenire. Sed ſicut omne corpus mens & aius gubernat: ita & mundum deus. Nec. n. ueriſimile ẽ, ut minora & humilia regimẽ hẽant: maiora & ſumma non hẽant. Deniq; M. Cicero in Tuſculanis & in con/ſolatione, aioꝝ inqt nulla in terris origo inueniri poteſt. Nihil eſt inqt in animis mi/xtum atq; concretum: aut qđ ex terra natum atq; factum eẽ uideat̃, nihilq; humi/dum aut flabile: aut igneum. His. n. naturis nihil ineſt: qđ uim memorię mẽtis co/gitationis habeat. quo & ꝑterita teneat: & futura ꝓuideat: & cõplecti poſſit pñtia, q̃ ſola diuina ſunt. Nec etiã inueniunt̃ unq̃ uñ ad hoĩem uenire poſſint, niſi a deo. Exceptis igit̃ duobus tribuſue calumniatoribus uanis: cum conſtet diuina proui/dentia mundum regi ſicut & factus eſt, nec ſit quiſquã qui Diagoræ Theodoriq; ſententiã, uel Leucippi inane commentum, uel Democriti Epicuriq; leuitatem ꝑ/ferre audeat auctoritati, uel illorum ſeptem priorum: qui ſunt appellati ſapientes, uel Pythagoræ, uel Socratis uel Platonis: cæterorumq; philoſophorum: qui eſſe prouidentiam iudicauerunt. Falſa igitur eſt illa ſententia: q̃ putant terroris ac me/tus gratia religionem a ſapientibus inſtitutam quo ſe homines imperiti a pecca/

Mundum a deo fa/bricatum.

Natura re/rũ mater.

Mundo ni hil ordina tius nihil aptius: ni/hil pulchri us nihil maius.

Homo un de.

Animorũ origo cæ/leſtis.

Religio terroris gr̃a a ſapi/entibus inſtituta.

tis abstinerent, quod si uerum sit, ergo derisi ab antiqs sapiētibus sumus: quod si fallendi nostri atq; adeo totius generis humani causa cōmentati sunt religionem, sapiētes igitur non fuerūt: quia in sapiēte non cadit mēdacium. Sed ut fuerint sapiētes: quæ tanta felicitas mentiēdi: ut non tantūmō indoctos, sed Platonē quoq; ac Socratem fallerent: & Pythagoram, Zenonem, Aristotelem maximarum sectarum principes tā facile deluderent? Est igitur diuina prouidētia ut senserūt hi hoies: quos nomiaui cuius ui ac potestate omnia quę uidemus: & facta sunt: & reguntur. Nec. n. tāta rēp magnitudo, tanta dispositio, tāta in seruādis ordinibus tēporibusq; constantia: aut olim potuit sine prouido artifice oriri: aut constare tot seculis sine incola potenti, aut in perpetuum gubernari sine perito rectore, qđ ratio ipsa declarat. Q uicquid est enim quod habet rationem, ratione sit ortum necesse est. Ratio autem sentientis sapientisq; naturæ, nihil aliud potest esse q̄ deus. Mūdus aūt qm̄ rōnem hēt qua & regit & constat: ergo a deo factus est. Q uod si est conditor rectorq; mundi deus, recte igit ac uere religio constituta est. Auctori. n. rerum parentiq; communi honos ueneratioq; debetur.

Mendaciū non cadit in sapiētē.

Mundū a deo factū.

¶ Vtrū unius dei an pluriū deop̄ puidētia mūdus regat & constet. Cap. XI.

Deū unū esse nō plures.

QVoniā cōstitit de puidentia, sequit ut doceamus utrum ne multorū esse credēda sit an potius unius. Satis (ut opinor) docuimus, uel oñdimus in nr̄is institutionibus: deos multos eē nō posse: q; diuina uis ac ptās si distribuat in plures: diminuit utiq; & mortalis ē. Si uero mortalis non est, nec minui nec diuidi pōt. Deus igit unus est in quo uis & ptās cōsumata est, nec minui pōt nec augeri. Si aūt sunt multi, dum habent singuli potestatis aliqd ac numinis summa ipsa decrescit, nec poterūt singuli habere totū quod ē cōe, cum pluribus: unicuiq; tantū deerit, quātū cæteri possidebūt. Non pōt igit in hoc mūdo multi eē rectores: nec in una domo multi dñi: nec in naui una multi gubernatores: nec in arm̄eto aut grege duces multi, nec ī uno regimine multi reges. Sed nec in cęlo quidem multi soles esse poterūt: sicut nec animę plures in uno corpore: adeo in unitate natura uniuersa consentit. Q uod si mundum Spiritus itus alit, totāq; infusa parctus Mēs agitat molē: & magno se corpore miscet. Apparet testimonio poetæ unum esse mundi habitatorem deū. Siqdē corpus omne nisi ab una mente incoli, regiq; non pōt. Omnem igit diuinā ptātem necesse est in uno eē cuius nutu & iperio regant oīa: & iō tātus est ut ab hoie nō possit aut uerbis enarrari, aut sensibus æstimari. Vñ igit ad hoies opinio multop̄ deop̄ psuasione puenit? Nimiq; hi omnes q colūt ut dii: hoies fuerūt, & iidem primi ac maximi reges: sed eos aut ob uirtutem qa ꝓfuerant hominū generi: diuinis honoribus affectos esse post mortem, aut ob beneficia & inuenta, qbus humanā uitā excoluerāt: immortalem memoriā cōsecutos qs ignorat? Nec tm̄ mares, sed & fœminas. Q d cum uetustissimi Græciæ scriptores, quos illi theologos nuncupant: tum etiā Romani græcos secuti & imitati docent quop̄ præcipue Euhemerus ac noster Ennius: q̄ eop̄ omnium natales, coniugia: progenies: imperia, res gestas, obitus: simulacra demonstrant. Et secutus eos Tullius tertio de natura deorum libro dissoluit publicas religiones: sed tamen ueram quam ignorabat: nec ipse nec alius qsquā potuit

potuit inducere. Adeo & ipse testatus est falsum quidem apparere ueritatē tamen latere. Vtinā inquit tam facile uera inuenire possem, q̄ falsa cōuincere. Q uod quidem non dissimulanter: ut Academicus sed uere atq; ex animi sententia proclamauit, quia ueritas humanis sensibus erui non pōt, quod assequi ualuit humana ꝓuidentia, id assecutus est, ut falsa detegeret. Q uicqd. n. fictū & cōmētitiū: qa nulla rōne subnixū est facile dissoluit. Vnus est igit princeps & origo rep̄ deus: sicut Plato in Timæo & sensit & docuit, cuius maiestatē tātā eē declarat: ut nec mente cōprehēdi: nec lingua exprimi possit. Idē testat Hermes, quē Ci. ait ī nūero deop̄ apud Ægyptios haberi: eū. s. qui ob uirtutē multatūq; artiū sciētiā Trismegistus noiatus, & erat nō mō Platone: uep̄ Pythagora septēq; illis sapientibus longe antiquior. Apud Xenophontē Socrates disputās ait formā dei nō oportere conquiri. Et Pla. in legū libris. Q uid oino sit deus nō esse q̄rēdū, qa nec inueniri possit, nec enarrari. Pythagoras quoq; unū deū confitet, dicēs incorporalē esse mentē, quæ per oēm rep̄ naturā diffusa & intēta: uitalem sensum cūctis aiantibus tribuat. Anthisthenes aūt in physico unū eē naturalē deū dixit q̄is gentes & urbes suos habeant populares. Eadem fere & Aristoteles cū suis pipateticis, & Zenon cū suis stoicis. Longū est. n. singulop̄ sentētias exequi licet diuersis nominibus sint abusi, ad unā tm̄ ptātē quæ mundū regeret, concurrerūt. Sed tm̄ summū deū cum & philosophi: & poetæ: & ipsi deniq; qui deos colunt, sæpe fateant: de cultu tamen & honoribus eius nemo unq̄ requisiuit: nemo disseruit ea. s. psuasione: qua semper beneficum incorruptumq; credentes: nec irasci eum cuiq̄: nec ullo cultu indigere arbitrabantur, adeo religio esse non potest: ubi metus nullus est.

Deus unus ac multis incōprehē sibilis.

Trismegistus qui.

Dei formā nō oportere cōquiri.

¶ Q uod religio sit: & hominis sit. Caput. XII.

VNc qm̄ rūdimus ipiæ quorūdā detestabiliq; prudētiæ, uel potius amētiæ, redeamus ad ꝓpositū. Diximus religiōe sublata, nec sapiētia teneri posse, nec iustitiā, cū diuinitatis ītellectus quo differimus a bruis: in hoie solo repiat, qua nisi cupiditates nr̄as deus qui falli non pōt, cohercuerit, scelerate impieq; uiueremus. Spectari ergo actus nr̄os adeo, nō mō quo ad utilitatē cōis uitæ attinet: sed ēt ad ueritatē, qa religiōe iustitiaq; detracta, uel ad stultitiā pecudū amissa rōne deuoluimur: uel ad bestiaq; umanitatē: imo uero amplius: siqdē bestiæ sui gn̄is aialibꝰ parcūt. Q uid erit in hoie truculētius: qd ímitius si dēpto metu supiore, uim legū: aut fallere potuerit aut cōtēnere? Timor igit dei solus est qui custodit hoium ínter se societatē per quē uita ipa sustinet: munit: gubernat. Is aūt timor auferet: si fuerit hoi psuasum q; iræ sit expers deus, quē moueri & īdignari nō mō cū iniusta fuerit hōis utilitas, sed etiā rō ipsa & ueritas persuadet. Rursus nobis ad superiora redeūdum est ut quia docuimus a deo factum esse mundum, doceamus quare sit effectus.

¶ Q d oia tā bona q̄ mala hoīs gr̄a facta sunt. Cap. XIII.

Mundus hoium cā conditus. Hominū causa facta omnia.

SI cōsideret aliqs uniuersam mūdi administrationē: ītelliget ꝓfecto q̄ uera sit snia stoicop̄, qui aiūt nr̄a cā mūdū eē cōstructū. Oia. n. quibus cōstat quæq; gn̄at ex se mūdus, ad utilitatē hoīs ac cōmodata sunt. Hō utiq; igni ad usum calefaciēdi & luminis: & coq̄ndo

rum ciborum: ferrique fabricandi. Vtitur fontibus ad potum, & ad lauacra: fluminibus ad agros irrigandos terminandasque regiones. Vtitur terra ad percipiendam frugum ubertatem: collibus ad conserenda uineta, montibus ad usum arborum atq; lignorum. Vtitur mari non solum ad commertia & copias ex longinquis regionibus ferendas, uerum etiã ad ubertatem omnis generis piscium. Quod si his elementis utitur: quibus est proximus: non est dubium quin & cælo: quoniam & cælestium rerum officia ad fertilitatẽ terræ ex qua uiuimus. tẽperata sunt: Sol irrequietis cursibus & spatiis inæq̃bilibus orbes annuos conficit, & aut oriẽs diem promit ad laborem: aut occidens noctem superducit ad requiem, & tum abscessu longius ad meridiem, tum accessu propius ad septentrionem, hyemis & æstatis uicissitudines facit, ut & hybernis humoribus ac pruinis in ubertatem terra pinguescat: & æstiuis caloribus ut uel herbidæ fruges maturitate durentur, uel quæ sunt in humidis, incocta & feruefacta mitescant. Luna quoq; nocturni temporis gubernatrix: & amissi ac recepti luminis uicibus menstrua spacia moderatur & cæcas tenebris horrentibus noctes fulgore suæ claritatis illustrat: ut æstiua itinera: & expeditiones, & opera sine labore ac molestia cõficiposslint. Siquidem.

Nocte leues melius stipulæ, nocte arida prata
Tondentur, noctis lentus non deficit humor,
Et quidam seros hiberni ad luminis ignes
Peruigilat: ferroq; faces inspicat acuto.

Solis meatus & catholica.

Luna quos usus homini præstat.

Astra etiam cætera uel ortu: uel occasu suo certis stationibus opportunitates temporum plane subministrant. Sed & nauigiis quo minus errabundo cursu per immensum uagentur regimen præbent, cum ea rite gubernator obseruans, ad portum, destinati littoris prouehantur: Ventorum spiritu attrahuntur nubes ut sata hymbribus irrigentur, ut uites fœtibus, arbusta pomis exuberẽt. Et hæc per orbẽ uicibus exhibentur: ne desit aliquãdo quo uita hominum sustineatur. At enim cæteras animantes eadem terra nutrit, & eiusdem fœtu etiam muta pascũtur. Num etiam mutorum causa deus laborauit? Minime: Quia sunt rationis expertia. Sed intelligimus & ipsa eodem modo ad usum hominis a deo facta partim ad uestium: partim ad operis auxilia, ut clarum sit diuinam prouidẽtiam rerum & copiarum abundantia hominum uitam instruere atq; ornare uoluisse: ob eamque causam & aerem uolucribus, & mare piscibus, & terram quadrupedibus impleuit. Sed academici contra stoicos disserentes solent quærere. cur si deus omnia hominum causa fecerit: etiam multa contraria & inimica, & pæstifera nobis reperiantur tam in mari quam in terra? Quod stoici ueritatem non respicientes ineptissime reppulerunt. Aiunt enim multa esse in gignentibus & in numero animalium quorum lateat utilitas, sed eam processu temporum inueniri: sicut iam plura prioribus seculis incognita necessitas & usus inuenerit. Quæ tãdem utilitas potest in muribus: in blattis, in serpentibus reperiri: quæ homini molesta & pnitiosa sunt? An medicina in his aliqua latet? Quæ si est, inuenietur aliquando nempe aduersus mala. cum id illi quærãtur esse oĩno malum. Viperam ferunt exustam in cineremq; dilapsam, mederi eiusdem bestiæ morsui. Quanto melius fuerat eam pro-

Noxia cur mari terraq; inueniantur. Ciceron. locus

Astra quã hẽant utilitatem.

Venti qd ad uitã cõferant.

Vipa suo morsui remedium.

sus non

sus non esse q̃ remedium contra se ab ipsa desiderari? Breuius igitur ac uerius respondere potuerunt in hunc modum. Deus cum formasset hominem ueluti simulacrum suum: quod erat opificii summum inspirauit ei sapientiam soli, ut omnia imperio ac ditioni suæ subiugaret, oibusq; mundi cõmodis uteretur. Proposuit tamen ei & bona & mala: quia sapientiã dedit, cuius ois ratio in discernendis malis ac bonis posita est. Non potest enim quisq̃ eligere meliora, & scire quid bonũ sit: nisi sciat simul reiicere ac uitare quæ mala sunt. Inuicem enim sibi alterutrũ cõnexa sunt: ut sublato alterutro: utrũq; tolli sit necesse. Propositis igitur bonis malisq;: tum demum opus suum peragit sapientia, & quidẽ bonum appetit ad utilitatem, malum reiicit ad salutẽ. Ergo sicut bona innumerabilia data sunt homini quibus frui posset, sic etiã mala quæ caueret. Nam si malum nullũ sit periculumq;, nihil deniq; quod lædere hominem possit: tollitur ois materia sapientiæ: nec erit homini necessaria. Positis enim tantũmodo in conspectu bonis: quid opus est cogitatione: intellectu: scientia: ratione? Quocunq; porrexerit manum, id naturæ aptum & cõmodum sit, ut siquis uelit apparatissimam cœnã infantibus qui nondũ sapiant apponere, utiq; id appetent singuli: quo unũquẽq; aut impetus: aut fames aut etiam casus attraxerit: & quicqd sumpserint: id illis erit utile ac salubre. Quid igitur nocebit eos sicuti sunt permanere: & semper infantes ac nescios esse rerũ? Si aũt admisceas uel amara: uel inutilia: uel etiam uenenata, decipiuntur utiq; per ignorantiam boni ac mali nisi accedat his sapientia: per quam habeant malorum reiectionem bonorũq; delectũ. Vides ergo magis propter mala opus bonis esse sapientia: quæ nisi fuisset proposita, rationale animal nõ essemus. Quod si hæc ratio uera est: quam stoici posuerunt: dissoluitur etiam argumentum illud Epicuri: Deus inquit aut uult tollere mala, & non põt aut potest & non uult, aut neq; uult neq; potest, aut & uult & potest. Si uult & non põt imbecillis est: quod in deũ nõ cadit. Si põt & non uult, inuidus quod æque alienũ a deo. Si neq; uult neq; potest & inuidus & imbecillis est, ideoq; neq; deus. Si uult & põt, quod solũ deo conuenit: unde ergo sunt mala? Aut cur illa non tollit? Scio plerosq; philosophoq; qui prouidentiam defendunt, hoc argumẽto pturbari solere: & inuitos penẽ adigi, ut deum nihil curare fateantur, quod maxime quærit Epicurus. Sed nos ratione perspecta, formidolosum hoc argumentum facile dissoluimus. Deus enim põt quicquid uelit: & imbecillitas uel inuidia in deo nulla est potest igitur mala tollere, sed non uult: nec ideo tamen inuidus. Iccirco. n. non tollit, quia & sapientiã (sicut docui) simul tribuit: & plus boni ac iucunditatis in sapientia q̃ in malis molestiæ. Sapientia etiam facit ut etiam deum cognoscamus, & per eam cognitionẽ immortalitatẽ assequamur quod est summum bonũ. Itaq; nisi prius malum agnouerimus: nec bonũ poterimus agnoscere. Sed hoc nõ uidit Epicurus nec alius quisq̃, si tollantur mala, tolli pariter sapiẽtiam: nec ulla in hoĩe uirtutis remanere uestigia: cuius rõ sustinẽda & superãda malorũ acerbitate cõsistit. Itaq; propter exiguũ compendium sublatorum malorum maximo: & uero, & proprio nobis bono careamus. Constat igitur omnia propter hominem proposita tam mala q̃ etiam bona.

Sapientiæ rõ ois posita in discernendis bonis ac malis. Mala unde sũt cur.

Mala deus cur nõ tollit.

¶ Cur deus fecerit hominem. Caput. XIIII.

Homo cur a deo fact⁹

SEquitur ut oſtẽdam cur fecerit hominẽ ipſum deus. Sicut mundum propter hominẽ machinatus eſt: ita ipſum ꝓpter ſe tanq̃ diuini templi antiſtitem, ſpectatorem operũ rerũq; cæleſtium. Solus eſt enim: qui ſentiẽs capaxq; rõnis itelligere poſſit deũ, qui opera eius admirari uirtutẽ poteſtatemq; perſpicere. Iccirco.n. cõſilio: mente prudẽtia inſtructus eſt. Ideo ſolus p̃ter cæteras animantes rectus corpore ac ſtatu factus eſt: ut ad cõtemplationem parẽtis ſui excitatus eẽ uideatur. Ideo ſermonẽ ſolus accepit, ac linguã cogitationis interpretẽ, ut enarrare maieſtatẽ domini ſui poſſit. Poſtremo iccirco ei cuncta ſubiecta ſunt, ut factori atq; artifici deo eẽt ipſe ſubiectus. Si ergo deus hominẽ ſuum uoluit eſſe cultorẽ, ideoq; illi tantũ honoris attribuit, ut rerũ oĩum dominaretẽ: utiq; iuſtiſſimũ eſſe deum colere uidelicet eũ qui tãta p̃ſtiterit. amare hoĩem, qui ſit nobiſcũ diuini iuris ſocietate cõiunctus. Nec.n. fas eſt cultorẽ dei a dei cultore uiolari. Vnde intelligitẽ religionis ac iuſtitiæ cauſa eẽ hominẽ figuratũ cuius rei teſtis eſt M. Tullius in libris de legibus ita dicẽs: ſed oĩum quæ in docto rum hoium diſputatione uerſantur, nihil eſt ꝓfecto præſtabilius: q̃ plane intelligi nos ad iuſtitiam eſſe natos. Quod ſi eſt ueriſſimum: deus ergo uult omnes hoies eſſe iuſtos, ideſt deum & hominẽ charos habere: deũ ſcilicet honorare tanquam: patrem: hominem diligere uelut fratrem. In his enim duobus tota iuſtitia conſiſtit. Qui ergo aut deum non agnoſcit: aut homini nocet, iniuſte & contra naturã ſuam uiuit, & hoc modo rumpit inſtitutum legemq; diuinam.

Hominẽ uiolare nefas.

Homo natus ad iuſtitiam.

¶ Vnde ad hominem peccata perueniant. Cap. XV.

HIc fortaſſe quærat aliquis unde ad hominem peccata peruenerunt: aut quæ prauitas diuini inſtituti regulã ad peiora detorſerit: ut cum ſit ad iuſtitiam genitus, opera tamẽ efficiat iniuſta. Iam ſuperius ex planaui ſimul deum propoſuiſſe bonum ac malum: & bonum quidem diligere, ac malum quod huic repugnat odiſſe. Sed ideo malũ permiſiſſe: ut & bonum emicaret, quod alterum ſine altero (ſicut ſæpe docui) intelligimus conſtare non poſſe. Deniq; ipſum mundum ex duobus elementis repugnantibus & inuicem copulatis eſſe concretum, igneo & humido, nec potuiſſe lucem fieri, niſi & tenebræ fuiſſent: quia nec ſuperum poteſt eſſe ſine infero, nec oriens ſine occidẽte, nec calidum ſine frigido: nec molle ſine duro. Sic & nos ex duobus æque repugnantibus compacti ſumus: anima & corpore, quorum alterũ cælo aſcribitur quia tenue eſt & intractabile: alterum terræ quia cõprehenſibile eſt: Alterum ſolidum & æternum eſt: alterum fragile atq; mortale. Ergo alteri bonum adhæret alteri malũ. Alteri lux, uita: iuſtitia. Alteri tenebræ mors: iniuſtitia. Hinc extitit in hominibus naturæ ſuæ deprauatio: ut eſſet neceſſe conſtitui legem: qua poſſent & uitia prohiberi & uirtutis officia imperari. Cum igitur ſint in rebus humanis bona & mala: quorum rationem declaraui neceſſe eſt ad utranq; partẽ moueri deum, & ad gratiã cũ iuſta fieri uidet, & ad iram cũ cernit iniuſta. Sed occurrit nobis Epicurus ac dicit. Si eſt in deo lætitiæ affectus ad gr̃am: & odii ad irã: neceſſe eſt habeat & timorẽ: & libidinẽ, & cupiditatẽ cæteroſq; affectus qui ſunt imbecillitatis humanæ. Non eſt neceſſe ut timeat qui iraſciẽ, aut mœreat q gaudet, deniq;

Deus an ſubiiciatur affectibus.

deniq; iracũdi minus timidi ſunt: & natura læti minus mœrẽt. Quid opus ẽ de humanis affectibus dicere, q̃bus fragilitas nr̃a ſuccũbit. Cõſideremus diuinã neceſſitatẽ. Nolo.n. naturã dicere, q̃a deus nr̃ nunq̃ crediẽ natus. Timoris affectus hẽt in hoie materiã, in deo nõ hẽt. Homo q̃a multis caſibus periculiſq; ſubiectus eſt metuit nequa uis maior exiſtat quæ illũ uerberet, ſpoliet laceret, affligat: iterimat. Deus aũt in quem nec egeſtas: nec iniuria, nec dolor, nec mors cadit timere nullo pacto põt. q̃a nihil eſt quod ei uim poſſit iferre, item libidinis rõ in hoie manifeſta eſt. Nam qui fragilis & mortalis eſt effectus, neceſſe fuit alterũ ſexũ diuerſumq; cõſtitui, cuius permixtione ſoboles effici poſſet: ad cõtinendã generis ꝓpetuitatẽ. Hæc aũt libido in deo locũ nõ hẽt q̃a & fragilitas: & iteritus ab eo alienus eſt: nec ulla eſt apud eũ fœmina: cuius poſſit copulatiõe gaudere nec ſucceſſiõe idiget qui ſemp futurus eſt. Eadẽ de inuidia & cupiditate dici poſſunt q̃ certis manifeſtiſq; de cauſis in hoiem cadũt: in deũ nullo mõ. At uero & gr̃a, & ira: & miſeratio hẽnt in deo materiã: rectẽq; illis utiẽ ſumma illa & ſingularis ptãs ad rem cõſeruationẽ.

¶ Quæ materia ſit in deo miſerationis gratiæ uel iræ. Cap. XVI.

QVærit quiſpiã quæ ſit iſta materia, primũ accidentibus malis afflicti hoies ad deũ plærũq; cõfugiũt, mitigãt obſecrãt: credẽtes eum poſſe ab his iniuriis ꝓpulſare. Habet igitẽ cãm miſerãdi nec.n. tã immitis eſt hominum contẽptor: ut auxiliũ laborãtibus deneget. Itẽ plurimi q̃bus ꝑſuaſum eſt deo placere iuſtitiã cũq; qui ſit dñs ac parẽs oĩum ueneranẽ cũ p̃cibus aſſiduis ac frequẽtibus uotis dona & ſacrificia offerũt nomen eius laudibus ꝓſequunẽ, iuſtis ac bonis opibus demereri eũ laborantes. Ergo eſt propter quod deus & poſſit & debeat gratificari. Nam ſi nihil eſt tam cõueniens deo q̃ beneficentia nihil aũt tam alienũ q̃ ut ſit ingratus neceſſe eſt ut officiis optimorũ ſancteq; uiuentiũ p̃ſtet aliq̃d ac uicẽ reddat ne ſubeat ingrati culpã: quæ eſt etiã homini criminoſa. Cõtra aũt ſunt alii facinoroſi & nefarii: qui libidinibus oĩa polluãt: cædibus uexent, fraudẽt, rapiant: peieret, nec cõſanguineis nec parentibus parcãt, leges & ipſum etiã deũ negligãt. Habet igitur ira in deo materiã, nõ eſt. n. fas eum cũ talia fieri uideat, non moueri & inſurgere ad ultionẽ ſceleratoꝝ & ꝑnicioſos nocẽteſq; delere ut bonis oĩbus conſulat. Adeo & in ipſo ira eſt & gratificatio. Inania ergo & falſa reperiunẽ argumẽta: uel eoꝝ qui cũ iraſci deũ nolũt: gratificari uolũt: q̃a ne hoc q̃dẽ fieri ſine ira põt: uel eoꝝ qui nullum animi motũ eẽ in deo putãt. Et q̃a ſunt aliq affectus qui nõ cadũt in deũ: ut libido, timor, auaritia, mœror, iuidia, oĩ ꝓrſus affectu eũ uacare dixerũt. His.n. uacat q̃a uitioꝝ affectus ſunt, eos aũt qui ſunt uirtutis, i. ira in malos: caritas in bonos, miſeratio in afflictos q̃m diuina ptãte ſunt digna, ꝓprios & iuſtos & ueros hẽt. Quæ profecto niſi hẽat, hũana uita turbabiẽ atq; ad tãtã cõfuſionẽ deueniet ſtatus rerũ ut cõtẽptis ſupatiſq; legibus ſola regnet audacia: ut nemo deniq; tutus eẽ poſſit: niſi qui uiribus p̃ualeat, itaq; q̃ſi cõi latrocinio terra oĩs depopulabiẽ. Nũc uero q̃m & mali pœnã & boni gr̃am, & afflicti opem ſperãt, & uirtutibus locus: & ſcælera rariora ſunt. Atn.plærunq; & ſcelerati feliciores ſunt & boni miſeriores: & iuſti ab iniuſtis impune uexantur. Conſiderabimus poſtea cur iſta fiãt. Interim de ira

Deũ miſericordia tãgi.

Deum gratia capi.

Deũ iraſci.

explicemus an sit aliq̃ in deo utꝛ nihil curet oĩo, nec moueat̃ ad ea q̃ ipie gerunt̃.

¶ Quod deus administrat mundum: & regit hominum actus: Et per consequẽs irascitur. Cap. XVII.

Deum nihil curare.

DEus inquit Epicurus nihil curat: nullã igit̃ habet potestatẽ. Curare enim necesse est eũ: qui habet ptãtẽ: uel si habet & nõ utit̃: quę tãta est negligendi cã, ut ei nõ dicã nostrũ genus: sed etiã mundus ipse sit uilis? Ideo inqt incorruptus est ac beatus: qa semp q̃etus. Cui ergo ministratio tantarũ reꝝ cessit, si hæc a deo negligant̃ q̃ uidemus rõne summa gubernari? Aut quietus esse quomodo põt q̃ uiuit & sentit? Nã qes aut somni res est aut mortis: sed nec somnus habet quietẽ. Nam cum soporati sumus: corpus quidẽ quiescit, aĩus autẽ irrequietus agitatur, imagines sibi quas cernat: effingit, ut naturalẽ suum motum exerceat uarietate uisorum, auocatq; se a falsis dum membra saturentur ac uigorem capiant de quiete. Quies igit̃ sempiterna solius mortis est. Si autẽ mors deum non attingit: deus igit̃ nunq̃ quietus est. Dei uero actio quæ põt esse, nisi mundi administratio? Si uero mundi curã gerit: curat igitur hominũ uitam deus, ac singuloꝝ actus animaduertit, eosq; sapientes ac bonos esse desiderat. Hæc est uoluntas dei: hæc diuina lex, quam qui sequitur: qui obseruat, deo carus est. Necesse est igit̃ ut ira moueatur aduersus eũ qui hãc æternã diuinãq; legem aut uiolauerit: aut spreuerit. Si nocet alicui deus, iã bonus non est. Non exiguo falluntur errore: qui censuram siue humanam, siue diuinam acerbitatis nomine infamant putantes nocentem dici oportere, qui nocentes afficit pœna. Quod si est, nocentes igitur leges habemus quæ peccantibus supplicia sanxerunt, nocentes iudices qui scelere conuictos pœna capitis afficiũt. Quod si & lex iusta est, quæ & nocenti tribuit quod meretur & iudex integer ac bonus dicitur: cum malefacta uindicat. Bonoꝝ enim salutem custodit, qui malos punit, ergo & deus cũ malis obest, nocens non est: ipse est aũt nocens: qui aut innocenti nocet: aut nocẽti parcit, ut pluribus noceat. Licet quærere ab his qui deũ faciunt immobilẽ. Si quis habeat rem, domũ, familiã: seruiq; eius cõtemnentes patientiã domini oĩa eius inuaserint, ipsi bonis eius fruãtur, ipsos familia eius honoret. Dominus aũt contẽnatur ab omnibus derideatur relinquatur, utrum ne sapiẽs esse possit qui cõtumelias non uindicet, suisq; rebus eos perfrui patiat̃: in quos habeat potestatem? Quæ tanta in quoq̃ põt patientia reperiri, si tñ patientia nominãda est: & non stupor quidem insensibilis? Sed facile est ferre contemptũ. Quid si fiãt illa quæ a Ciceroẽ dicuntur. Etenim quæro siquis paterfamilias liberis suis a seruo interfectis, uxore occisa: incensa domo: suppliciũ de seruo unq̃ acerrimum sumpserit, utrum is clemens ac misericors an inhumanus & crudelissimus eẽ uideat̃? Quod si eiusmodi facinoribus ignoscere crudelitatis est potius q̃ pietatis nõ est ergo uirtutis in deo ad ea quæ iniuste fiunt non cõmoueri. Nam mũdus tanq̃ dei domus est: & homines tanq̃ serui, qbus si ludibrio sit nomẽ eius, qualis aut quanta patiẽtia est ut honoribus suis cedat: praua & iniqua fieri uideat & non indignetur, quod propriũ & naturale est ei, cui peccata non placeãt. Irasci ergo rõnis est, auferunt̃ enim delicta, & refrenatur licẽtia, quod utiq; iuste sapienterq; fit. Sed stoici non

Quies mortis aut somni est. Animus semp irrequietus.

Deus si nocet bonus nõ est. Nocẽs q̃s.

ci non uiderunt esse discrimen recti & praui, esse iram iustam & iniustam: & quia medelam rei nõ inueniebant, uoluerũt eam penitus excidere. Peripatetici uero nõ excidendam sed temperandam esse dixerunt, quibus in sexto libro institutionum satis respondimus. Nescisse autẽ philosophos quæ ratio esset iræ apparet ex diffinitiõibus eoꝝ quas Seneca enumerauit in libris quos de ira composuit. Ira est iqt cupiditas ulciscendæ iniuriæ, alii (ut ait possidonius) cupiditas puniẽdi eius: a quo te iniq; putes læsum. Quidam ita diffinierunt. Ira est incitatio animi ad nocendũ ei qui aut nocuit aut nocere uoluit. Aristotelis definitio non multũ a nostra abest. Ait. n. irã eẽ cupiditatem doloris reprimẽdi. Hæc est, ira de qua superius diximus quæ etiam mutis inest. In homine uero cohibẽda est: ne in aliquid maximum prosiliat per furorem. Hæc in deo esse non potest quia illæsibilis est, in homine autem quia fragilis est: inuenitur. Inurit. n. læsio dolorem: & dolor facit ultionis cupiditatem. Vbi ẽ ergo illa ira aduersus delinquentes, quæ utiq; non ẽ cupiditas ultionis, quia non præcedit iniuria, nõ dico de his qui aduersus leges peccant, quibus & iudex sine crimine irasci potest. Fingamus tamen eum sedato animo esse debere: cũ subiicit pœnæ nocẽtem, quia legum sit minister non animi aut potestatis suæ. Sic enim uolunt qui iram conantur euellere, sed de his potissimum dico, qui sunt nostræ potestatis, ut serui, liberi, coniuges, & discipuli, quos cum delinquere uidemus incitamur ad cohercendum. Necesse ẽ enim bono ac iusto displicere q̃ praua sunt, & cui malum displicet, mouetur cum id fieri uideat. Ergo surgimus ad uindictam, non quia læsi sumus, sed ut disciplina seruetur mores corrigantur: licentia comprimatur. Hæc ẽ ira iusta quæ sicut in homine necessaria ẽ ad prauitatis correctionẽ, sic utiq; in deo a quo ad hominẽ peruenit exẽplum. Nam sicuti nos potestati nostræ subiectos cohercere debemus, ita etiam peccata uniuersorum deus cohercere debet, quod ut faciat, irascatur, necesse est, quia naturale est bono ad alterius peccatum moueri & incitari, ergo definire debuerunt. Ira est motus animi ad cohercenda peccata insurgentis, nam diffinitio Ciceronis, Ira est libido ulciscẽdi, non multum a superioribus distat. Iram autem quam possumus uel furorem, uel iracundiam nominare, hæc non in homine quidem debet esse quæ tota uitiosa est. Ira uero quæ ad correctionem uitiorum pertinet, nec homini adimi debet, nec deo potest, quia & utilis est rebus humanis, & necessaria.

Ira iusta & iniusta.

Ira quid?

Ira a dolore.

Ira quid.

¶ Quod sine ira peccata non corriguntur. Cap. XVIII.

QUid opus est inquiũt ira, cũ sine hoc affectu peccata corrigi possint? At qui nullus est: qui peccatorem possit uidere trãquille. Possit fortasse qui legibus præsidet: quia facinus non sub oculis eius admittitur: moueri aduersus eum qui põt ĩnocens inueniri. Cũq; detectum facinus in lucem uenerit, iam non sua sed legum sententia utitur: potest concedi ut sine ira faciat, hẽt. n. qd̃ sequat̃. Nos certe cũ domi peccat̃ a nris siue id cernimus siue sentimus: ĩdignari necesse est. Ipse. n. peccati aspectus indignus est. Nã q nõ moueat̃ omnino, aut probat delicta quod est turpis, & iniusti, aut molestiam castigandi fugit quã sedatus animus & qeta mens aspernat̃ ac renuit: nisi ira stimularit. Qui autem commouetur tamen intempestiua leuitate: uel sępius q̃ necesse

Index aĩo sedato reos audire debet & cur.

Ignoscendū peccatis non est. Archytæ Tarētini tē perantia.

est uel etiā semp ignoscit. Is plane & illoꝝ uitā pdit quoꝝ audaciā nutrit ad facinora maiora & sibi ipsi æternā molestiaꝝ materiā subministrat. Vitiosa est ergo in peccatis iræ suæ cohibitio. Laudat Archyta Tarentinus, qui cū in agro corrupta eē omnia cōperisset, uillici sui culpā redarguēs. Miserū te inqt: quē iā uerberibus necassem, nisi iratus essem. Vnicū hoc exemplū temperātię putāt, sed auctoritate ducti non uident q̄ inepta & locutus fuerit, & fecerit. Nam (sicut ait Plato) nemo prudens punit, qa peccatum est, sed ne pecceť. Apparet q̄ malū uir sapiens ꝓpo suerit exemplū. Si. n. senserint serui dominū sæuire cū non irascit, tū parcere cū irascit non peccabūt utiq; leuiter ne uerberent. Sed quātū poterūt grauissime, ut stomachum eius incitent atq; impune discedāt. Ego uero laudarem, si cum fuisset iratus, dedisset iræ suæ spacium, ut residente ꝓinteruallum tpis animi tumore haberet modum castigatio. Non ergo ꝓp iræ magnitudinem donāda erat pœna, sed differenda, ne aut peccanti maiorem iusto dolorem inureret, aut castiganti furorem. nunc uero quæ tandem æquitas, aut sapientia est, ut aliquis ob exiguum dolorem puniatur? aut ob maximum nō puniatur? Q uod si naturam rerum causasq; didicisset nūquam tam importunam continentiam profiteretur, ut nūq̄ seruus ira tum sibi fuisse dominum gratularetur. Nam sicut corpus humanum deus multis & uariis sensibus ad usum uitæ necessariis instruxit, sic & animo uarios attribuit affectus, quibus uitæ ratio constaret, ut libidinem producendæ gratia sobolis dedit sic iram cohibendorum causa delictorum. Verum hi qui nesciunt fines bonorum, ac maloꝝ sicut libidine utuntur ad corruptelas, & ad uoluptates, sic irā & affectum ad nocēdum, dum his quos odio habent, irascunť aut paribus, aut etiam superioribus. Hinc cottidie ad maxima facinora ꝓsilitur, hinc tragœdiæ sæpe nascūtur. Esset igitur laudandus Archytas, si cum alicui ciui & pari facienti sibi iniuriam fuisset iratus, reꝑsisset se tñ, & patientia furoris impetum mitigasset. Hęc sui cohibitio gloriosa est, qua compescitur aliquod imminens magnum malū. Seruorum autem filiorumq; peccata non cohercere peccatum est. Euadent. n. ad maius malum ꝓ impunitatem, hic non cohibenda ira, sed etiā. si iacet, excitanda est. Q d aūt de homine dicimus, id etiam de deo, qui hominem similem sui fecit. Omitto de figura dei dicere, quia stoici negant habere ullam formam deum, & ígens alia materia nascitur si eos coarguere uelimus, de animo tantum loquor si deo subiacet cogitare: sapere, intelligere, prouidere, præstare. Ex omnibus autem animalibus homo solus hoc habet. Ergo ad dei similitudinem factus est. Sed ideo ꝓcedit in uitium, quia de terræna fragilitate ꝓmixtus, non potest id quod a deo sumpsit: incorruptū purūq; seruare, nisi ab eodem deo iustitiæ præceptis imbuatur.

Pœna ꝓp iræ magnitudiné dō nāda non est.

Seruorum peccata nō cohercere peccatum est.

¶ Q uod homo ex corpore uitia, & ex anima uirtutes habeat. Et q, cum uelit deus homines bonos, eorum uitiis irascitur. Cap. XIX.

Animi corporisq; pugna.

SEd qm̄ compactus est (ut diximus) e duobus, animo & corpore, in altero uirtutis: in altero uitia continentur: & impugnant se inuicem. Animi. n. bona quę sunt in continendis libidinibus contraria sunt corpori, & corporis bona q̄ sunt in oi gne uoluptatum inimica sunt animo. Sed si uirtus animi repugnauerit uoluptatibus easq; compresserit: erit uere deo

Homo ꝺe deo similis.

deo similis. Vnde apparet aīam hominis quæ uirtutē diuinā capit, non eē mortalē. Sed discrimē illud est quod cū uirtus habeat amaritudinē, & sit dulcis illecebra uoluptatis: uincuntur plurimi & abstrahūtur ad suauitatē. Hi uero quia se corpori rebusq; terrænis addixerūt præmunť in terrā, nec assequi possunt diuini numinis gratiā, quia se uitioꝝ labibus inquinauerūt. Q ui aūt deum secuti, eiq; parētes corporis desideria contēpserint, & uirtutē præferētes uoluptatibus innocētiam iustitiaq; seruauerint, hos deus ut sui similes recognoscit. Cū igitur sanctissimā legē posuerit, uelitq; uniuersos innocētes ac beneficos esse: pōt ne nō irasci, cum uidet cōtēni legē suā: abiici uirtutē: appeti uoluptatē? Q uod si ē mūdi administrator: sicut eē debet, nō utiq; cōtēnit id quod ē in oi mūdo uel maximū. Si ē ꝓuidus (ut oportet deū) cōsulit utiq; generi humāo, quo sit uita nra & copiosior, & melior & tutior. Si ē pater ac deus uniuersoꝝ, certe & uirtutibus hoium delectať, & uitiis cōmouet, ergo & iustos diligit, & impios odit. Odio inqt opus non est, semel. n. statuit bonis ꝑmiū, & malis pœnā. Q uod si aliquis iuste innocēterq; uiuat & deū nec colat: nec curet oīno: ut Aristoteles cæteriq; philosophoꝝ, cedet ne huic ipune? Q uod cū legi dei obtēperauerit, ipsum tñ spreuerit: est igit aliqd propter quod deus possit irasci, tanq̄ fiducia integritatis aduersus eum rebellandi. Si huic potest irasci ꝓpter superbiam: cur non magis peccatori qui legē cum ipso pariter latore contēpserit? Iudex peccatis ueniam dare non potest, quia uolūtati seruit alienæ. deus autē potest, quia ē legis suæ ipsæ discetator & iudex, quā cum poneret, non ademit sibi omnē potestatem: sed habet ignoscēdi licētiam.

¶ Q uod malorum felicitas iræ dei non contradicat. Et q, sit deus patientissimus. Caput. XX.

Ouidii locus.

SI pōt igit irasci, cur ergo inqet aliqs & qui peccāt sæpe felices sūt, & qui pie uiuunt sæpe miseri? Q uia fugitiui & abdicati libere uiuunt & qui sub disciplina pris aut dñi sunt, strictius & frugalius. Virtus. n. per mala & probať & cōstat, uitia per uoluptatē, nec tamen ille qui peccat, sperare debet perpetuam impunitatē quia nulla est perpetua felicitas. Sed scilicet ultima semper

Ante obitū nemo, supremaq; funera debet:

Expectāda dies hoi est, diciq; btūs,

Vt ait poeta nō insuauis. exitus est qui arguit felicitatē, & nemo iudicium dei pōt nec uiuus effugere: nec mortuus. Habet. n. potestatē & uiuos præcipitare de summo: & mortuos æternis afficere cruciatibus. Immo inquit si irascitur deus statim debuit uindicare, & pro merito quēq; punire. At enim si id faceret: nemo superesset. Nullus est. n. qui nihil peccet, & multa sunt quæ ad peccādū irritent: Ætas, uiolentia, egestas, occasio, ꝑmium. Adeo subiecta est peccato fragilitas carnis qua induti sumus, ut nisi huic necessitati deus parceret, nimium fortasse pauci uiuerent: propter hanc causam patiēntissimus est, & iram suam cōtinet. Nam quia perfecta est in eo uirtus: necesse est patiētiā quoq; eius esse perfectā: quæ & ipsa uirtus ē. Q uā multi ex peccatoribus iusti posterius effecti sunt, ex malis boni, & ex improbis cōtinētes. Q uā multi in prima ætate turpes & oium iuditio dānati: postmodū tñ laudabiles extiterūt, quod utiq; nō fieret, si oē peccatū pœna sequeretur. Leges

Pecandi fomēta q̄.

Deus patientiss. est

publicæ manifestos reos dānant, sed plurimi sunt quoꝝ peccata occultantᵉ, plurimi qui delatorē cōprimunt aut precibus aut præmio: plurimi qꝫ iudicia eludunt ꝑ gratiā uel potentiam. Quod si eos oēs qui humanam pœnā effugiunt, cēsura diuina dānaret, eēt homo aut rarus, aut nullus in terra. Deniqꝫ uel una illa cā delendi generis humani iusta eē potuisset: qꝫ hoies cōtēpto deo uiuo terrænis fragilibusqꝫ figmentis honorē diuinū tāqꝫ cælestibus deferunt adorantes opa humanis digitis laborata. Cūqꝫ illos deus artifex ore sublimi statu recto figuratos, ad cōtemplationem cæli & notitiam dei excitauerit, curuare se ad terram maluerunt pecudū mō. Humilis. n. & curuus, & pronus est, qui ab aspectu cæli deiqꝫ patris aduersus terram quā calcare debuerat. i. de terra ficta & formata uenerat. In tanta igitur impietate hominum tantisqꝫ peccatis id assequitur patientia dei. ut se ipsi homines dānatis uitæ prioris erroribus corrigāt. Deniqꝫ & boni sunt iustiqꝫ multi: & abiectis terrænis cultibus: maiestatem dei singularis cognoscunt. Sed cum maxima & utilissima sit dei patientia, tamen quāuis sero noxios punit, nec patitur longius procedere, cum eos inemendabiles esse peruiderit.

¶ Si deus irascitur, cur hominem irasci prohibuit. Cap: XXI.

Ira cur in hōie compescenda.

SVperest una & extrema quæstio. Nā dixerit fortasse quispiā adeo nō irasci deū, ut & in ꝓceptis hoiem irasci uetet. Possem dicere qꝫ ira hominis refrænāda fuerit, qa iniuste sæpe irascit, & pntē hēt motū, qa temporalis est. Itaqꝫ ne fierent ea quæ faciunt p irā, & humiles, & mediocres, & magni reges tēperari debuerit furor eius, & comprimi ne mentis impos aliquod inexpiabile facinus admitteret. Deus aūt & non ad pns irascit, & qa æternus est pfectæqꝫ uirtutis, nunqꝫ nisi merito irascit. Sed tñ nō ita res se habet: Nam si omnino prohiberet irasci, ipse quodāmodo reprehensor opificii sui fuisset, quia in principio iram iecori hois indidisset, siquidem creditur cām huius cōmotionis in humore fellis contineri. Nō igit in totū prohibet irasci: qa is affectus necessario datus est. Sed prohibet in ira pmanere. Ira. n. mortaliū debet esse mortalis, nā si maneat: confirmant inimicitiæ ad perniciē sempiternam. Deniqꝫ rursus eum irasci quidem, sed tamen non peccare præcepit, non utiqꝫ euellit iram radicitus sed temperauit, ut in omni castigatiōe modū ac iustitiā teneremus: Qui ergo irasci nos iubet, ipse utiqꝫ irascit: qui placari celerius ꝓcepit, est utiqꝫ ipse placabilis. Siquidem præcepit, quæ sunt iusta, & rebus utilia cōmunibus. Sed quia dixeram nō eē irā dei temporalem, sicut hois, qui ꝑsentanea cōmotiōe feruescit, nec facile regere se pōt pp fragilitatem itelligere debemus, qa sit æternus deus: irāqꝫ eius in æternum manere: sed rursum quia uirtute sit maxima ꝑditus, in ptāte hēre irā suā, nec ab ea regi, sed ipm illā quēadmodū uelit moderari, qd utiqꝫ nō repugnat supiori. Nam si prorsus imortalis fuisset, ira eius nō eēt satisfactiōi aut gratiæ post delictum locus, cū ipse hoies ante solis occasum recōciliari iubeat. Sed ira diuina in æternum manet aduersus eos, qui peccant in æternum. Itaqꝫ deus nō thure, nō hostia, non ꝓciosis muneribus, quæ omnia sunt corruptibilia, sed morum emendatione placatur, & qui peccare desinit, iram dei mortalem facit. Iccirco enim non ad præsens noxium quēqꝫ punit, ut habeat homo resipiscendi sui facultatem.

Iræ sedes in iecore.

¶ Epilogus

¶ Epilogus & inductio authoritatum sibyllæ Erythreæ ad iram dei probandam. Caput. XXII.

Ciceroni Epilogi.

HÆc habui quę de ira dei dicerem Donate carissime, ut scires quemadmodū refelleres eos, q deū faciūt immobilē. Restat more Ciceronis utamur epilogo ad perorādū: sicut ille ī tusculanis de morte disserens fecit. Ita nos in hoc ope testimonia diuina, quibus credi possit adhibere debemus, ut illoꝝ ꝑsuasiōnē reuincamus, q sine ira deū esse credēres, dissoluūt oēm religionē, sine qua (ut ostendimus) aut īmanitate bæluis, aut stultitia pecudibus adequamur. In sola. n. religione. i. ī dei summi notiōe sapia est. Prophetæ uniuersi diuino spiritu repleti: nihil aliud qꝫ de gratia dei erga iustos & de ira eius aduersus īpios loquūtur, quoꝝ testimonia nobis qdē satis sūt. Veꝝ his qm nō credūt isti q sapiam capillis & habitu iactāt, rōne quoqꝫ & argumentis fuerāt a nobis refellēdi. Sic. n. ꝓpostere agit: ut hūanā diuinis tribuant auctoritatem, cum potius humanis diuinā debuerint. Quæ nunc sane omittamus, ne nihil apud istos agamus & in īfinitū materia ꝓcedat. Ea igitur quæramus testimonia, quibus illi possint aut credere, aut certe nō repugnare. Sibyllas plurimi & maximi auctores tradiderūt græcoꝝ Aristarchus & Apollodorus Erythræus: nostroꝝ Varro & Festella. Hi oēs ꝓcipuā & nobilē ꝓter cęteras Erythræā fuisse cōmemorant. Apollodorus qdem ut de ciui ac populari sua gloriat. Festella uero etiam legatos Erythras a senatu esse missos refert: ut huius Sibyllæ carmina Romam deportarentur, & ea consules Curio & Octauius in capitolio quod tunc erat curante Q u. Catulo restitutum, ponenda curarent. Apud hanc de summo & conditore rerum deo huiusmodi uersus reperiuntur.

Pīi barbā ac pallio tenus.

Sibyllæ q.

Sibyllini libri in capitolio cōditi.

Curio & Octauius consules.

Capitoliū a Q. Catulo restitutum.

ἄφθαρτος κτίσης αἰώνιος τ' αἰθέρα ναίων
τοῖς τ' ἀκάκοις ἄκακον προφέρων πολὺ μείζονα μισθὸν
τοῖς δὲ κακοῖς ἀδίκοις τε χολὴν, καὶ θυμὸν ἐγείρων.

Idest incorruptibilis & conditor æternus, in aere habitans, bonis bonum præferens iustis multo maiorem mercedem, iniustis autem & malis iram & furorem excitans. Rursus alio loco enumerans: qbus maxime facinoribus incitetur deus, hæc rettulit.

Pædiconū scelus.

Φεῦγε δὲ λατρείας αἰόμους, θεῷ ζῶντι λάτρευε.
μοιχείας τε φύλαττε, καὶ ἄρσενος ἄκριτον εὐνὴν
ἰδίαν γενεὴν παίδων τρέφε, μήδε φόνευε.
καὶ γὰρ ἀθανάτος κεχολώσεται, ὅς κεν ἁμάρτῃ.

Idest fuge sceleratas religiōes & uiuo deo serui: ab adulterio te abstine, & masculi permixtione praua, propriam generationem crea, & ne occidas. Hic enim deus immortalis irascitur, qui hæc agunt, indignatur ergo aduersus peccatores.

¶ Auctoritatibus aliarum Sibyllarum iram dei probat. Caput XXIII.

Sibyllini libri.

VErū qa plures (ut ostēdi) Sibyllę a doctissimis auctoribus fuisse traduntur unius testimonium satis non sit ad confirmandam sicut itēdimus ueritatem. Cumeæ quidem uolumina, quibus romanorum fata conscripta sunt, in arcanis habentur. Cæterarum tamen ferē oium libelli, quominus in usu sint omnibus non uetātur. Ex qbus alia

denuncians uniuersis gentibus iram dei ob impietatem hominum, hoc modo exorsa est. ἐρχομένης ὀργῆς μεγάλης ἐπὶ κόσμον ἀπειθῆ ἑκάτον εἰς αἰῶνα θεοῦ μηνύματα φαίνω. πᾶσι προφητεύσασα κατὰ πόλιν ἀνθρώποισι. Idest. Venient iræ magnæ super mundū dei pronunciationes enarro: oibus hominibus in urbibus prophetans. Alia quoq; per indignationem dei aduersus iniustos cataclysmum priore seculo factum esse dixit, ut malitia generis humani extingueretur ἐξ οὗ μνησαιτος ἐπουρανίοιο θεοῖο. αὐτᾶι σι πολίεσι καὶ ἀνθρώποισιν ἅπασιν. γῆν ἐκάλυψε θάλασσα κατακλυσμοῖο ῥαγέντος. Idest. Ex quo irascente cælesti deo ipsas ciuitates cum hominibus cunctis & terram mare cooperit diluuio rupto. simili modo deflagrationem postea futuram uaticinata est: qua rursus impietas hominum deleatur καί ποτε τὴν ὀργὴν θεοῦ οὐκέτι πραΰνοντα, ἀλλ' ἐξεμβρίθοντα, καὶ ἐξολύοντα τε γένναν ἀνθρώπων ἅπασαν ὑπ' ἐμπρησμοῦ πέρθοντα.

Diluuium cur factū.

Vnde apud nasonem de ioue ita dicitur.

Ouidii locus.

Esse quoq; in fatis reminiscitur affore tempus
Quo mare, quo tellus, corruptaq; regia cæli,
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Mundum deflagraturum.

Quod tunc fiat necesse est, cum honor & cultus dei summi apud homines interierit. Eadem tamen placari eum pœnitentia factorum & sui emendatione, contestans hæc addidit. ἀλλ' ἐλέει μετάθεσθε βροτοὶ δὲ μηδὲ πρὸς ὀργὴν παντοίην ἀγάγητε θεὸν μέγαν. Omnes ergo homines transferte uos, neq; ad iram ducite deum magnum. Itē, paulopost οὐκ ὀλέσει, πανσει δὲ πάλιν χόλον ἐπὰν αἴ ῥάπαντες εὐσεβέειν περὶ θυμῶ ἐνὶ φρεσὶν ἀσκήσητε: Neq; perdet, iræ autem parcet, cum omnes pietatem ex mente principietis. Deinde alia Sibylla cælestium terrænorumq; genitorem diligi oportere denunciat, ne ad perdendos homines indignatio eius insurgat. μή ποτε θυμωθεὶς θεὸς ἄφθιτος ἐξ ἀπολέσῃ. πᾶν γένος ἀνθρώπων βίοτον κακὸν φίλον αἰδοίης. δεῖ σέβεσθαι γενετῆρα θεὸν σοφὸν αἰὲν ἐόντα. Ne forte iratus incorruptibilis deus omne genus hominū perdat, uitam tribuens improbam. Oportet enim genitorem deum amari, qui plenus est & sapiens. Ex his apparet uanas esse rationes omnium philosophorū, qui deum putant sine ira, & inter cæteras laudes eius id ponunt, quod est contra ipsam maiestatem. Regnum hoc imperiumq; terrenum nisi metus custodiat, solui tur. Aufer iram regi, non modo nemo parebit, sed etiam de fastigio, præcipitabitur: immo uero cuilibet humili eripe hunc effectum: quis eum non spoliabit: quis non deridebit: quis non afficiet iniuria: Ita nec indumenta, nec sedem, nec uictum poterit habere, aliis quicquid habuerit diripientibus, nedum putemus cælestis imperii maiestatem sine ira & metu posse consistere. Apollo Milesius de iudæorum religione consultus, responso hoc indidit: ἠδὲ θεὸν βασιλῆα καὶ γεννητῆρα πρὸ πάντων. ὃν τρέμει γαῖα καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα. ταρταρέοιτε μυχοὶ καὶ δαίμονες ἐκ φρίσσουσιν. Idest. Regem autem & genitorem omnium ante omnia, quem terra cō tremiscit, cælumq;, & mare, & latebræ tartareæ, & demones abhorrescunt. Si tā lenis est, q̄ philosophi uolunt, quomodo ad nutum eius non modo dæmones & ministri tandem potestatis, sed etiam cælum, & terra & rerum natura omnis contremiscit: Si enim nullus alteri seruit nisi coactus, omne igitur imperium metu constat. Metus autem per iram. Nam si non moueatur quis aduersus parere

Deum tremiscūt elementa.

Tartari latebræ.

Imperium metu constat.

Metus ira constat.

Iræ affectꝰ utilis.

nolentem, nec cogi poterit ad obsequium. Consulat unusquisq; affectus suos, iam intelliget neminē posse sine ira & castigatiōe impio subiungari. Vbi ergo ira nō fuerit impiū quoq; nō erit. Deus aūt hēt impiū, ergo & irā q̄ cōstat impiū: héat necesse est.

¶ Concludit deū amādū, uerēdū, honorificādū, & metuēdū. Cap. XXIIII.

QVapropter nemo uaniloquētia phōx inductus, ad cōtēptū se dei erudiat, quod est maximū nefas. Debemus hūc oēs & amare q; pater est, & uereri q; dñs, & honorificare q; beneficus, & metuere q; seuerus utraq; ptona in eo uenerabilis. Quis salua pietate non diligat aiæ suæ parētē? Aut quis īpune cōtēnat eū, qui rerū dñator habeat in oēs uerā & æternā ptātē? Si patrē cōsideres, ortū nobis ad lucem qua fruimur, subministrat, per illū uiuimus, per illū in hospitiū huius mūdi intrauimus. Si deum cogites, ille nos innumerabilibus copiis alit, ille sustentat, in huius domo habitamus, huius familia sumus, & si minus obsequēs q̄ decebat, minusq; q̄ officiosa dñi & parētis īmortalia merita poscebāt, tñ plurimū proficit ad uenia conseq̄ndā, si cultū eius notionemq; teneamus, si abiectis humilibus terrēnisq; tā rebus q̄ bonis cælestia & diuina sempiterna meditemur. Quod ut facere possimus deus nobis sequēdus est, deus adorādus, qm̄ in eo est materia rerū, & rō uirtutū, & fons bonoꝝ. Quid. n. deo aut potētia maius est, aut rōne pfectius: aut claritate luculētius? Qui qm̄ nos ad sapientiā genuit, ad iustitiā pcreauit, nō est fas hoiem relicto deo sensus ac uitæ datore, terrenis fragilibusq; famulari, aut quærēdis tēporalibus bonis inhærentē: ab innocentia & pietate discedere. Nō faciūt beatū uitiosæ ac mortiferæ uoluptates, nō opulētia libidinū incitatrix, nō inanis ambitio: non caduci honores, quibus illaqueatus aīus humanus & corpori mancipatus, æterna morte dānat, sed innocētia sola, sola iustitia cuius legitima & digna merces ē immortalitas, quā statuit a principio deus sanctis & incorruptis mētibus, quæ se a uitiis & ab omni labe terrena integras inuiolataq; cōseruāt. Huius præmii cælestis ac sempiterni participes esse non possunt, qui fraudibus rapinis circūscriptiōibus conscientiā suā polluerūt, quiq; iniuriis hoium, nefariis commissis ineluibiles sibi maculas inusserunt. Proinde uniuersos oportet: qui sapientes: qui hoies merito dici uolunt, fragilia cōtemnere, terrena calcare, humilia despicere, ut possint cū deo beatissima necessitudine copulari. Auferat impietas, discordiæ, dissensione sq; turbulentæ ac pestiferæ sopiātur, quibus humanæ societates & publici fœderis diuina coniunctio rumpit, dirimit, dissipat. Quātū possumus boni ac benefici esse meditemur. Siqd nobis opū, siqd suppetit copiæ, nō uoluptati unius, sed multorum saluti impartiat. Voluptas. n. tam mortalis est q̄ corpus, cui exibet ministerium. Iustitia uero & beneficētia tā īmortales quā mens & aīa quæ bonis opibus simili tudinē dei assequit. Sit nobis deus non in tēplis, sed in corde nro cōsecratus: Destructibilia sunt oīa quæ manufiūt, mūdemus hoc tēplū qd nō fumo nō pulue re: sed malis cogitatiōibus sordidat, quod nō cæreis ardētibus, sed claritate ac duce sapientia illuminat. In quo si deū semp crediderimus eē pūtem, eius diuinitatis potētia ita uiuemus, ut & propitium semper habeamus, & nunq̄ uereamur iratū.

Opulētia libidinum incitatrix.

Innocētiæ & iustitiæ merces est immortalitas.

¶ L. Cœlii Lactantii Firmiani de ira dei liber finit.

¶ L. Cœlii Lactantii Firmiani de opificio dei uel formatiõe hominis Liber unus ad Demetrianum auditorem ſuum.

¶ Proœmium in quo narrat cur hoc opus aſſumpſerit. Caput. primum.

QVam minime ſim quietus, & in ſummis neceſſitatibus, ex hoc libello poteris exiſtimare, quẽ ad te rudibus penẽ uerbis prout ingenii mediocritas tulit Demetriane perſcripſi, ut & cottidianũ ſtudiũ meũ noſſes, & nõ deeſſem tibi præceptor etiã nũc, ſed honeſtioris rei melioriſq; doctrinæ. Nam ſi te in literis nihil aliud q̃ linguã inſtruentibus auditorẽ ſatis ſtrenuum p̃buiſti, quãto magis in his ueris & ad uitã pertinentibus docilior eſſe debebis? apud quẽ nunc profiteor nulla neceſſitate uel rei, uel tpis impediri, quominus aliquid excudã, quo philoſophi noſtræ ſectæ quam tuemur, iſtructiores doctioreſq; i poſterũ fiãt. q̃uis nũc male audiãt, caſtigẽturq; uulgo, q; aliter q̃ ſapiẽtibus conuenit, uiuãt, & uitia ſub obtẽtu noĩs cælẽt, quibus aut mederi oportuit, aut ea ꝓrſus effugere, ut beatũ atq; incorruptũ ſapientiæ nomen, uita ipſa cũ præceptis congruente p̃ſtarent. Ergo tñ ut nos ipſos ſimul & cæteros inſtruã, nullum laborem recuſo. Neq; n. poſſum obliuiſci mei tũ præſertim cũ maxime opus ſit meminiſſe: ſic ne tui quidẽ ut ſpero & opto. Nã licet te publicæ rei neceſſitas a ueris & iuſtis opibus auertat, tñ fieri nõ põt quin ſubinde in cælum aſpiciat mens ſibi cõſcia recti. Ego q̃dẽ lætor oĩa tibi quæ pro bonis habẽtur proſpere fluere, ſed ita ſi nihil de ſtatu mẽtis immutẽt. Vereor. n. ne paulatim conſuetudo uel iucunditas eaꝝ rerꝝ (ſicut fieri ſolet) in aĩum tuũ repat. Ideoq; te moneo: repetẽs iterũq; monebo, ne oblectamenta iſta terræ pro magnis aut ueris bonis habere te credas, quæ ſunt nõ tm̃ fallacia qa dubia, uerũ ẽt inſidioſa qa dulcia. Nã & ille colluctator & aduerſarius noſter ſcis q̃ ſit aſtutus, & idẽ ipſe uiolentus, ſicuti nũc uidemus. Is hæc oĩa q̃ illicere poſſunt, pro laqueis hẽt, & qdẽ tã ſubtilibus, ut oculos mẽtis effugiãt, ne poſſint hoĩs puiſione uitari. Sũma ergo prudẽtia eſt pedetẽtim ĩcedere, qm̃ utrobiq; ſalutẽ inſidet, & offenſacula pedibus latẽter opponit. Itaq; res tuas ꝓprias in qbus nũc agis: ſuadeo, ut pro tua uirtute, aut cõtemnas ſi potes, aut nõ magnope mireris. Memẽto & ueri parẽtis tui, & in qua ciuitate nomẽ dederis, & cuius ordinis fueris, ĩtelligis ꝓfecto qd loquar. Nec. n. te ſuperbiæ arguo cuius in te ne ſuſpicio qdẽ ulla eſt, ſed ea q̃ dico, ad mẽtẽ referẽda ſunt nõ ad corpus, cuius oĩs rõ iõ cõparata eſt, ut aio tanq̃ dño ſeruiat & regatur nutu eius. Vas ẽ. n. quodãmodo fictile, quo aĩus. i. hõ ipſe uerus cõtinet, & quidẽ nõ a Prometheo fictũ (ut poetæ loquunt) ſed a ſummo illo rerum cõditore ac artifice deo, cuius diuinã ꝓuidẽtiã ꝓfectiſſimãq; uirtutẽ, nec ſenſu cõprehẽdere, nec uerbo enarrare poſſibile eſt. Tẽtabo tñ qm̃ corpis & animi facta mentio eſt, utriuſq; rõnẽ quãtũ puſillitas intelligentiæ meæ puidet, explicare. Quod officiũ hac de cã maxie ſuſcipiendũ puto, q; M. Tullius uir ĩgenii ſingularis in q̃rto de republica libro cũ id facere tentaſſet, nihil prorſus fecit, materiã late patẽtẽ anguſtis finibus terminauit

Verg. locꝰ

Ciceron. locus.

terminauit leuiter ſumma quæq; decerpens. Ac ne ulla eẽt excuſatio: cur eum locum nõ fuerit executus, ipſe teſtatus ẽ nec uolũtatẽ ſibi defuiſſe, nec curã. In libro enim de legibus primo, cum hoc idem ſummatim ſtringeret ſic ait. Hunc locũ ſatis (ut mihi uideꝰ) ĩ his libris quos legiſtis: expreſſit Scipio. Poſtea tñ in libro de natura deorum ſecundo, hoc idem latius exequi conatus. Sed qm̃ nec ibi quidem ſatis expreſſit, aggrediar hoc munus: & ſummam mihi audacter explicãdũ: quod homo diſertiſſimus penẽ omiſit intactũ. Forſitan reꝑhendas: q; in rebus obſcuris coner aliqd diſputare cum uideas tanta temeritate homines extitiſſe: q uulgo philoſophi nominant, ut ea quæ abſtruſa prorſus atq; abdita deus eſſe uoluit, ſcrutentur: ac naturam rerum cæleſtium terrænarũq; cõquirerent, quæ a nobis longe remotæ, neq; oculis contrectari, neq; tãgi manu: neq; percipi ſenſibus poſſunt. Et tñ de illaꝝ oĩum ratione ſic diſputant, ut ea quæ aſſerunt probata, & cognita uideri uelint. Quid eſt tandem cur nobis inuidioſum quiſq̃ putet, ſi rationem corporis noſtri inſpicere & comtemplari uelimus? Quæ plane obſcura non eſt, quia ex ipſis membrorum officiis & uſibus partium ſingulaꝝ quanta ui prouidentiæ q̃ſq; factus ſit, intelligere nobis licet.

Cicero. locus.

¶ Quæ deus homini, & quæ cæteris animalibus dedit. Cap. II.

DEdit enim hoĩ artifex ille noſter ac parẽs deus ſenſum atq; rõnẽ, ut ex eo apparet nos ab eo eſſe generatos: qa ipſe intelligẽtia, ipſe ſenſus ac rõ ẽ. Cęteris aĩantibus qm̃ rõnalẽ iſtam uitã nõ attribuit: quẽ admodũ tñ uita eoꝝ tutior eẽt ante p̃uidit. Oẽs enim ſuis ex ſe pellibus texit, quo facilius poſſent uim pruinarũ ac frigora ſuſtinere. Singulis aũt gñibus ad ꝓpulſandos impetus externos ſua propria munimenta cõſtituit, ut aut naturalibus tælis repugnẽt fortioribus, aut quę ſunt imbecilliora ſubtrahant ſe periculis ꝓnicitate fugiendi, aut quæ ſimul & uiribus, & celeritate indigẽt aſtu ſe protegant, aut latibulis ſæpiãt. Itaq; alia eorũ uel plumis leuibus in ſublime ſuſpẽſa ſunt uel ſuffulta ungulis, uel inſtructa cornibus: quibuſdam in ore arma ſunt dẽtes, aut in pedibus aduncі ungues: nulliq; munimentum ad tutelam ſui deeſt. Si qua uero in prædam maioribus cedunt: ne tñ ſtirps eorum funditus ĩteriret, aut in ea ſunt relegata regiõe, ubi maiora eẽ nõ poſſunt aut acceperũt uberem generandi fœcunditatẽ: ut & beſtiis quæ ſanguine alũtur: uictus ſuppeteret ex illis, & illatam tñ cladem ad conſeruationẽ generis multitudo ipſa ſuperaret.

Hoĩem aũt rõne conceſſa & uirtute ſentiẽdi atq; eloquẽdi data eoꝝ q̃ cæteris aĩalibus attributa ſunt: fecit expertẽ qa ſapientia reddere poterat q̃ illi naturæ cõditio denegaſſet: ſtatuit nudũ & inermẽ: qa & ĩgenio poterat armari: & rõne ueſtiri. Ea uero ipſa q̃ mutis data: & hoĩ denegata ſunt: quæ mirabiliter hoĩ ad pulchritudinẽ faciant: exprimi non põt. Nam ſi homini ferinos dẽtes, aut cornua aut ungues, aut ungulas aũt caudã: aut uarii coloris pilos addidiſſet: qs non ſentit q̃ turpe aĩal eẽt futuꝝ: ſicut muta ſi nuda & inermia fingerẽtur? Quibus ſi detrahas uel natura lẽ ſui corporis ueſtẽ: uel ea qbus ex ſe armãtur nec ſpecioſa poterũt eẽ nec tuta, ut mirabiliter ſi utilitatẽ cogites iſtructa: ſi ſpeciẽ ornata uideãtur. Adeo miro mõ cõſentit utilitas cũ decore. Hoĩem uero quẽ ęternũ aĩal atq; ĩmortale fingebat: nõ ſo-

Hoĩ ſenſus a deo datus.

Aialia muta quæ ſortita ſint a deo.

Homo cur editus ĩ lucẽ nudus & iermis?

rinſecus ut cætera, ſed iterius armauit: nec munimẽtũ eius in corpe: ſed in aĩo poſuit. qm̃ ſupuacuũ fuit cũ illi quod erat maximũ tribuiſſet, corporalibus eum tegere munimentis: cũ p̃ſertim pulchritudinem humani corporis impedirent.

¶ Contra Epicureos diſputat, qui opera naturæ dãnabant: & præcipue q̃ homo cæteris animantibus imbecillior oriatur. Cap. III.

Atomi rerum oĩum ſemina.

VNde ego p̃hor̃ q̃ Epicur̃ ſequũtur, amẽtiã ſoleo mirari: qui naturæ opa reprehendunt: ut oñdant, nulla ꝓuidentia iſtructũ eſſe ac regi mũdum, ſed originem rerũ inſecabilibus ac ſolidis corporibus aſſignãt quor̃ fortuitis concurſiõibus uniuerſa naſcũtur & nata ſunt. Præterea quæ ad ip̃m mũdũ uitio dãt, in quo ridicule inſaniunt, id ſumo, quod ad rem de qua nunc agimus ꝓtinet. Q uerũtur hoiem nimis imbecillũ & fragilem naſci, q̃ cætera animalia naſcuntur: q̃ ut ſunt edita ex utero, ꝓtinus in pedes ſuos erigi: & geſtire diſcurſibus, ſtatimq; aeri tolerãdo idonea eſſe. q̃ in lucem naturalibus indumentis munita ꝓceſſerint, hominem cõtra nudũ & inermem tanq̃ ex naufragio in huius uitæ miſerias ꝓiici & expelli, q̃ neq; mouere ſe loco ubi effuſus eſt, poſſit nec alimentũ lactis appetere, nec iniuriã tpis ferre. Itaq; naturã non matrem eſſe humãi generis, ſed nouercam, quę cũ mutis tã liberaliter ſe geſſerit: hominẽ uero ſic effuderit ut inops & infirmus, & omni auxilio indigens, nihil aliud poſſit q̃ fragilitatis ſuæ conditionem ploratu ac fletibus ominari: ſcilicet. Cui tãtũ in uita reſtet tranſire maloꝝ. Q uæ cũ dicũt, uehementer ſæpe credunt. ꝓpte tea q̃ unuſq̃ſq; inconſiderate ſuæ cõditioni ingratus eſt. Ego uero illos nunq̃ magis deſipere contendo: q̃ cũ hoc loquũtur. Cõſiderãs. n. conditionem rer̃ intelligo nihil fieri aliter debuiſſe: ut nõ dicã potuiſſe: qa deus põt omnia, ſed neceſſe eſt q̃ illa prouidentiſſima maieſtas id effecerit: quod erat melius & rectius. Libet igitur interrogare iſtos diuinor̃ oper̃ reprehenſores, qd in homine deeſſe, qa imbecillior naſcitur, credãt. Nũ iccirco minus educent homines? nũ minus ad ſummũ robur ætatis prouehãtur? num imbecillitas aut incrementũ impediat aut ſalutẽ? qm̃ q̃ deſunt rõ deꝓhendit. At hominis inquntur educatio maximis laboribus cõſtat, pecudũ, ſ. cõditio melior: q̃ hæ omnes eũ fœtũ ediderint, non niſi paſtus ſui curam gerũt: ex quo efficit ut ubertibus ſua ſpõte diſtentis alimentũ lactis fœtibus miniſtret: & id cogente natura ſine ſollicitudine appetãt. Q uid aues? quar̃ rõ diuerſa eſt. Nõne maximos ſuſcipiũt in educãdo labores, ut interdũ aliqd humanæ intelligentiæ habere uideãt? Nidos. n. aut luto ædificãt, aut uirgultis & frondibus conſtruũt: & cibor̃ exptes incubãt ouis: & qm̃ fœtus de ſuis corporibus alere datum non eſt: cibos conuehunt: & totos dies in huiuſmodi diſcurſione conſumũt. Noctibus uero defendunt: fouent, protegũt. Q uid amplius facere homines põt, niſi hoc ſolũ fortaſſe: q̃ non expellũt adultos: ꝓpetua neceſſitudine ac uinculo caritatis adiũctos hñt. Q uid q̃ auiũ fœtus multo fragilior q̃ homines? Q uia non materno corpore ipſum animal edunt: ſed quod materni corporis fœtu & calore tepefactum animal efficiat, quod tamen cum ſpiritu fuerit animatum. Id uero implume, ac tenerum non modo uolandi, ſed ambulandi quoq; uſu caret. Num ergo ineptiſſimus ſit, ſiquis putet male cum uolucribus egiſſe naturam? primum q̃

Hominẽ nimis imbecillẽ & fragilẽ naſci.

Naturam hoi nouercam.

Lucretii locus.

Hoĩs educatio laboriosa.

Nidificandi ratio.

bis naſcũtur,

bis naſcũtur, deinde q̃ tã infirmæ, ut ſint quęſitis ꝓ laborem cibis a parentibus nutriendæ. Sed illi fortiora eligunt, imbecilliora ꝓtereunt. Q uæro igit̃ ab his q̃ conditionem pecudum ſuæ ꝓferunt, qd eligãt ſi deus his deferat optionem: utrũ malint humanã ſapientiã cum imbecillitate, an pecudum firmitatem cum illar̃ naturar̃? Scilicet non tã pecudes ſunt: ut non malint uel fragiliorẽ multo q̃ nunc eſt, dũmodo humanã, q̃ illã irrationabilẽ firmitatẽ. Sed uidelicet prudentes uiri neq; hominis rationem uolunt cũ fragilitate: neq; mutor̃ firmitatẽ ſine ratione. Q d nihil eſt tã repugnãs tã contrariũ. q̃ unumquodq; animal aut ratio inſtruat neceſſe eſt, aut conditio naturæ. Si naturalibus munimentis inſtruat̃, ſupuacua ratio ẽ. Q uid enim excogitabit? qd faciet? aut qd molieť? Aut in quo lumen illud ingenii oñdet cum ea q̃ põt eẽ rationis, ultro natura cõcedat? Si aũt ratione ſit ꝓditum: qd opus erit ſæpimentis corporis? cum ſemel conceſſa ratio naturę munus poſſit implere? Q uæ qdem tm̃ ualet ad ornãdum tuendũq; hominem, ut nihil potuerit maius ac melius a deo dari. Deniq; cum & corpis non magni homo: & exiguar̃ uiriũ, & ualitudinis ſit infirmę, tñ qm̃ id qd eſt maius accepit, & inſtructior ẽ cæteris aĩalibus & ornatior. Nã cum fragilis imbecilliſq; naſcat̃ tñ & a mutis omnibus tutus ẽ: & ea omnia q̃ firmiora naſcunt̃, ẽt ſi uim cęli fortiter patiunt̃: ab homine tñ tuta eſſe non põt. Ita fit ut plus homini conferat ratio: q̃ natura mutis: qm̃ in illis nec magnitudo uirium: neq; firmitas corpis efficere põt, quominus aut opprimãtur a nobis: aut nr̃æ ſubiecta ſint ptãti. Poteſt ne igit̃ aliq̃s cũ uideat etiã boues: uaccas cũ immaniſſimis corporibus ſeruire homini: q̃ri de opifice rer̃ deo, q̃ modicas uires, q̃ paruũ corpus accepit, nec bñficia in ſe diuina pro merito æſtimat: qd eſt ingrati: aut (ut uerius loquamur) inſani. melius igit̃ Plato ut hos (credo) ingratos refelleret: naturę gr̃as egit: q̃ hõ natus eſſet, qd̃ & ip̃m q̃le ſit non eſt huius materiæ ponderare. Q uanto melius & ſanius qui ſenſit conditionẽ hominis eſſe meliorẽ: q̃ iſti qui ſe pecudes natos eſſe maluerunt? Q uos ſi deus in ea forte conuerterit animalia: quor̃ ſortẽ p̃ferũt ſuæ: iã profecto cupiãt remigrare, magniſq; clamoribus cõditionẽ priſtinã flagitẽt, qa nõ eſt tãti robur ac firmitas corpis: ut officio linguę eareas: aut auium paerem libera diſcurſatio, ut manibus indigeas. Plus. n. manus p̃ſtant: q̃ leuitas uſuſq; pennar̃, plus lingua q̃ totius corpis fortitudo. Q uæ igitur amentia eſt ea præferre, quæ ſi data ſint, accipere detrectes:

Hõ niſi ſit imbecillus uti rõne nõ põt.

Ratio plus homini confert: q̃ nã mutis

Plato nãm gr̃as egit q̃ hõ nat⁹ eſſet.

¶ Cõtra Epicureos cõquerẽtes hoies morbis & imaturę morti ſubiectos: C. IIII.

Hõ morbis & imaturæ morti ſubiect⁹.

IDem q̃runt̃ hominẽ morbis & immaturæ morti eẽ ſubiectũ. Indignant̃ uidelicet non deos ſe eẽ natos. Minime inquiũt: ſed ex hoc oñdimus hominem nulla ꝓuidentia eſſe fcm̃, qd aliter fieri debuit. Q uid ſi oñdero idip̃m magna ratione ꝓuiſum eſſe: ut morbis uexari poſſet: & uita ſua in medio curſus ſui ſpatio rumperet̃? Cum. n. deeus animal qd̃ fecerat: ſua ſponte ad mortem trãſire cognouiſſet: ut mortem ipſam q̃ eſt diſſolutio naturæ capere poſſit, dedit ei fragilitatem quæ morti aditum ad diſſoluendum animal inueniret. Nã ſi eius roboris fieret, ut ad eum morbus & ægritudo adire non poſſet: ne mors quidem poſſet: quoniam mors ſeq̃la morbo/ rum eſt, Immatura uero mors quomodo abeſſet ab eo: cui eſſet conſtituta natu-

ra? Nēpe nullū hoiem mori uolūt: niſi cū cēteſimū ætatis cōpleuerit annū? Quo illis in tāta repugnātia reꝝ rō poterit conſtare? Vt.n.añ ānos centū mori qſq; non poſſit, aliqd illi roboris qd ſit ĩmortale tribuēdū ē. Quo cōceſſo neceſſe ē cōditionē mortis excludi. Id āt ipm cuiuſmodi pōt eſſe, qd hoiem contra morbos & ictus extraneos: ſolidum atq; expugnabilē faciat? Cū.n. cōſtet ex oſſibus & neruis & uiſceribus & ſāguine: qd hoꝝ p̄t eē tā firmū ut fragilitatē repellat ac mortē? Vt igit̄ homo idiſſolubilis ſit añ illud ipſ, qd illi putāt oportuiſſe conſtitui, ex q̄ ei materia corpus attribuāt? Fragilia ſunt oia q̄ uideri ac tāgi p̄nt. Supeſt ut aliqd ex cælo petāt, qm̄ in terra nihil eſt qd nō ſit infirmū. Cum ergo ſit hō formādus eēt a deo ut mortalis eēt aliqn̄: & p ſeipm mobilis ſp res ipa exigebat: ut terræno & fragili corpore fingeret̄. Neceſſe ē igit̄ ut mortē recipiat qñ libet qm̄ corporalis eſt. Corpus enī quodlibet ſolubile atq; mortale eſt. Stultiſſimi ergo ſunt qui de morte imatura q̄runt̄: qm̄ naturæ cōditio locū illi facit. Ita cōſequēs erit, ut morbis quoq; ſubiectus ſit. Neq; enim patit̄ natura: ut abeſſe poſſit ifirmitas ab eo corpore, qd iccirco nō ſolidū, firmūq; natū eſt, ut aliqn̄ ſoluēdū ſit. Sed putemus fieri poſſe quēad modū uolunt, ut hō ea conditione naſcat̄, q̄ morbo mortiue ſubiectus ſit, niſi pacto ætatis ſuæ ſpatio, ad ultimā ꝓceſſerit ſenectutē. Non igit̄ uidēt ſi ita ſit cōſtitutum: qd ſequat̄. Hoiem utiq; niſi certo tpe mori nullo mō poſſe, ſed ſi ꝓhiberi ab altero uictu pōt: mori poterit. Res igit̄ exigit: ut hoi q añ certum diē mori non pōt, ciboꝝ alimētis qa ſubtrahi p̄nt, opus non ſit. Si opus cibo non erit, iā non hō ille ſed deus fiet. Ergo (ut ſupius dixi) qui de fragilitate hois q̄runt̄, id potiſſimū quærunt̄, quod non immortales & ſempiterni ſint nati. Nemo .n. niſi ſenex mori debet. Nēpe iō mori debet qa deus non eſt. At q mortalitas non pōt cum imortalitate coniungi: Si enim mortalis eſt in ſenectute, imortalis eſſe in adoleſcentia non poteſt. Nec eſt ab eo conditio mortis aliena qui qñq; moriturus eſt. nec ulla imortalitas eſt: cui ſit terminus conſtitutus. Ita fit ut & imortalitas excluſa in ꝑpetuum, & ad tp̄s recepta mortalitas, hoiem conſtituat in ea conditione: ut ſit in q̄libet ætate mortalis. Quadrat igit̄ neceſſitas undiq;, nec debuiſſe aliter fieri, nec fas fuiſſe. Sed iſti rationē ſequētiū non uidēt: qa ſemel errauerunt in ipa ſumma. Excluſa.n. de rebus humanis diuina prouidētia: neceſſario ſeq̄bat̄, ut omnia ſua ſponte ſint nata. Hinc inuenerunt illas minutoꝝ ſeminum plagas & concurſiones fortuitas, qa reꝝ originē non uidebāt. In q̄s ſe anguſtias cum coniecciſſent iā cogebat eos neceſſitas exiſtimare animas cum corpib⁹ naſci: et itē cum corpibus extingui. Aſſumpſerāt.n. nihil fieri mente diuina, qd ipm non aliter probare poterāt, q̄ ſi oñderent eſſe aliq̄, in qbus uideret̄ prouidentiæ ratio claudicare. Reꝑhēderunt igit̄ ea: in qbus uel maxie diuinitatē ſuā prouidētia mirabiliter exp̄ſſit: ut illa q̄ retuli: de morbis & imatura morte, cum debuerint cogitare his aſſumptis q̄ neceſſario ſequēt̄. Sequētur āt illa q̄ dixi: ſi morbum non reciperent, neq; tectis neq; ueſtibus indigerēt. Quid.n. uētos, aut hymbres: aut frigora metuerēt, quoꝝ uis in eo eſt: ut morbos afferāt? Iccirco.n. accepit ſapientiam: ut aduerſus nocentia fragilitatem ſuam muniat: Sequitur neceſſario, ut qm̄ retinendæ rationis cauſa morbos capit, etiam mortem ſemꝑ accipiat, quia is ad quem mors non uenit: firmus ſit neceſſe eſt. In-

Prouidentiæ rōnem claudicare

firmitas

firmitas autem habet in ſe mortis conditionem. Firmitas uero ubi fuerit, nec ſenectus locum poteſt habere: nec mors quæ ſequitur ſenectutem. Præterea ſi mors certæ conſtituta eſſet ætati: fieret homo inſolentiſſimus, & humanitate omni careret. Nā ferē iura omnia humanitatis, quibus inter nos cohæremus: ex metu & conſcientia fragilitatis oriūtur. Deniq; imbecilliora & timidiora quæq; animalia congregant̄, ut qm̄ uiribus tueri ſe nequeunt, multitudine tueant̄. Fortiora uero ſolitudines appetunt, qm̄ robore uiribusq; confidunt. Homo quoq; ſi eodem modo haberet: ad propulſanda pericula ſuppetens robur: nec ullius alterius auxilio indigeret, quæ ſocietas eſſet? quæ notitia inter ſe? qs ordo? quę ratio? qua humanitas? aut quid eſſet deterius homine? quid efferacius? quid immanius? Sed qm̄ imbecillis eſt: nec per ſe poteſt ſine homine uiuere, ſocietatem appetit, ut uita communis & ornatior fiat & tutior. Vide igit̄ omnē hominis rationē in eo maxime ſtare, q; nudus fragiliſq; naſcit̄: q; morbis afficit̄, q; immatura morte mulctat̄? Quæ ſi homini detrahātur: rationē quoq; ac ſapiētiā detrahi neceſſe eſt. Sed nimis diu de rebus aptis diſputo, cum ſit liquidum nihil ſine prouidentia nec factum eſſe unq̄ nec fieri potuiſſe. De cuius opibus uniuerſis (ſi nunc libeat) diſputare p ordinē infinita materia eſt. Sed ego de uno corpore hominis tm̄ inſtitui dicere, ut in eo diuinæ prouidentiæ ptātem quāta fuerit, oñdā: his dūtaxat in rebus: quæ ſunt comprehenſibiles & apertæ. Nam illa quæ ſunt animæ: nec ſubiici oculis, nec comprehendi queunt. Nunc de ipſo uaſe hominis loquimur, quod uidemus.

Animalia timida congregant̄.

Hō cur appetat ſocietatem.

¶ De differentia creationis aialiū brutoꝝ & hominis ſecūdū corpus. Cap. V.

Aialiū aptiſſima forma.

Caput. Pedes.

Manus. Alæ.

Spina quæ in hoie. Coſtæ q̄.

Caput uñ.

IN principio cū deus fingeret animalia: noluit ea in rotundā formæ ſpēm conglobare atq; colligere, ut & moueri ad ambulandū: & flectere ſe in quālibet partem facile poſſent, ſed ex ipſa corporis ſumma ꝓduxit caput. Item ꝓduxit mēbra q̄dā lōgius, quæ uocātur pedes: ut alternis motibus ſolo fixa ꝓducerent animal, quo mens tuliſſet: aut quo petendi cibi neceſſitas ꝓuocaſſet. Ex ipo āt uaſculo corporis quatuor fecit extantia: bina poſterius, quæ ſunt in omnibus pedes. Itē bina capiti & collo ꝓxima quæ uarios animātibus uſus p̄bent. In pecudibus.n. ac feris ſunt pedes poſterioribus ſimiles. In homine āt manus: quæ non ad ambulandū: ſed ad faciendū operādūq; ſunt natę. Eſt & tertiū genus, in quo priora illa neq; pedes neq; manus ſunt: ſed aliæ in qbus pennæ p ordinem fixæ uolādi exhibent uſum. Ita una fictio diuerſas ſpecies & uſus habet. Atq; ut ipſam corporis craſſitudinem firmiter cōprehenderent: maioribus & breuibus oſſibus inuicem colligatis quaſi carinam cōpegit: quā nos dicimus ſpinā. Eamq; noluit ex uno ꝑpetuoq; oſſe formare: ne gradiendi flectendiq; ſe facultatem aīal non haberet. Ex eius pte quaſi media coſtas id eſt trāſuerſa & plana oſſa porrexit in diuerſum: qbus clementer curuatis: & in ſe uelut in circulū penē conductis, interna uiſcera, cōtegantur: ut ea q̄ mollia & minus ualida fieri opus erat: illius ſolidæ cratis amplexu poſſent eſſe munita. In ſumma uero conſtructionis eius, quam ſimile nauis carinæ diximus: caput collocauit: in quo eſſet regimen totius animantis. Datūq; illi hoc nomen eſt, ut quidem Varro ad Ciceronem ſcribit: q; hinc capiant initium ſenſus ac nerui. Ea uero quæ dixi-

mus de corpore uel ambulandi, uel faciẽdi: uel uolãdi cã eẽ producta, neq; nimiũ longis pp celerẽ mobilitatẽ neq; nimiũ breuibus pp firmitatẽ: sed & paucis, & magnis ossibus cõstare uoluit. Aut. n. bina sunt: ut in hoie, aut quaterna, ut ĩ q̃drupede: quætñ nõ fecit solida, ne in gradiẽdo pigritia & grauitas retardaret, sed cauata & ad uigorẽ corporis conseruãdũ medullis intrinsecus plena: eaq; rursus non æq̃liter porrecta finiuit: sed summas eoꝝ partes crassioribus nodis conglobauit, ut & substringi neruis facilius, et uerti tutius possent. Vñ sunt uertibula nominata. Eos nodos firmiter solidatos læui quodã operculo texit, qd dr̃ chartilago: scilicet ut sine attritu & sine sensu doloris aliquo flecterent, eosdẽ tñ non in unum modũ formauit. Alios enim fecit simplices & in orbem rotundos, in his dũtaxat articulis, in quibus moueri mẽbra in oẽs partes oportebat, ut in scapulis: qm̃ manus utrũlibet agitari & cõtorqueri necessariũ est. Alios aũt latos & æquales & in unam partem rotũdos: & in his utiq; locis ubi tãtummõ curuari mẽbra in oẽs partes oportebat, ut in genibus & in cubitis & in manibus ipsis. Nã sicut manus ex loco unde oriũtur a corpore, ubiq; uersus moueri speciosum simul & utile fuit, sic ꝓfecto si hoc idem etiã cubitis accideret: & supuacuus esset huiusmodi motus & turpis. Iam. n. manus amissa dignitate quã nunc habet: mobilitate nimia promuscidi similis uideret: esset q; homo plane anguimanus. Q d genus in illa ĩmanissima bælua mirabiliter effectum est. Deus. n. q prouidentiam & ptãtem suam multaꝝ rerũ mirabili uarietate uoluit oñdere, qm̃ caput eius animalis non tã longe porrexerat, ut terrã posset ore contingere, quod erat futuꝝ horribile atq; tetrum. Et qa os ipm profusis dentibus sic armauerat, ut etiam si contingeret, pascendi tamen facultatem dentes adimerent, produxit inter eos a summa fronte molle ac flexibile membrũ, quo prendere, quo tenere quodlibet posset. ut rationem uictus capiendi, uel dentium prominens magnitudo, uel ceruicis breuitas non impediret.

Medullæ.

Vertibula quæ. Chartilago.

Scapulæ.

Genua. Cubita.

Promuscis in elephante.

¶ Contra Epicurum: qui ex atomis fortuito concurrentibus compactum fabricatumq; hominem disputauit. Cap. VI.

Aĩalia fortuito nata.

ON possum hoc loco teneri, quominus Epicuri stultitiã rursum coarguam. Illius. n. sunt oia q̃ delirat Lucretius. Q ui ut oñderet aĩalia nõ artificio aliquo diuinæ mentis: sed ut solet fortuito esse nata. dixit in principio mũdi alias quasdã ĩnumerabiles aĩantes mirãda specie & magnitudine fuisse natas, sed eas pmanere nõ potuisse: qꝝ illas aut sumendi cibi facultas aut coeũdi generandiq; rõ defecisset. Videlicet ut & atomis suis locũ faceret per ifinitũ & inane uolitãtibus diuinã puidẽtiã uoluit excludere. Sed cũ uideret in oibus quæ spirãt: mirabilẽ puidẽtiæ inesse rõnẽ: quæ malũ uanitas erat dicere fuisse aĩalia pdigiosa: in qbus rõ cessasset? Q m̃ igit oia q̃ uidemus cũ rõne nata sunt id. n. ipsum nasci efficere, nisi rõ nõ põt: manifestũ est nihil oĩno rõnis expers potuisse gñari. At. n. prouisum ẽ in singulis qbusq; fingendis, quatenus & ministerio mẽbroꝝ ad necessaria uitæ uteret: & quatenus adiugatis corporibus elata soboles, uniuersas gñatim cõseruaret aĩantes. Nã si peritus architectus cũ magnũ aliquod ædificiũ facere cõstituit, primo oium cogitat quæ summa perfecti ædificii futura sit, & ante emetitur quẽ locũ leue põdus expectet: ubi magni

Lucretii locus.

Architecti officium.

operis

operis statura sit moles, quæ colũnaꝝ interualla: qui aut ubi aquaꝝ cadẽtiũ decursus & exitus, & receptacula? Hæc in q̃ prius præuidet, ut quæcũq; sũt pfecto opi iam necessaria: cũ ipsis fundamentis pariter ordiatur. Cur deũ q̃ sq̃ putet machinã dis aĩalibus nõ añ prouidisse quæ ad uiuendum necessaria essent, q̃ ipsam uitã daret? Q uæ utiq; constare non posset, nisi prius effecta essent quibus constat. Videbat igit Epicurus in corporibus aĩalium diuinæ rõnis sollertiã, sed ut efficeret: qd ante iprudẽter assumpserat: adiecit aliud deliramentum superiori congruens. Dixit enim neq; oculos ad uidendum esse natos, neq; aures ad audiẽdum neq; pedes ad ambulandum, qm̃ membra hæc prius nata sunt: q̃ eẽt usus uidendi & audiẽdi & ambulandi, sed horum omnia officia ex natis extitisse. Vereor ne huiusmodi portenta & ridicula refutare, nõ minus ineptũ eẽ uideat. Sed libet ineptire, qm̃ cũ inepto agimus ne se ille nimis argutum putet. Q uid ais Epicure? Non sunt ad uidẽdũ oculi nati. Cur igit uidẽt? Postea inqt usus eoꝝ apparuit. Vidẽdi ergo causa nati sunt. siquidem nihil possunt aliud q̃ uidere. Itẽ mẽbra cætera cuius rei causa nata sunt: ipse usus oñdit. Q ui utiq; nullo modo posset existere nisi essent mẽbra oĩa tam ordinate tã prouidenter effecta ut usum posset habere. Q uid. n. si dicas aues non ad uolãdum eẽ natas, neq; feras ad sæuiendum: neq; pisces ad natandum, neq; hoies ad sapiendum, cum appareat ei naturæ officioq; seruire aĩantes, ad quod est quæq; generata? Sed uidelicet qui summã ueritatis amisit: semp erret necesse est. Si. n. non puidẽtia: sed fortuitis atomoꝝ cõcursionibus nascunt oĩa, cur nũq̃ fortuito accidit sic coire illa principia, ut efficerẽt aĩal eiusmõi, qd naribus potius audiret, odoraret oculis: auribus cerneret? Si. n. primordia nullũ genus positiõis inexptũ relinquunt: oportuit eiusmõi cottidie mõstra gñari: in qbus mẽbrorum ordo ꝓposterus: & usus lõge diuersus existeret. Cũ uero uniuersa gña et uniuersa quoq; mẽbra: leges suas & ordines: & usus sibi attributos tueantur manifestum est nihil fortuito eẽ factum: qm̃ diuinæ rationis dispositio ppetua seruatur. Veꝝ alias refellemus Epicuꝝ, nunc de prouidentia (ut cœpimus) differamus.

Membra aĩantibus ad aliquẽ usum non esse nata.

¶ De dei prouidentia circa uniuersalem hominis fabricam. Cap. VII.

Ossa.

DEus igit solidamenta corpis q̃ ossa dicũtur: nodata & adiuncta inuicem neruis alligauit atq; cõstrinxit: qbus mẽs si excurrere aut resistere uelit, tanq̃ retinaculis uteretur: & qdẽ nullo labore nulloq; conatu sed minimo nutu totius corporis molẽ tẽperaret ac flecteret. Hęc aũt uiscera. Venæ. uisceribus opuit, ut quẽcũq; locum decebat, utq; solida ossa cõclusa tegerentur. Item uisceribus ipsis uenas admiscuit quasi riuos per corpus oẽ diuisos: per quæ discurrens humor & sanguis, uniuersa membra succis uitalibus irrigaret: & ea uiscera formata in eum modũ q̃ unicuiq; generi ac loco aptus fuit supiecta pelle contexit. Q uã uel sola pulchritudine decorauit, uel setis adoperuit uel squãmis muniuit: uel plumis insignibus adornauit. Illud uero cõmentũ demirabile: qꝝ una dispositio & unus habitus ĩnumerabiles aĩantiũ perferet uarietates. Nã in oibus ferẽ q̃ spirãt: eadẽ series & ordo mẽbroꝝ est. Primũ. n. caput & huic annexa ceruix. Itẽ collo pectus adiũctũ, & ex eo pminẽtes armi adhærẽs pectori uenter. Itẽ uẽtri subnexa genitalia. Vltimo loco femora pedesq;. Nec solũ mẽbra

Membrorũ series & ordo.

ſuum tenorem ac ſitū in oībus ſeruāt, ſed ēt partes mēbroꝝ. Nā in unō capite ipō certam ſedem poſſident aures: certā oculi, nares item, os quoq; & in ore dentes & lingua. Q uæ omnia cum ſint eadem in oībus animantibus, tñ infinita & multiplex diuerſitas figurarum eſt. q; ea quæ dixi, aut ꝓductiora, aut contractiora linia mentis uarie differentibus comprehenſa ſunt. Q uid illud? Nonne diuinum q; in tanta uiuentium multitudine unum quodq; animal in ſuo gñe & ſpecie pulcherrimum eſt? V t ſiquid uiciſſim de altero in alterꝝ tranſferat', nihil impeditius ad utilitatem, nihil deformius ad aſpectum uideri neceſſe ſit. V t ſi elephāto ceruicē prolixam tribuas, aut camelo breuem, uel ſi ſerpentibus pedes aut pilos addas: in quibus porrecti æqualiter corporis longitudo nihil aliud exibeat, niſi ut maculis terga diſtincti & ſquamaꝝ læuitate ſuffulti, in lubricos tractus ſinuoſis flexibus labe rent'. In quadrupedibus autem idem artifex contextū ſpinæ a ſummo capite deductum: longius extra corpus eduxit: & acuminauit in caudam ut obſcœne corporis partes, uel ꝓp fœditatem tegerent': uel ꝓp teneritudinem munirentur. ut animalia q̄dam minuta & nocentia motu eius arcerent' a corpore. Q uod membrum ſi detrahes īperfectum fit animal ac debile. V bi āt rō & manus eſt: nō eſt id tā neceſſariū: q̄ indumentū pilorꝝ. Adeo in ſuo quoq; gñe aptiſſime cōgruunt: ut neq; nudo quadrupede, neq; homine tecto excogitari qcq̄ turpius poſſit. Cū tñ ipa nuditas hoium mire ad pulchritudinem ualeat: nō tñ etiā capiti cōgruebat. T exit ergo illud pilo. Et qa in ſummo futurꝝ erat, quaſi ſummū ædificii culmē ornauit. qui ornatus nō eſt in orbē coactus: aut i figurā pilei teres factus ne qbuſdā ptibus nudis eſſet informis: ſed alibi infuſus alibi retractus: ꝓ cuiuſlibet loci decētia. Frons ergo uallata p circuitū: & tēporibus effuſi añ aures capilli: & earꝝ ſummæ ptes in coronæ modū cinctæ, & occipitiū omne cōtectum: ſpeciē miri decoris oſtētat. Iā barbæ rō incredibile eſt quātū cōferat ad dignoſcendā corporꝝ maturitatem, uel ad differentiā ſexus uel ad decorē uirilitatis ac roboris: ut uideat' omnino non cōſtatura fuiſſe totius corporis ratio, ſi quicq̄ aliter eſſet effectum.

Serpentiū lapſus uñ. Quadrupedū forma. Caudæ uſus.

Capitis ſedes & forma.

Frons. Capilli. Barba.

¶ De forma hominis & omnium membrorum habitudine: ſed ſpecialiter de auribus & oculis. Cap. VIII.

Hō cur bipes & rigidus ad cæli cōtēplationē erectus.

N Vnc rōnē totius hoīs oñdā: ſingulorūq; mēbroꝝ: q̄ in corpore aperta aut operta ſūt: utilitates & hitus explicabo. Cū igit' ſtatuiſſet deus ex oībus aīalibus ſolū hoīem facere cæleſtē: cætera uniuerſa terræna, hunc ad cæli cōtēplationē rigidū erexit, bipedēq; cōſtituit, ſcilicet ut eadē ſpectaret: unñ illi origo eſt. Illa uero depreſſit ad terrā, ut q̄a nulla his īmortalitatis expectatio ē toto corpore ut in humū ꝓiecta: uētri pabuloq; ſeruirēt. Hoīs itaq; ſolius recta rō, & ſublimis ſtatus & uultus deo pri coīs ac ꝓximus, originē ſuā fictorēq; teſtatur. Eius prope diuina mens: quia non tm̄ aīantum q̄ ſunt in terra: ſed etiā ſui corporis eſt ſortita dominatū, in ſummo capite collocata: tāq̄ in arce ſublimis ſpecula cur oīa & contuetur. Hāc eius aulam deus nō obductā porrectāq; formauit: ut in mutis aīalibus: ſed orbi & globo ſimilem: q; orbis rotunditas perfectæ rationis eſt ac figuræ. Eo igitur mens & ignis ille diuinus tanq̄ cælo tegitur. Cuius cum ſummum faſtigium naturali ueſte texiſſet: priorem

Mens in ſummo capite.

partem

partem quæ dicitur facies, neceſſariis membroꝝ miniſteriis, & inſtruxit pariter: & ornauit. Ac primum oculoꝝ orbes cōcauis foraminibus concluſit, a quo foratu frontem nominatā, V arro exiſtimauit, & eos neq; minus neq; amplius, q̄ duos eſſe uoluit: q; ad ſpēm nullus eſt pfectior numerus q̄ duoꝝ, ſicut & aures duas, quarū duplicitas incredibile eſt quātā pulchritudinē p̄ſeferat: & tū pars utraq; ſimilitudine ornata eſt, tū ut ueniētes altrinſecus uoces facilius colligant'. Nā & forma ipſa mirādū in modū ficta, qd' eaꝝ foramina uoluit ee nuda & inobſepta, qd' & minus decoꝝ, & minus utile fuiſſet, qm̄ ſimpliciū cauernarū anguſtias p̄teruolare uox poſſet: & ſpargi, niſi ꝓceptā per cauos ſinus, & repcuſſu retēta foramina ipſa cōueherent, illis ſimilia uaſculis, qbus īpoſitis ſolent anguſtiora uaſa cōpleri. Eas igit' aures qbus eſt inductū nomē a uocibus hauriēdis. Vnde Virgilius: Vocēq; his auribus hauſi, qa uocē ipſam græci ἀκοὴν uocāt ab auditu per īmutationē līræ, aures uelut audes ſunt noīatæ. Noluit deus artifex mollibus pelliculis informare quæ pulchritudinē demerēt pēdulas atq; flectētes neq; duris ac ſolidis oſſibus ne ad uſum inhabiles eēnt, īmobiles, ac rigentes, ſed qd' eēt hoꝝ mediū excogitauit, ut eas chartilago mollior alligaret, & hēret aptā ſimul & flexibilē firmitatē. In his audiēdi tm̄ officiū cōſtitutū eſt, ſicut in oculis uidēdi. Q uoꝝ p̄cipue inexplicabilis eſt ac mira ſubtilitas, qa eoꝝ orbes gēmaꝝ ſimilitudinem p̄ferētes, ab ea parte qua uidēdū fuit, mēbranis perlucētibus texit: ut imagines reꝝ cōtra poſitaꝝ tanq̄ in ſpeculo refulgētes ad ſenſum intimū penetrarēt. Per eas igit' mēbranas, ſenſus ille qui dicit' mens, ea quæ ſunt foris trāſpicit, ne forte exiſtimes aut imaginū ſimilitudine nos cernere (ut philoſophi dixerūt) qm̄ uidēdi officiū in eo debet ee, qd' uidet, nō in eo quod uidet': aut intētione aeris cū acie, aut effuſiōe radiorū: qm̄ ſi ita eſſet, radiū quē oculis aduertimus uideremus: donec intētus aer cū acie: aut effuſi radii ad id quod uidēdū eſſet peruenirent. Cum aūt uideamus eodē momēto temporis plærūq; uero aliud agētes, nihilominus tñ uniuerſa quæ cōtra ſunt poſita, intueamur: V erius & manifeſtius eſt mentē ee quæ per oculos ea quæ ſunt oppoſita, trāſpiciat q̄ſi p̄feneſtras lucente uitro aut ſpeculari lapide obductas. Et iccirco mēs & uolūtas ex oculis ſæpe dignoſcit'. Q uod qdē ut refelleret Lucretius ineptiſſimo uſus eſt argumēto. Si. n. mens inqt per oculos uidet, erutis & effoſſis oculis magis uideret, qm̄ euulſæ cū poſtibus fores, plus inferunt luminis, q̄ ſi fuerint obductæ. Nimirū ipſi uel potius Epicuro qui eū docuit, effoſi oculi erāt, ne uiderent effoſſos orbes, & ruptas oculorū fibras, & fluentē p uenas ſanguinē, & creſcentes ex uulneribus carnes & obductas ad ultimū cicatrices nihil poſſe lucis admittere. niſi forte auribus oculos ſimiles naſci uolebāt, ut nō tā oculis q̄ foraminibus cernemus, quo nihil ad ſpēm fœdius, ad uſum inutilius fieri pōt. Q uantulū. n. uidere poſſemus, ſi mens ab intimis penetralibus capitis per exiguas cauernarū rimulas attēderet, ut ſi quis uellet trāſpicere per cicutā, non plus ꝓfecto cernat q̄ cicutæ ipſius capacitas cōprēdat. Itaq; ad uidendū mēbris potius in orbē conglobatis opus fuit, ut uiſus in latum ſpargeret', & quæ in primori facie adhærerēt: ut libere poſſint oīa cōtueri. Ergo ieffabilis diuiæ ꝓuidētiæ uirtus fecit duos ſimillimos orbes, eoſq; ita deuinxit: ut nō in totū cōuerti: ſed moueri tm̄ ac flecti cū mō poſſent,

Facies. Oculi. Frons uñ. Aures.

Verg. loc⁹

Chartilago auriū.

Vidēdi uis unde.

Mens per oculos uidet. Oculi mētis indices.

Lucretii locus.

Pupillæ q̄.

Orbes autem ipſos humoris puri ac liquidi plenos eſſe uoluit, in quorum media parte ſcintillæ luminum concluſæ tenerentur: quas pupillas nuncupamus, in quibus puris ac ſubtilibus cernendi ſenſus ac ratio continetur. Per eos igitur orbes ſeipſam mens intendit, ut uideat, miraq; ratione in unum miſcetur & coniungitur amborum luminum uiſus.

¶ Contra eos qui ſenſus falſos eſſe contendunt. Cap. IX.

Oculi fallantur. Furioſis oĩa duplicia uideantur & cur. Ebriis oĩa duplicia uideantur & cur.

LIbet hoc loco illorum reprehẽdere uanitatẽ, qui dum uolunt oſtendere ſenſus falſos eſſe multa colligunt in quibus oculi fallantur, inter quæ illud etiam, quod furioſis & ebriis oĩa duplicia uideantur. Q uaſi uero eius errori obſcura ſit cauſa. Ideo.n. fit: quia duo ſunt oculi. Sed qũo id fiat accipe. Viſus oculoꝝ intentiõe animi cõſtat: Itaq; qm̃ mens (ut ſupra dictum eſt) oculis tanq̃ feneſtris utitur, nõ tm̃ hoc ebriis aut inſanis accidit, ſed etiã ſanis ac ſobriis. Nam ſi aliquid nimis ꝓpius admoueas, duplex uidebitur. Certum eſt enim interuallum ac ſpaciũ quo acies oculorũ coit. Item ſi retrorſum auoces aĩum, quaſi ad cogitandũ & intentionẽ mentis relaxes, cum acies oculi utriuſq; diducit̃, tunc ſinguli uidere incipiũt ſeparatim. Si autem rurſus intendẽs aciemq; direxeris, coit in unũ quicquid duplex uidebat̃. Q uid ergo mirum, ſi mens ueneno ac potentia uini diſſoluta dirigere ſe non poteſt ad uidendum ſicut ne pedes quidem ad ambulandum neruis ſtupeſcentibus debiles? aut ſi uis furoris in cerebrum ſæuiens, concordiam diſiungit oculorum? Q uod adeo uerum eſt, ut luſcis hoĩbus ſi aut inſani aut ebrii fiant, nullo pacto poſſit accidere, ut aliquid duplex uideant. Q uare ſi ratio apparet cur illi falluntur, manifeſtũ eſt non eſſe falſos ſenſus, qui aut non falluntur, ſi ſint puri & integri: aut ſi falluntur, mens tamen non fallitur, quæ illorum nouit errorem.

Senſus nõ eẽ falſos.

¶ Ad oculorum fabricam redit & omnium membrorum habitudinem, ſed ſpecialiter quæ uſq; ad uentrem per cutem apparent. Cap. X.

Oculi uñ.

SEd nos ad dei opa reuertamus. Vt igit̃ oculi munitiores eſſent ab iniuria eos cilioꝝ tegminibus occuluit: unde oculos dictos eẽ Varroni placet. Nam & ipſæ palpebræ quibus mobilitas ineſt, palpitatio uocabulũ tribuit, pilis in ordine ſtãtibus uallatæ, ſeptum oculis decẽtiſſimũ p̃bent. Q uaꝝ motus aſſiduus incõprehẽſibili celeritate cõcurrẽs, & uidẽdi tenorẽ non impedit: & reficit obtutũ. Acies.n. ideſt mẽbrana illa perlucens, quã ſiccari & obareſcere non oportet, niſi humore aſſiduo terſa pureniteat, obſoleſcit. Q uid ipſa ſuperciliorum faſtigia pilis breuibus adornata? Nonne quaſi aggeribus & munimentũ oculis, nequid ſupne incidat: & ſpẽm ſimul præſtãt? Ex quorum confinio naſus exoriẽs, & ueluti equali porrectus iugo, utrãq; aciem ſimul & diſcernit, & munit. Inferius quoq; genaꝝ non indecens tumor in ſimilitudinẽ colliũ leniter exurgens ab omni parte oculos efficit tutiores, prouiſumq; eſt ab artifice ſummo, ut ſi quis forte uehemẽtior ictus extiterit, eminentibus repellat̃. Naſi uero pars ſupior uſq; ad medium ſolida formata eſt. Inferior autem chartilagine adhæret molli ita ut ad uſum digitorum poſſit eſſe tractabilis. In hoc autem quamuis ſimplici membro tria ſunt officia conſtituta. Vnum

Acies quæ

Supercilia

Naſus; Genæ.

ducendi ſpiritus. Alterum capiendi odoris. Tertium ut per eius cauernas purgamenta cerebri defluãt. Q uas ipſe deus q̃ mirabili, q̃ diuina rõne molitus eſt, ut tm̃ hiatus ipſe naſi oris ſpẽm nõ deformaret. Q uod erat plane futurũ, ſi ſimplex foramen pateret. At id uelut pariete per mediũ ducto iterſepſit atq; diuiſit, fecitq; ipſa duplicitate pulcherrimũ. Ex quo itelligit̃ quãtũ dualis numerus una & ſimplici cõpage ſolidatus, ad rerũ ualeat pfectionẽ. Nã cũ ſit corpus unũ, tm̃ totũ ex ſimplicibus mẽbris cõſtare non poterat, niſi ut eſſent partes uel dextræ uel ſiniſtræ. Itaq; ut pedes duo & itẽ manus, nõ tm̃ ad utilitatẽ aliq̃ uſumq; uel gradiẽdi uel faciẽdi ualẽt, ſed & habitũ decorẽq; admirabilẽ cõferũt. Sic & in capite quod totius diuini opis q̃ſi culmẽ eſt, & auditus in duas aures, & uiſus in duas acies, & odoratio in duas nares a ſummo artifice diuiſa eſt, qa cerebrũ in quo ſentiendi rõ eſt, q̃uis ſit unũ, tm̃ in duas partes mẽbrana interueniẽte diſcretũ eſt, ſed & cor quod ſapiẽtiæ domiciliũ uideꝫ, licet ſit unũ duos tm̃ itrinſecus ſinus hẽt, qbus fontes uiui ſanguinis cõtinenꝫ, ſepto intercedẽte diuiſi, ut ſicut in ipſo mũdo ſumma reꝝ uel de ſimplici duplex, uel de duplici ſimplex & gubernat & cõtinet totũ, ita in corpe de duobus uniuerſa cõpacta indiſſociabilẽ p̃tẽderẽt unitatẽ. Oris quoq; ſpecies & rictus ex trãſuerſo patefactus, q̃ utilis, q̃ decẽs ſit, enarrari nõ põt, cuius uſus in duobus cõſtat officiis, ſumẽdi uictus & eloquẽdi. Lingua intus icluſa, quæ uocẽ motibus ſuis in uerbis diſtẽdit, & eſt iterpres animi. Nec tm̃ ſola põt per ſe eloq̃ndi munus implere niſi acumen ſuũ palato illiſerit, niſi adiuta uel offenſiõe dẽtiũ, uel cõpreſſione labioꝝ dẽtes tm̃ plus cõferũt ad loquẽdũ. Nã & ifantes nõ ante icipiũt fari: q̃ dẽtes habuerit: & ſenes amiſſis dẽtibus ita balbutiũt: ut ad ifantia reuoluti denuo eſſe uideanꝫ. Sed hæc ad hoiem ſolũ ptinẽt, aut ad aues, in qbus acuminata & uibrata certis motibus lingua, innumerabiles cãtuum flexiões, & ſonoꝝ uarios modos exprimit. Habet p̃terea & aliud officiũ, quo in oĩbus: ſed tm̃ ſolo in mutis utitur: q; cõtritos & cõmolitos dẽtibus cibos colligit, & cõglobatos ui ſua deprimit, & trãſmittit ad uẽtrẽ. Itaq; Varro a ligãdo cibo putat linguæ nomẽ ĩpoſitũ. Beſtias ẽt potu adiuuat. Protẽta.n. cauataq; hauriũt aquã eãq; cõprehẽſam linguæ ſinu ne tarditate ac mora defluat ad palatũ celeri mobilitate cõplodũt. Hæc itaq; palati cõcauo tanq̃ teſtitudine tegit̃, eãq; dẽtiũ ordine ſepiens deus q̃ſi muro circũuallauit. Dentes aũt ipſos ne nudi ac reſtricti magis horrori q̃ ornamẽto eſſent, gingiuis mollibus quæ a gignẽdis dẽtibus noĩanꝫ, ac deinde labioꝝ tegminibus honeſtauit. Q uoꝝ durities ſicut in molari lapide maior eſt & aſperior, q̃ in cæteris oſſibus, ut ad cõtinendos cibos pabulũq; ſufficerẽt. Labra ipſa quæ q̃ſi ante cohærebant q̃ decenter itercidit, quoꝝ ſupius ſub ipſa medietate uariũ, lacuna quadã leui quaſi ualle ſignauit, inferius honeſtatis gr̃a foras molliter explicauit. Nam qd̃ attinet ad ſaporẽ cãpiẽdũ, falliꝫ q̃ſquis hũc ſenſum palato ineſſe arbitraꝫ. Lingua eſt enim qua ſapores ſentiunꝫ, nec tm̃ tota. Nã partes eius quæ ſunt abutroq; latere teneriores, ſaporẽ ſubtiliſſimis ſenſibus trahũt. Et cũ neq; ex cibo qcq̃, neq; ex potione minuaꝫ: tm̃ inenarrabili modo penetrat ad ſenſum ſapor eadem rõne: qua nihil de quacũq; materia odoris decerpit. Cætera q̃ decora ſint: uix exprimi põt. Deductũ clementer a genis mentũ, & ita inferius cõcluſum, ut acumẽ eius extremũ

Nares.

Dualis numerus ad pfectionẽ multũ ualet.

Cordis duo ſinus.

Os.

Lingua.

Dentes. Senes cur balbutiãt?

Lingua uñ

Gingiuæ.

Labra.

Sapor utr̃ palato an lingua ſentiatur.

Mentum.

Collum. Brachia. Lacerti.

Manus.

Digiti.

Pollex q̄s & unde.

Pectus.

Papillæ.

Venter. Vmbilic⁹.

signare uideatur leuiter impressa diuisio. Rigidum ac teres collum scapulæ uelut mollibus iugis a ceruice dimissæ: ualida & substricta neruis ad fortitudinem brachia insignibus toris extentū lacertoꝝ ingens robur utilis ac decēs flexura cubitorū. Q uid dicā de manibus rōnis ac sapiæ ministris? Q uas sollertissimus artifex plano ac modice cōcauo sinu fictas, ut si qd tenēdū sit apte possit insidere, in digitos terminauit: in qbus difficile est expedire, utꝝ ne spēs an utilitas maior sit. Nā & numerus pfectus ac plenus: & ordo ac gradus decētissimus: & articuloꝝ pariū curuatura flexibilis, & forma unguiū rotūda concauis tegminibus digitoꝝ: fastigia cōprehēdens atq; firmās: ne mollitudo carnis in tenendo cederet, magnū p̄bet ornatū. Illud uero ad usum miris modis habile, q̄ unus a cæteris separatus: cū ipa manu oriē & in diuersum maturius findiē. Q ui se uelut obuiū cæteris p̄bēs oēm tenēdi faciēdiq; rōnē uel solus, uel p̄cipue possidet tanq̄ rector oium atq; moderator. Vnde etiā pollicis nomē accepit, q̄ ui & ptāte iter cæteros polleat. Duos qdē articulos extātes hēt, nō ut alii trinos, sed unus ad manus carnē nectiē pulchritudinis gr̄a. Si. n. fuisset tribus articulis & ipse discretus fœda & indecora spēs ademisset manibus honestatē. Nā pectoris latitudo sublimis & exposita oculis, mirabilē p̄sefert habitus sui dignitatē. Cuius hæc cā'est, q̄ uideē hoiem solū deus uelut supinū formasse. Nā ferē nullū aial iacere in tergum pōt: Mutas aūt aīantes q̄si altero latere iacentes finxisse, atq; ad terrā cōpressisse. Iccirco illis angustū pectus, & ab aspectu remotū, & ad terrā uersus subiectū. Hois aūt patēs & rectū, qa plenū rōnis a cælo datū humile aut indecēs eē non debuit. Papillæ quoq; leuiter eminētes & fuscioribus ac paruis orbibus coronatæ, nō nihil addūt uenustatis, fœminis ad alendos fœtus datæ, maribus ad solū decus, ne informe pectus, & q̄si mutilum uideret. Huic subdita est planicies uētris, quā mediā ferē umbelicus non indecenti nota signat, ad hoc factus, ut per eū fœtus dum est in utero, nutriatur.

¶ De uisceribus & intestinis usq; ad membra genitalia. Cap. XI.

Pulmo aeris capax.

Aura uitalis.

Equiē necessario ut de internis quoq; uisceribus dicere incipiā quibus non pulchritudo, quia sunt abdita, sed utilitas incredibilis attributa est, qm̄ opus fuerat, ut terrænum hoc corpus succo aliquo, de cibis ac potibus aleretur, sicut terra ipsa hymbribus ac pruinis. Prouidentissimus artifex in medio eius receptaculū cibis fecit, quibus concoctis & liquefactis, uitales succos mēbris oibus dispartiret. Sed cū homo constet ex corpore atq; anima, illud quod supra dixi receptaculum soli corpori præstat alimentum, animæ uero aliā sedem dedit. Fecit. n. genus quoddā uiscerum molle atq; rarū, quod pulmonē uocamus, in quod spūs reciproca uicissitudine cōmearet, eumq; nō in uteri modū finxit, ne effunderē simul spūs aut inflaret in simul. Ideoq; ne plenū qdē uiscus effecit: sed inefflabile atq; aeris capax ut paulatim spūm recipet, dū uitalis uētus p illā spargiē raritatē, & eundē rursus paulatim redderet, dū se ex illo explicat. Ipsa. n. uicissitudo flādi & spirādi respirandiq; tractus uitam sustentat in corpore. Q uoniam ergo duo sunt in hoie receptacula, unum aeris quod alit animā, alterum ciborū quod alit corpus, ut flecti ceruix ac moueri facile possit, duas esse per collum fistulas necesse est, cibalē ac spiritalem,

quarum

quarum superior ab ore ad uentrem ferat, inferior a naribus ad pulmonē. Q uaꝝ ratio & natura diuersa est. Ille. n. qui est ab ore trāsitus, mollis effectus ē, & q̄ semper clausus cohæreat sibi: sicut os ip̄m. qm̄ potus & cibus dimota & patefacta gula, qa corpales sunt, spatiū sibi trāsmeādi faciūt. Spiritus contra qui est incorpalis ac tenuis, qa spatiū sibi facere non poterat, accepit uia patentē, quæ uocaē gurgulio. Is constat ex ossibus flexuosis ac mollibus, quasi ex annulis in cicutæ modū in uicem compactis & cohærentibus, patetq; semp hic trāsitus. Nullā. n. regem meandi hēre spūs pōt, qa is qui semp cōmeat, demissa utiliter de cerebro mēbri portione, cui uua nomen est, uelut occursu quodā refrænaē: ne aut teneritudinem domicilii cum impetu ueniēs attracta pæstilenti aura corrūpat, aut totā nocendi uiolentiā, iternis receptaculis p̄ferat. Ideoq; etiā nares breuiter sunt aptæ, q̄ iccirco sic noianē, qa per eas uel odor, uel spiritus nare non desinit. Tamen hæc fistula spiritalis non tm̄ ad nares, ueꝝ quoq; ad os iter patet in extremis palati regiōibus: ubi se folles fauciū spectātes uuā tollere incipiunt in tumorem. Cuius rei cā & rō non obscura est. Loquendi. n. facultatem non haberemus, si sicut gulæ iter ad os tm̄: ita gurgulio ad nares tm̄ pateret. Aperuit igitē uiam uoci diuina sollertia ex illa fistula spiritali, ut posset lingua ministerio suo fungi, & uocis ipsius inoffensum tenorē, pulsibus suis in uerba concidere. Q ui meatus si aliquo mō interceptus sit: mutū faciat necesse est. Errat. n. pfecto quisqs aliā cām putat cur hoies muti sint. Non enim (ut uulgo crediē) uinctā gerunt linguā, sed hi uocalem illū spūm p nares q̄si mugientes p̄fundunt, q̄ uoci trāsitus ad os aut nullus oino est, aut non sic patens ut plenā uocem possit emittere. Q uod plærūq; natura fit, aliqn̄ etiā casu accidit: ut morbo aliquo hic aditus obseptus uocē non trāsmittat ad linguā, faciatq; de loquētibus mutos. Q d' cū acciderit, auditū quoq; obstrui necesse est, ut qa uocem emittere nō pōt ne admittere qdē possit. Loquēdi ergo cā patefactus est hic meatus. Illud quoq; p̄stat, ut in lauacris celebrādis, qa nares colorē ferre non possunt, aer feruens ore ducaē. Itē si forte spiramenta narium frigoris pituita p̄cluserit per os aurā trahere possumus, nec obstructa meādi facultate, spiritus strāguleē. Cibi uero in aluum recepti, & cū potus humore p̄mixti, cū iā calore p̄cocti fuerint, eoꝝ succus inenarrabili modo per membra diffusus, irrigat uniuersum corpus & uegetat. Intestinoꝝ quoq; multiplices spiræ ac longitudo in se conuoluta, & uno tn̄ substricta uinculo q̄ mirificum dei opus est? Nā ubi maceratos ex se cibos aluus emiserit, paulatim p illos internoꝝ anfractus extrudunē, ut quicqd ipsis inest succi, quo corpus aliē membris oibus diuidaē. Et tn̄ nequi forte obhæreāt ac resistāt quod fieri poterat p̄p ipsoꝝ uoluminum flexiones in se sæpe redeuntes, & fieri sine pnicie non poterat: oppleuit ea intrinsecus crassiore succo, ut purgamenta illa uentris ad exitus suos facilius per lubricum niterenē. Illa quoq; ratio subtilissima est, q̄ uesica cuius usum uolucres nō hn̄t, cū sit ab intestinis sepata, nec ullā hēat fistulā, qua ex illis uriná trahat, cōpleē tn̄ & humore distendiē. Id qūo fiat non est difficile p̄uidere. Intestinoꝝ. n. partes, quæ ab aluo cibum potumq; suscipiunt, pātiores sunt q̄ cæteræ spiræ, & multo tenuiores. Hæ uesicā circūplectunē & cōtinent, ad quas partes cum potus & cibus mixta p̄uenerint, simū qdē crassius fit &

Gurgulio quid.

Vua quæ.

Nares un̄.

Muti cur homines.

Muti cur etiā surdi.

Ciboꝝ succus irrigat uniuersū corpus & uegetat. Intestinorum spiræ.

Vesica.

trāſmeat. Hūor aūt oīs p illā teneritudinē pcolat', eūq; ueſica cui⁹æque tenuis ſub tiliſq; mēbrana ē, abſorbet & colligit, ut foras qua natura exitū patefecit: emittat.

¶ De membris conceptionis, & ipius conceptus phyſica rōne. Cap. XII.

Vena genitalis q̄ ſemen continet.

DEutero quoq; & conceptiōe qm̄ de internis loqmur, dici neceſſe eſt, neqd p̄teriſſe uideamur. Q uæ quāq̄ in opto latent, ſenſus tm̄ atq; itelligentiā latere non p̄nt. Vena in marib⁹ q̄ ſemen cōtinet duplex eſt, paulo iterior, q̄ illd' hūoris obſcœni receptaculū. Sicut, n. renes duo ſunt; itemq; teſtes, ita & uenæ ſeminales duæ: in una tm̄ cōpage cohærentes, qd'ui demus in corpib⁹ aialiū, cū interfecta patefiūt. Sed ille dexterior maſculinū conti net ſemen, ſiniſterior fœminū, & iō in toto corpe ps dextra maſculina eſt; ſiniſtra uero fœminina. Ip̄m ſemen qdem aiūt ex oī corpe ad uenā genitalē cōfluere, ibiq; concreſcere. Sed hoc hūana mens qūo fiat, non pōt comp̄hendere. Itē in fœminis uterus in duas ſe diuidit ptes, q̄ in diuerſum diffuſæ ac reflexæ circūplicant', ſicut arietis cornua. Q uæ pars in dextrā retorquet', maſculina eſt, q̄ in ſiniſtrā fœmina. Conceptū igit' Varro & Ariſto. ſic fieri arbitrant'. Aiūt non tm̄ marib⁹ ineſſe ſemen, uerū etiā fœminis & inde plerūq; matrib⁹ ſimiles p̧creari, ſed ea⁊ ſemen ſanguinem eſſe purgatū. Q ui ſi recte cū uirili mixtū ſit, utraq; concreta, & ſimul coagulata informari. Et primum qdē cor hoīs confingi, q̧ in eo ſit & uita hoīs, & ſapia. Deniq; totum opus q̄ drageſimo die conſumari. Ex abortionibus hæc fortaſſe collecta ſunt. In auiū tm̄ fœtibus primū oculos fingi dubiū nō eſt: qd' in ouis ſæpe deprehendimus. Vñ fieri non poſſe arbitror: qn fictio a capite ſumat exordiū.

Semen genitale.

Vterus muliebris. Cōceptus qūo fiat.

Semē ſanguis purgatus. Cut hoīs primum figuratur.

Similitudines aūt in corpibus filio⁊ ſic fieri putāt. Cū ſemina inter ſe pmixta coaleſcāt, ſi uirile ſupauerit, p̄ri ſimilē p̧uehi ſiue mrem ſeu fœminā. Si muliebre p̄ualuerit: p̧geniē cuiuſq; ſexus ad imaginem rñdere maternā. Id aūt p̄ualet e duobus qd' fuerit uberius. Alterū, n. quodāmodo amplectit' ac includit. Hinc plerūq; fieri ſolet, ut unius tm̄ liniamēta p̄tendāt. Si uero æqua fuerit ex pari ſemēte pmixtio, figuras quoq; miſceri, ut ſoboles illa cōis aut neutrū referre uideat'. qa totū ex altero non habet, aut utrunq; qa partem de ſingulis mutuata eſt. Nā in corpibus aialiū uidemus aut confundi parentū colores: ac fieri tertiū neutri gn̄antiū ſimile: aut utriuſq; ſic exprimi, ut diſcoloribus membris p̧oē corpus cōcors mixtura uarieť.

Fliox ſimilitudines unde.

Semimares unde.

Diſpares quoq; naturæ hoc mō fieri putant', cum forte in læuā uteri p̄tē maſculiæ ſtirpis ſemē inciderit marē qdē gigni opinatio eſt. Sed qa ſit in fœminina pte cōceptus: aliqd in ſe hr̄e fœmineū, ſupra q̄ decus uirile patiat': uel formā inſignē, uel nimiū cādorē, uel corpis læuitatē, uel arctus delicatos: uel ſtaturā breuē, uel uocē gracilē, uel aium imbecillū, uel ex his plura. Itē ſi p̄tē in dextrā ſemen fœminini ſexus influxerit, fœminā qdē p̧creari, ſed qm̄ in maſculia p̄te cōcepta ſit hr̄e in ſe aliq̄d uirilitatis, ultra q̄ ſexus rō pmittat: aut ualida mēbra aut īmoderatā lōgitudinē, aut fuſcū colorē, aut hiſpidā faciē, aut uultū indecox, aut uocē robuſtā: aut aium audacē: aut ex his plura. Si uero maſculinū in dexterā, fœmininū ī ſiniſtrā p̄uenerit utroſq; fœtus recte p̄uenire, ut & fœminis p̧oia naturæ ſuæ decus cōſtet & maribus tā mēte q̄ corpe robur uirile ſeruet'. Illd' uero ip̄m q̄ mirabile cōſtitutū a deo eſt: qd' ad cōſeruationē gener⁊ ſingulo⁊ duos ſexus maris ac fœmiæ machinatus eſt, quibus

Virāgines unde.

Sexus duo cur.

eſt, quibus inter ſe per uoluptatis illecebras copulatis ſucceſſiua ſoboles pareret': ne oē genus uiuētiū cōditio mortalitatis extingueret. Sed plus roboris maribus attributū ē, quo facili⁹ ad patiētiā iugi maritalis fœmiæ cogerent'. Vir itaq; noiatus eſt, q̧ maior ī eo uis ē q̄ ī fœmia, & hic uirtus nomē accepit. Itē mulier (ut Varro interp̄rat') a mollicie ē dicta īmutata & detracta l̄ra, uelut mollier. Cui ſuſcepto fœtu cū p̧tus appropinq̄re iā cœpit, turgeſcētes iā māmæ dulcib⁹ ſuccis diſtēdunt': & ad nutrimēta naſcētis fontibus lactis fœcūdū pectus exuberat. Nec. n. decebat aliud q̄ ut ſapiēs aial a corde alimoniā duceret. Idq; ip̄m ſollertiſſime cōparatū ē, ut cādēs ac pinguis humor teneritudinē noui corpis irrigaret, donec ad capiēdos fortiores cibos, & dētib⁹ iſtruat', & uirib⁹ roboret'. Sed redeamus ad p̧poſitū, ut cætera quæ ſupſunt, breuiter explicemus.

Vir unde? Virt⁹ unde Mulier uñ

Lactis alimonia.

¶ Cōtra illos q per uoluptatē mēbris genitalibus abutunt', & ſubdītor⁊ mēbro⁊ forma. Cap. XIII.

PEterā nūc ego ip̄o⁊ quoq; genitaliū mēbro⁊ mirificā rōnem tibi exponere: niſi me pudor ab hmōi ſermōe reuocaret. Itaq; a nobis indumēto uerecūdiæ q̄ ſūt pudēda uelent'. Q d' ad hāc rē attinet, quæri ſatis eſt, hoīes ip̄os ac p̧phanos ſumū nefas admittere q di uinū & admirabile dei opus ad p̧pagādā ſucceſſionē iexcogitabili rōne p̧uiſū, & effectū: uel ad turpiſſimos q̄ſtus, uel ad obſcœnæ libidinis pudēda opa cōuertūt, ut iā nihil aliud ex re ſāctiſſima petār, q̄ ianē & ſterilē uoluptatē. Q uę reliq corpis ptes nō carēt rōne ac pulchritudine. Cōglobata ī nates caro q̄ ſe dēdi officio apta & eadē firmior q̄ ī cæteris mēbris, ne p̄mēte corpis mole oſſibus cederet. Item feminū deducta: & latiorib⁹ toris ualida lōgitudo quo facilius onus corpis ſuſtineret, q̄ paulatim deficientem in anguſtū genua determināt, quox de centes nodi flexurā pedibus ad gradiendū, ſedendūq; aptiſſimā p̄bēt. Itē crura nō æquali mō ducta, ne idecens hītudo deformaret pedes, ſed teretibus ſuris clementer extātibus ſenſimq; tenuatis, & firma ſūt & ornata. In plātis uero eadē qdē: ſed tm̄ lōge diſpar q̄ ī māibus rō eſt. Q uæ qm̄ totius opis q̄ſi fundamēta ſūt mirificus eas artifex nō rotūda ſpecie, ne hō ſtare nō poſſet, aut aliis ad ſtādū pedib⁹ indigeret, ſicut q̄drupedes: ſed porrectiores lōgioreſq; formauit, ut ſtabile corpus efficerent planicie ſua. Vñ illis iditū nomen eſt. digiti æquæ totidē quot in māib⁹ ſpēm magis q̄ uſū p̄ferentes. Ideoq; & iūcti & breues, & gradatim cōpoſiti. Q uox qui eſt maxius, qm̄ illū ſicut ī manu diſcerni a cæteris opus nō erat, ita ī ordinem redactus ē, ut tm̄ ab aliis magnitudīe ac modico iteruallo diſtare uideat'. Hæc eox ſpecioſa germanitas, nō leui adiumēto niſū pedū firmat. Cōcitari. n. ad curſū nō poſſum⁹ niſi digitis ī humū preſſis, ſoloq; nitētib⁹, ipetū ſaltūq; capiam⁹. Explicaſſe uideor oīa, quox rō intelligi p̄ōt. Nūc ad ea uenio, q̄ uel dubia uel obſcura ſunt:

Nates.

Femen.

Crura.

Plantæ q̄ & unde.

¶ Q uod de multis quæ ſunt in corpore ratio ſciri nequit. Cap. XIIII.

MVlta cē cōſtat in corpe, quox uim rōnēq; p̧ſpicere nemo niſi qui fecit, p̄ōt. An aliqs enarrare ſe putat poſſe, qd utilitatis: qd effectus habeat tenuis mēbrana illa plucēs, q̄ circūnectit' alu⁹ ac tegit'? Q uid renum gemina ſimilitudo? Q uos ait Varro ita dictos, q̄ſi riui ab his obſcœni hūoris oriant' qd' eſt lōge ſecus: qa ſpiæ alrinſecus ſu-

Renes qui & unde.

pini cohærent, & sunt ab intestinis separati. Quid splen? quid iecur? quid uiscera quasi ex conturbato sanguine uidentur esse concreta? Quid fellis amarissimus liquor? Quid globus cordis qui unus sanguinis fons est? Nisi forte illis credēdum putabimus, qui affectū iracūdiæ in felle constitutū putāt, pauoris in corde, letitiæ in splene. Ipsius autem iecoris officium uolunt esse, ut cibos in aluo cōcoquat amplexu & calefactu suo, quidam libidines rerum uenerearum in iecore contineri arbitrantur. Primum ista perspicere acumen humani sensus non potest, quia horū officia in operto latent nec usus suos patefacta demonstrant. Nam si ita esset, fortasse placidiora quæq; animalia uel nihil fellis omnino, uel minus haberent q̄ feræ, timidiora plus cordis: salaciora plus iecoris, lasciuiora plus splenis habuissent. Sicuti igitur nos sentimus audire auribus oculis cernere, naribus odorare, ita profecto sentiremus nos felle irasci, iecore cupere: splene gaudere. Cum autem unde affectus isti ueniant, minime sentiamus, fieri potest ut aliunde ueniāt, & aliud uiscera illa q̄ suspicamur, efficiant. Nec tñ conuincere possumus falsa illos qui hæc disputant dicere. Sed oīa quæ ad motus animi animæq; pertineant: tam obscuræ altæq; rōnis esse arbitror, ut supra hoiem sit ea liquido peruidere: Id tamen certū & indubitatum esse debet: res tot: tanta uiscerum genera: unum & idem habere officium, ut animam contineant in corpore. Sed quid proprie singulis neruis sit iniunctum, quis scire nisi artifex potest, cui soli opus suum notum est.

Fel iracundiæ affectū cōtinet
Cor sedes pauoris.
Splen lætitiæ sedes.
Iecoris officium.

De obscura uocis ratione. Cap. XV.

Vox quid.
Verba uñ.

DE uoce aūt quā rōnem reddere possumus? Grāmatici quidē ac philosophi uocē esse definiūt, aerē spiritu uerberatū. Vnde uerba sunt nuncupata, quod pspicue falsum est. Nō. n. uox extra os gignit: sed intra. Et ideo uerisimilior est illa snīa. stipatum spūm cum obstantia fauciū fuerit illisum sonum uocis exprimere, ueluti cū in patētem cicutam labroq; subiectā dimittimus spūm & is cicutæ cōcauo repcussus ac reuolutus a fundo dū descendentē occursu suo reddit, ad exitum nitēs sonum gignit, & in uocalē spūm resiliens per se uentus aīatur. Quod quidē an uerū sit, deus artifex uiderit. Videt enim nō ab ore, sed ab intimo pectore oriri. Deniq; & ore clauso, & naribus emittitur sonus qualis pōt. Præterea ex maximo spiritu quo anhelamus, uox nō efficitur, & leui & non coartato spiritu quoties uolumus efficitur. Non est igit cōprehensum quomodo fiat, aut quid sit oīno. Nec me nunc in academiæ snīam delabi putes, quia nō oīa sunt incōprehensibilia. Vt. n. fatendū est multa nesciri quæ uoluit deus intelligētiā hois excedere, sic tñ multa esse quæ possint & sensibus percipi, & ratione comprehendi. Sed erit nobis cōtra philosophos integra disputatio. Conficiamus igitur spacium quo nunc decurrimus.

Vbi sit mentis sedes, & qua ratione corpori coniungatur Cap. XVI.

Mentis sedes.

MEntis quoq; rōnē incōprehēsibilē eē qs nesciat, nisi qui oīno illā nō habet, cū ipsa mēs quo loco sit aut cuiusmodi nesciat? Varia ergo a pḥis de natura eius ac loco disputata sunt. Ac ego nō dissimulabo quid ipse sentiam, non qa sic eē affirmē (quod est insipiētis in re dubia facere) sed ut exposita rei difficultate itelligas quāta sit diuinoq;

operum

operum magnitudo. Quidā sedē mentis in pectore esse uoluerūt: quod si ita est: quanto tādem miraculo dignū est rem in obscuro ac tenebroso habitaculo sitam: ui tāta rationis atq; intelligētiæ luce uersari: tum q̄ eā sensus ex oī corporis parte conueniūt. ut in qualibet regione membroq; præsens esse uideat. Alii sedem eius i cerebro esse dixerūt. Et sane argumētis probabilibus usi sūt, oportuisse scilicet qd totius corporis regimen haberet, potius in summo tanq̄ in arce habitare, nec qcq̄ esse sublimius, q̄ id quod uniuersum rōne moderet: sicut ipe mundi dñs et rector in summo est. Deinde q̄ sensus omnis: ideſt audiēdi, & uidendi & odorandi mini stra membra in capite sunt locata: quorum oīum uiæ non ad pectus se ad cerebrū ferāt. Alioqui necesse nos esset tardius sentire donec sentiendi facultas longo itinere per collum ad pectus usq; descenderet? Hi uero aut non multum, aut fortasse non errant. Videtur enim mens quæ dominatum corporis tenet in summo capite constituta, tanq̄ in cælo deus. Sed qñ in aliqua sit cogitatiōe commeare ad pectus, & quasi ad secretū aliquod penetrale secedere, ut consilium tanq̄ ex thesauro recōdito eliciat ac proferat. Ideoq; cum intenti ad cogitandum sumus, & cū mens occupata in altum se abdiderit neq; audire quæ circū sonant: neq; uidere quæ obstēt solemus. Id uero siue ita est admirādum profecto est quomodo id fiat: cum ad pectus ex cerebro iter patear: Siue aūt nō, hoc tñ nihilominus admirādum est, q̄ diuina nescio qua ratione fiat: ut ita esse uideat. An pōt aliqs non admirari, q̄ sensus ille uiuus atq; cælestis, qui mens uel animus nuncupantur, tantæ mobilitatis est, ut ne tum quidem cum sopitus est conquiescat, tantæ celeritatis, ut uno temporis pūcto cælum omne collustret, si uelit, maria peruolet, terras & urbes peragret. Oīa deniq; quæ libuerit quāuis longe lateq; summota sint, in conspectu sibi ipe constituat. Et miratur aliquis si diuina mens dei per uniuersas mundi partes intenta discurrit, & omnia regit, omnia moderatur: ubiq; presens ubiq; diffusa? cum tāta sit uis ac ptās mentis humanæ intra mortale corpus inclusæ: ut ne septis quidem gratuis huius ac pigri corporis cui illigata est: coherceri ullo pacto possit, quominus sibi liberam uagandi facultatem quietis ipatiens largiat? Siue igit in capite mēs habitat: siue in pectore, pōt ne aliqs cōprehendere quæ uis rōnis efficiat, ut sensus ille incōprehensibilis aut in medulla cerebri hæreat: aut in illo sanguine bipartito q est inclusus in corde: ac non ex eo ipso colligat quāta sit dei ptās, q̄ animus seipm non uidet: aut qualis aut ubi sit: nec si uideat tamen pspicere possit: quo pacto rei corporali res incorporalis adiuncta sit. siue etiā mentis locus nullus est: sed per totum corpus sparsa discurrit: & quod etiā fieri pōt, & a Xenocrate Platōis discipulo disputatum est. Siquidem sensus in qualibet parte corporis prēsto est nec quid sit mens, nec qualis intelligi potest cum sit natura tam subtilis ac tenuis, ut solidis uisceribus infusa uiuo & quasi ardenti sensu membris omnibus misceat. Illud autem caue, ne unq̄ simile ueri putaueris quod Aristoxenus dixit mentē omnino nullam eē sed quasi harmoniā in fidibus ex constructiōe corporis & compagibus uiscerum uim sentiendi existere. Musici enim intentionem concentumq; neruorum in integros modos sine ulla offensione consonantium harmoniam uocant. Volunt igitur animum simili ratione constare in homine qua concors modulatio

Mentis sedes in summo capite.
Animi celeritas.
Mētis nulla certa sedes.
Aristoxeni snīa refellitur.
Mens quasi in fidibus harmonia.
Harmōia quid.

constat in fidibus, scilicet ut singularum corporis partium firma coniunctio mẽbrorũq; oĩum consentiens in unum uigor motum illum sensibilem faciat animũq; cõcinnet, sic ut sunt nerui bene intenti ad conspirantẽ sonum. Et sicuti ĩ fidibus cũ aliqd aut interceptũ, aut relaxatũ est, omnis canendi ratio turbat᷑ & soluit᷑: ita in corpore cũ pars aliqua membroꝝ duxerit uitiũ destrui uniuersa: corruptisq; omnibus atq; turbatis, occidere sensum, eãq; mortẽ uocari. Verũ ille si quieq̃ mẽtis habuisset: nõ harmoniam de fidibus ad hominem transtulisset. Nõ enim canere sua spõte fides possunt, ut sit ulla in his comparatio ac similitudo uiuẽtis. Animus aũt sua sponte & cogitat & mouet᷑. Quod si qd in nobis harmoniæ simile esset: ictu moueretur externo, sicut nerui manibus qui sine tactu artificis pulsuq; digitorum muti atq; inertes iacent. Sed nimirum pulsandus ille manu fuit: ut aliquando sentiret, quia mens eius ex membris male compacta torpebat.

Mors qd ex Aristoxeno.

¶ Quod anima sit æterna, & quid sit secundum philosophorum uarias opiniones. Cap. XVII.

Animã eẽ immortalem.

SVperest de anima dicere. q̃q̃ percipi ratio eius & natura non possit. Nec ideo tñ imortalẽ esse animã non itelligimus: qm̃ quicqd uiget, moueturq; p se semper: nec uideri aut tangi potest: æternũ sit necesse ẽ. Quid aũt sit anima nondũ inter philosophos conuenit: nec unq̃ fortasse cõueniet. Etenim alii sanguinem esse dixerũt, alii ignem: alii uentum, unde anima uel animus nomen accepit, quod græce uentus ἄνεμος dicitur. nec illorum tamen quisq̃ dixisse aliquid uidetur. Non enim si anima sanguine aut per uulnus effuso: aut febrium calore consumpto uidetur extingui: continuo in materia sanguinis animæ ratio ponenda est, ueluti si ueniat in quæstionem. Lumen quo utimur quid sit, & respondeatur oleum esse, quo consumpto illo lumen extinguitur: cum sint utiq; diuersa: sed alterum sit alterius alimentum. Videtur ergo anima similis esse lumini quæ non ipsa sit sanguis sed humore sanguinis alitur: ut lumen oleo. Qui autem ignem putauerunt hoc usi sunt argumento, qd̃ p̃sente anima corpus caleat, recedente frigescat. Sed ignis & sensu indiget, et uidetur, & tactu cõburit. Anima uero & sensu aucta est & uideri nõ põt, & nõ adurit.

Aĩa ĝd & unde.

Sanguis aĩa nõ est.

Aĩa quid ex Varrõe.

Vñ apparet animã nescio quid esse deo simile. At illi q uentũ putãt, hoc fallũtur, q; ex aere spiritũ ducentes: uiuere uideamur. Varro itaq; definit. Anima est aer cõceptus ore, deferuefactus i pulmone, tepefactus in corde, diffusus in corpus. Hęc aptissime falsa sunt. Neq; enim tam obscurã nobis huiusmodi dico esse rõnem, ut ne hoc quidem intelligamus, quid uer᷒ esse non possit. An si mihi qs dixerit æneũ esse cælũ, aut uitreũ (ut Empedocles ait) aerem glaciatũ, statim ne assentiar: quia cælum ex qua materia sit ignorem? Sicut enim, hoc nescio: ita illud scio. Anima ergo non est aer ore conceptus: quia multo prius gignitur anima quam concipi aer ore possit. Nõ enim post partũ, insinuat᷑ in corpus (ut quibusdã philosophis uidetur) sed post conceptũ protinus: cum fœtum in utero necessitas diuina formauit: quia adeo uiuit intra uiscera genitricis: ut & in cremento augeatur: & crebris pulsibus gestiat emicare. Denique abortum fieri necesse est, si fuerit animal intus extinctum. Cæteræ definitionis partes eõ spectãt, ut illis nouem mensibus quibus in utero

Cælũ qd.

in utero fuimus, mortui esse uideamur. Nulla ergo ex his tribus uera sentẽtia est. Nec tamen in tantum falsos esse dicendum est qui hæc senserunt, ut omnino nihil dixerint. Nam & sanguine simul & calore, & spiritu uiuimus. Sed cum cõstet anima in corpore omnibus adunatis, non expresserũt proprie quid esset: quia tam nõ potest exprimi q̃ uideri.

¶ Vtrum animus & anima sint idem. Cap. XVIII.

Aĩus & aĩa sunt idem.

SEquitur alia & ipsa inextricabilis quæstio. Idem ne sit anima & animus, an uero aliud sit illud quo uiuimus, aliud autem quo sentimus & sapimus. Non desunt argumenta in utranq; partẽ. Qui enim unũ esse dicunt, hanc rationem sequuntur: q; neq; uiui sine sensu possit, nec sentiri sine uita, ideoq; esse non posse diuersum id quod non potest separari, sed quicquid est illud: & uiuendi officium, & sentiendi habere rationem. Iccirco animum & animam indifferenter appellant duo epicurei poetæ. Qui autem dicunt esse diuersa: sic argumentantur ex eo posse intelligi aliud esse mentem: aliud esse animam: quia incolumi anima mens possit extingui, quod accidere soleat insanis. Item q; anima morte sopiatur, animus somno. Et quidem sic, ut non tantum quid fiat, aut ubi sit ignoret, sed etiam rerum falsarum contemplatione fallatur. Quod quomodo ipsum fiat: non potest præuideri: cur fiat potest. Nam requiescere nullo pacto possumus nisi mens uisionum imaginibus occupata teneatur. Latet autem mens oppressa somno tanq̃ ignis obducto cinere sopitus: quẽ si paulum commoueris rursus ardescit & quasi euigilat. Auocatur ergo simulacris donec membra sopore irrigata uegetentur: Corpus enim uigilante sensu licet iaceat imobile, tamen non est quietum, quia flagrat in eo sensus, & uibrat ut flamma & arctus omnes ad se astrictos tenet. Sed postq̃ mens ad contemplandas imagines ab intentione traducta est, tunc demum corpus omne resoluitur inquietem. Traducitur autem mens cogitatione cæca cum cogentibus tenebris secum tantũmodo esse cœperit, dum intenta est in ea, de quibus cogitat, repente somnus obrepit, & in species proximas sensum ipsa cogitatio declinat. Sic ea quæ sibi ante oculos posuerat uidere quoq; incipit. Deinde procedit ulterius: & sibi auocamenta inuenit: ne saluberrimam quietem corporis iterrumpat. Nam ut mens per diem ueris uisionibus auocatur, ne obdormiat, ita falsis ne excitetur. Nam si nullas imagines cernat, aut uigilare illam necesse est, aut perpetua morte sopiri. Dormiendi ergo causa tributa est a deo ratio somniandi: & quidem in commune uniuersis animantibus. Sed illud homini præcipue q; cum eam rationem deus quietis causa daret facultatem sibi reliquit docendi hominem futura per somnium. Nam & historiæ sæpe testantur extitisse somnia: quorum præsens & admirabilis fuerit euentus, & responsa uatum nostrorum ex parte somnii constiterunt. Quare neq; semper uera sunt, neq; semper falsa Virgilio teste, qui duas portas uoluit esse somniorum. Sed quæ falsa sunt dormiendi causa uidentur: quæ uera immituntur a deo ut imminens bonum aut malum hac reuelatione discamus.

Lucretii locus.

Aĩa ab aĩo diuersa.

Somnicã.

Somniãdi ratio.

Somnia in terdũ uera

¶ De origine animæ an sit. Cap. XIX.

Aĩa an ex pfe an ex matre ge neretur.

ILlud quoq; in quæstiõem uenire põt. Vtrum ne anima ex patre an potius ex matre. An uero ex utroq; gñetur. Sed ego id meo iure ab ancipiti uendico. Nihil.n. ex his tribus uerũ est, qa neq; ex utroq;, neq; ex alterutroq; seruntur animæ. Corpus.n. ex corporibus nasci potest, qm̃ confertur aliquid ex utroq;. De animis anima nõ põt, qa ex re tenui & incõprehensibili nihil potest decidere. Itaq; serendarum animarum ratio uni ac soli deo subiacet. Denicq; cælesti sumus omnes semine oriundi. Omnibus idem ille pater est ut ait Lucretius. Nam de mortalibus non potest quicq̃ nisi mortale generari. Nec putari pater debet: qui transfudisse aut ispirasse animam de sua nullo modo sentit, nec si sentiat quãdo tamẽ aut quomodo id fiat, habeat animo comprehensum. Ea quo apparet non a parentibus dari animas, sed ab uno eo dẽq; oium deo patre, q legem rõnemq; nascẽdi tenet solus: siquidẽ solus efficit: nã terreni parẽtis nihil est nisi ut humorẽ corporis in quo est materia nascẽdi cũ sensu uoluptatis emittat uel recipiat: & citra hoc etiã opus humoris istius homo resistit: nec amplius quicq̃ põt, ideo nasci sibi filios optãt, quia non ipsi faciũt. Cætera iã dei sunt opera scilicet conceptus ipse, & corporis informatio, & inspiratio animæ, & partus incolumis: & quæcunq; deinceps ad hoiem conseruandũ ualẽt, illius munus est q, spiramus: q, uiuimus, q, uigemus. Nam præter q̃ q, ipsius benefi cio incolumi sumus corpore: & q, uictũ nobis ex uariis rebus subministrat sapiẽtiã quoq; homini tribuit: quã terrænus pater nullo modo dare potest. Ideoq; & de sapiẽtibus stulti: & de stultis sapiẽtes sæpe nascuntur, quod quidam fato ac sideribus assignant. Sed non est nunc locus de fato disserendi. Hoc dicere satis est, q, ẽt si astra efficientiam rerum continent, nihilominus omnia a deo fieri, qui astra ipa & fecit, & ordinauit. Inepti ergo qui hanc potestatem deo detrahunt: & operi eius attribuũt. Hoc igitur dei munere cælesti atq; præclaro an utamur in nostra uoluit esse ptãte. Hoc enim concesso ipsum hominem uirtutis sacramẽtis religauit, quo uitã posset adipisci. Dedit ei & constituit aduersarium nequissimũ & fallacissimũ spiritum, cũ quo in hac terrestri uita sine ulla securitatis requie dimicaret. Cur aũt deus hunc uexatorem generi hominum constituit breuiter exponam.

in generatione, offi tini trenq; parẽtũ

Conceptus et fœtus Dei est

Sapientũ filii cur aliquãdo stulti.

Stultorũ filii cur aliquando sapientes.

¶ Cur deus dedit spiritum temptatorem. Cap. XX.

ANte oĩa diuersitatem uoluit esse: ideoq; uulgo non aperuit ueritatẽ: sed eã paucissimis reuelauit, quæ diuersitas oẽ arcanũ mundi continet. Hæc est enim quæ faciat uirtutẽ. quæ scilicet non mõ non eẽt: sed ne appareret qdẽ. quia uirtus esse nõ poterit: nisi fuerit compar aliqs. In quo superãdo uim suã uel exerceat, uel ostẽdat. Nam ut uictoria constare sine certamine non põt, sic nec uirtus quidẽ ipsa sine hoste. Ita qm̃ uirtutem dedit homini: statuit ei econtrario inimicũ, ne uirtus ocio torpens naturã suã pderet. Cuius ois ratio in eo est: ut cõcussa & labefacta firmet: nec aliter ad summũ fastigiũ possit uenire, nisi trudenti manu semp agitata: se ad salutem suã dimicandi tenore fundauerit. Noluit enim deus hoiem ad immortalem illã beatitudinem delicato itinere puenire. Daturus ergo uirtutem: dedit hostem prius: qui animis hominũ cupiditates: & uitia imitteret, q, eẽt author erroꝝ: malorũq; oium machi

Virtꝰ ocio torpescẽs nãm suam perdit.

machinator, ut quoniam deus hominem ad uitam uocat, ille cõtra ut rapiat & traducat ad mortem. Hic est qui aut inducit aut decipit eos: qui ueritati studeant: aut si dolo & studiis non quiuerit: uirilem gerit animam, qua sublimium uigorem labefactare conetur: infanda dictu & execrabili moliens, uexat interficit, & tamen ut prosternit multos: sic a multis uictus prostratusque discedit. Magna est enim uis hominis, magna ratio, magnum sacramentum. A quo siquis non defecerit, nec fidem suam deuotionemq; prodiderit: hic beatus: hic denique (ut breuiter finiam) similis deo sit necesse est. Errat enim quisquis hominem carne metitur. Nã corpusculum quo induti sumus: hominis receptaculum est. Nam ipe homo neq; tangi, neque aspici: neque comprehendi potest: quia latet intra hoc quod uidetur. Qui si delicatus ac tener in hac uita aliter fuerit q̃ ratio eius exposcit: si uirtute cõtempta desideriis se carnis addixerit, cadet & premetur in terram. Si autem (ut debet) statum suum quem rectum recte sortitus est, & prompte constanterque defenderit, si terræ quam calcare ac uincere debet: non seruierit uitam merebitur sempiternam.

Homo nõ est id qd̃ uidetur.

¶ Operis conclusio: & ueritatem superari non posse. Cap. XXI.

HEc ad te Demetriane interim paucis & obscurius fortasse q̃ decuit: pro rerum ac temporis necessitate peroraui: quibus cõtentus esse debeas. Plura & meliora laturus, si nobis indulgentia cælitus uenerit: tunc & ego te ad ueræ philosophiæ doctrinam & planius & uerius cohortabor. Statui enim quam multa potero literis tradere quæ ad uitæ beatæ statum spectent. Et quidem cõtra philosophos: quoniam sunt ad perturbandam ueritatem pnitiosi & graues. Incredibilis est enim uis eloquentiæ: & argumentandi differendiq; subtilitas: quemuis facile decepit quos partim nostris armis: partim uero ex ipsorum inter se cõcertatione sumptis reuincemus ut appareat eos induxisse potius errorem q̃ sustulisse. fortasse mireris, q, tãtum facinus audeam. Patiemur ne igitur extingui aut opprimi ueritatem? Ego uero libentius uel sub hoc onere defecerim. Nam si. M. Tullius eloquentiæ ipsius unicum exemplar ab indoctis & ineloquentibus quia tamen pro uero nitebantur: sæpe superatus est. Cur desperemus ueritatem ipsam contra fallacem captiosamq; facundiam, sua propria ui & claritate ualituram? Illi quidem se patronos ueritatis profiteri solent. Sed quis potest eam rem defendere: quam non didicit? aut illustrare apud alios quam ipse non nouit? Magnum uideor polliceri, sed cælesti opus est munere, ut nobis facultas ac tempus ad proposita persequenda tribuatur. Quod si uita est optanda sapienti, profecto nullam aliam ob causam uiuere optauerim: q̃ ut aliquid efficiam, quod uita dignum sit: & quod utilitatem legentibus, & si non ad eloquentiam, quia tenuis in nobis facundiæ riuus est, ad uiuendum tamen afferat: quod est maxime necessarium. Quo perfecto: satis me uixisse arbitrabor: & officium hominis implesse, si labor meus aliquos homines ab erroribus liberatos, ad iter cæleste direxerit.

M. Tulliꝰ ab ineloquentibus superatus.

¶ L. Cœ. Lactantii Firmiani Liber de opificio dei Finit.

¶ L. Cœlii Lactãtii Firmiani, Diui. inſt. Epitome acephalos ætate etiam Hieronymi.

Iuſtitia imaginem habet ſtultitiæ.

Iuſtus idẽ ſapiens.

Stulti cur peccant.

Animæ interitus.

NAm ſi iuſtitia eſt ueri dei cultus, qd enim tam iuſtum ad æquitatem, tã pium ad honorem, tã neceſſarium ad ſalutem, q̃ deum cognoſcere ut parentem, uenerari ut dñm: eiuſq; legi aut p̃ceptis obtemperare? Neſcierunt ergo iuſtitiã philoſophi. qa nec ip̃m deum agnouerunt, & ideo refelli potuerunt a Carneade, cuius hęc fuit diſputatio. nullum eſſe ius naturale. Itaq; omnes animãtes ip̃a ducẽte natura commoda ſua defendere, & ideo iuſtitiã: ſi alienis utilitatibus conſulet ſuas negliget: ſtultitiã eſſe dicendam. Q uod ſi omnes populi penes quos ſit imperium: ip̃iq; Romani q orbem totum poſſederent, iuſtitiã ſeq uelint: ac ſuum cuiq; reſtituere, quod ui & armis occupauerunt ad caſas et egeſtatem reuertent. Q uod ſi fecerint: iuſtos dicemus qdem, ſed tñ ſtultos iudicare neceſſe eſt: q ut aliis p̃ſint: ſibi nocere contendãt. Deinde ſi reperiat aliqs hominem, q aut aurũ pro aurichalco: aut argentum pro plũbo uendat p errorem, atq; id emere neceſſitas cogat: utrũ diſſimulabit & emet paruo, an potius indicabit? iuſtus utiq; dicet: qa non fefellit, ſed idem ſtultus q alteri fecerit lucrũ: ſibi damnum. ſed facile de dãno eſt. Q uid ſi uita eius in periculũ ueniet: ut eum aliquãdo neceſſe ſit aut occupare, aut mori: qd faciet? Poteſt hoc euenire: ut naufragio facto inueniat aliquem imbecillem tabulæ inherentẽ: aut uicto exercitu fugiens: reperiat aliquem uulneratum equo inſidentem, utrũ ne aut illũ tabula, aut hunc equo deturbabit, ut ip̃e poſſit euadere? Si uolet iuſtus eſſe nõ faciet. ſed idem ſtultus iudicabit: q dum alterius uitæ parcit: ſuã p̃det. Si faciet qdẽ ſapiens uidebit: qa ſibi conſulet, ſed & idem malus: quia nocebit. Acuta iſta ſanẽt: ſed reſpondere ad ea facile poſſumus. Imitatio. n. nominum facit ut ſic eſſe uideatur. Nã & iuſtitia imaginem habet ſtultitiæ: nõ tñ eſt ſtultitia. Et malitia imaginẽ ſapiẽtiæ: non tñ: ſapiẽtia eſt. Sed ſicut malitia iſta in conſeruãdis utilitatibus ſuis ĩtelligens redargui uidet, qa non ſapiẽtia: ſed calliditas & aſtutia eſt, ita & iuſtitia non debet ſtultitia, ſed innocẽtia noſari: quia neceſſe eſt iuſtũ eſſe ſapientẽ: et eum qui ſit ſtultus, iniuſtũ. Nã neq; rõ, neq; natura ipſa permittit, ut is qui iuſtus eſt: ſapiens non ſit: qm̃ iuſtus nihil utiq; facit, niſi quod rectum & bonum eſt, prauũ & malũ ſp̃ fugit. Q uis ãt diſcernere bonũ & malũ, prauũ & rectũ poterit, niſi q ſapiens fuerit? Stultus aũt malefacit: quia bonum & malũ quid ſit ignorat: ideo peccat, quia non põt praua & recta diſcernere. Igit̃ neq; ſtulto iuſtitiã, neq; iniuſto ſapientiam conuenire. Ergo ſtultus nõ eſt qui nec tabula naufragũ: nec equo ſauciũ deiecerit: quia ſe abſtinuit a nocendo: quod eſt peccatũ: peccatum aut̃ uitare ſapientis eſt. Sed ut ſtultus prima facie uideatur illa res efficit: q, extingui aiam cum corpore exiſtimãt: iccirco omne cõmodum ad hãc uitã referunt. Si. n. poſt mort̃ nihil eſt, utiq; ſtulte facit, qui alterius animæ parcit cum diſpendio ſuæ, aut qui alterius lucro magis q̃ ſuo cõſulet. ſi mors animam delet, dãda ẽ opera: quo iuſtius

cõmo

Ius nã nullum eſſe.

Romani oĩa per iniuriã occupauerant.

cõmodiuſq; uiuamus. Si aũt uita poſt mortẽ ſupereſt æterna & beata, hanc utiq; corporalẽ cum oĩbus terræ bonis iuſtus ac ſapiẽs contẽnet: quia ſciet quale a deo ſit p̃mium recepturus. Teneamus igit̃ innocẽtiã teneamus iuſtitiã: ſubeamus imaginẽ ſtultitiæ: ut uerã ſapiẽtiã tenere poſſimus. Et ſi hoĩbus uidet̃ ineptũ ac ſtultum torqueri, & mori uelle quom libere liceat abire ſine noxa. Nos tñ omni uirtute omniq; patiẽtia fidem deo exibere nitamur. Non mors terreat, nec dolor frãgat quo minus uigor animi & cõſtãtia ĩconcuſſa ſeruet̃. Stultos notent: dũmodo ipſi ſtultiſſimi ſint, & cæci, & hebetes & pecudibus æquales: q non intelligunt eẽ mortifer̃q; relicto deo uiuo proſternere ſe atq; adorare terræna, qui neſciunt ex illis æternam pœnã manere, q figmenta inſenſibilia fuerint uenerati: & eos q nec tormenta, nec mort̃ p̃ cultu & honore ueri dei recuſauerint: uitã ppetuam cõſecuturos: Hæc ẽ fideliſſima: hæc ẽ uera ſapia: hæc pfecta iuſtitia. Nihil ad nos ãttinet, quid iudicẽt ſtulti: qd homunculi ſentiãt. Nos iudiciũ dei expectare debemus. ut poſtmodum q de nobis iudicauerit, iudicemus. Dixi de iuſtitia qd eſſet, ſequit̃ ut oñdam qd ſit uer̃q; ſacrificium dei, qs iuſtiſſimus ritus colendi, ne qs arbitret̃ aut uictimas, aut odores, aut dona præſentia deſiderari a deo: a quo ſi fames, ſi ſitis, ſi algor, ſi oĩum rer̃q; terrænar̃q; cupiditas abeſt, nõ ergo utit̃ his oĩbus: q̃ templis aliiſq; fictilibus inferuntur: ſed ſicut corporalibus corporale: ſic, utiq; ĩcorporalibus ĩcorporale ſacrificium neceſſariũ ẽ. Illis q̃ in uſum tribuit hoĩ deus: ip̃e nõ indiget. Eſt oĩs terra ſub ptãte ip̃ius, nõ indiget templo, cuius domiciliũ mundus eſt, nõ indiget ſimulacro, qui eſt & oculis, & mente ĩcõprehenſibilis. nõ idiget terrænis luminibus q ſolem cũ cæteris aſtris in uſum hoĩbus potuit accendere. Q uid igitur ab hoĩe deſiderat deus, niſi cultũ mentis: q eſt purus & ſanctus? Nã illa q̃ aut digitis fiunt aut extra hoĩem ſunt: hoc ſacrificiũ uer̃q; nõ eſt: nec qd ex arca: ſed qd ex corde p̃fert̃, nõ qd manu: ſed qd mente libat̃. Hęc acceptabilis uictima eſt, quã de ſe ip̃o animus ĩmolat. Nã qd hoſtiæ? qd thura? qd ueſtes? qd aur̃? qd argentũ? qd pretioſi lapides conferunt, ſi colentis pura mens nõ eſt? Sola ergo iuſtitia eſt, quã deus expetit. In hac ſacrificium in hac dei cultus eſt, de quo nunc mihi differendum eſt, docendumq; in quibus operibus iuſtitiam neceſſe ſit contineri.

Sacrificia deo grata quæ.

Vitæ duas eẽ uias.

DVas eſſe humanæ uitæ uias: nec p̃his ignotum fuit: nec poetis: ſed eas utiq; diuerſo mõ induxerunt p̃bi. Alterã induſtriæ, alterã inertiæ eſſe uoluere, ſed hoc minus recte: cum eas ad ſolius uitæ cõmoda rettulerunt: melius poetæ: qui alterã iuſtor̃: alteram impior̃ eſſe dixerunt. Sed in eo peccant: q̃ eas non in hac uita, ſed apud inferos eſſe aiunt. Nos utiq; rectius, qui alteram uitæ: alteram mortis & hic tamen has uias eſſe dicimus. Sed illa dexterior: qua iuſti ſunt gradientes non in elyſium ferre: ſed in cælum. Immortales enim fiũt. Siniſterior ad tartarum. Æternis enim cruciatibus abdicuntur iniuſti. Veneranda eſt a nobis iuſtitiæ uia, quæ ducit ad uitam. Primum autem iuſtitiæ officium eſt deum cognoſcere ut parẽtem: eumq; metuere ut dominum, diligere ut patrẽ. Is eſt. n. qui nos genuit: qui uitali ſpiritu animauit: qui alit: qui ſaluos facit. Habet in nos nõ modo ut pater, uerũ etiã ut dominus licentiam uerberandi: & uitæ ac necis ptãtem: unde illi ab homine duplex honos:

Iuſtitiæ officia.

Deum uenator.

ideſt amor cum timore debeꝫ. Secundum iuſtitiæ officium eſt hoiem agnoſcere uelut fratrem. Si. n. idem deus fecit, & uniuerſos ad iuſtitiã, & ad uitã æternã pari conditione generauit: Fraterna utiq; neceſſitudine cohæremus, quã qui non agnoſcit: iniuſtus eſt. Sed origo huius mali, quo ſocietas inter ſe hominum: quo neceſſitudinis uinculum diſſoluitur: ab ignorantia ueri dei naſcitur. Q ui enim fontem illum benignitatis ignorat: bonus eſſe nullo mõ poteſt. Inde eſt qđ ex eo tempore, quo multi dii conſecrari ab hominibus coliq; cœperunt: fugata eſt (ſicut poetæ aiunt) iuſtitia: ſic direptum eſt oẽ fœdus: direpta ſocietas iuris humani, cum ſibi quiſq; conſulere, ius in uitibus computare, nocere inuicẽ, fraudibus aggredi, dolis circunſcribere: cõmoda alioꝝ incõmodis adaugere, non cognatis, non liberis, nec parẽtibus parcere. ad necem hominũ pocula temperare, obſidere cum ferro uias: mari infeſtare. libidini autem quo furor duxerit fræna laxare. nihil denique ſancti habere, quod cupiditas infanda non uiolaret. Cum hæc fierent, tum leges ſibi homines condiderunt pro utilitate communi, ut ſe interim tutos ab iniuriis facerent. Sed metus legũ nõ ſcelera comprimebat: ſed licentiã ſubmouebat. Poterãt enim leges delicta punire: conſcientiam punire non poterãt. Itaq; quæ ante palã fiebãt: clam fieri cœperũt. Circũſcribi etiã iura ſiquidem ipſi præſides legũ præmiis muneribuſq; corrupti uel in remunerationẽ maloꝝ, uel pernicieẽ iuſtoꝝ ſententias uendebant. His accedebant diſſenſiones, & bella: & mutuæ deprædatiões, & oppreſſis legibus ſæuiendi ptãs licenter aſſumpta. In hoc ſtatu cum eſſent humanæ res, miſertus eſt noſtris deus. Reuelauit ſe nobis: & oſtendit: ut in ipſo religionem: fidem, caſtitatem: miſericordiam diſceremus, legemq; diuinam, quæ humana cum cæleſtibus copulat tradente ipſo domino ſumeremus, qua lege uniuerſi quibus irrætiti ſumus: errores cum uanis, & impiis ſuperſtitionibus tollerenꝫ. Q uid enim homini debeamus: eadem illa lex præſcribit: quæ docet quicquid homini præſtiteris: deo præſtare. Sed radix iuſtitiæ: & omne fundamentum æquitatis eſt illud. Vide ut ne facias ulli, quod pati nolis, ſed alterius animum de tuo metieris: ſi acerbum eſt iniuriam ferre: & qui eam fecerit: uidetur iniuſtus: tranſfert in alterius p̃ſonam quod in te ſentis, & in tuam quod de altero iudicas. & intelliges tam te iniuſte facere: ſi alteri noceas: q̃ alterum: ſi tibi. Hæc ſi mente uoluemus, innocentiam tenebimus, in qua iuſtitia uelut in primo gradu conſiſtit. Primus eſt enim non nocere proximo, ſed officioſe prodeſſe. Et ſicut in rudibus agris prius quã ſerere incipias: euulſis ſentibus & omnium ſtirpium radicibus amputatis: arua purganda, ſic de noſtris animis prius uitia detrahenda: & tunc demum uirtutes inſerendæ: de quibus ſeminatæ per uerbũ dei fruges imortalitatis orianꝫ. Tres affectus uel (ut ita dicã) tres furiæ ſunt: quæ in animis hominũ tantas perturbationes ciũt, & interdum cogunt ita delinquere: ut nec famæ, nec periculi ſui reſpectu, tuta habere permittant. ira quæ uindictam cupit. auaritia quæ deſiderat opes. libido quæ appetit uoluptates. His uitiis reſiſtendum eſt: hæ ſtirpes eruendæ ut uirtutes ſeri poſſint. Hos affectus ſtoici amputandos peripatetici temperandos putãt. Neutri eorum recte: quia neq; detrahi poſſunt: ſiquidem natura inſiti habent certã magnamq; rõnem. neq; minui quoniam ſi mala ſunt: carendum eſt. eſtq; temperandum

Hõ homini frater.

Iouis ſeculum perditiſſimum.

Leges cur inuente.

Hõ homini qd debeat.

Alteri ne facias qđ ipſe pati nolis.

Affectus tres hominũ pertur/bãt aios.

Ira.

Auaritia.

Libido.

dum mediocribus. ſi bona integris adutendum eſt. Nos uero neq; detrahendos, neq; minuẽdos eſſe dicimus. Non. n. per ſe mala ſunt quæ deus homini rationabiliter inſeruit: ſed cũ ſint utiq; natura bona, qm̃ ad tuẽdã uitam ſunt attributa male utendo fiant mala: ſicut ſi fortiſſime pro patria dimices, bonũ eſt, ſi cõtra patriam malum. Sic & affectus ſi ad uſus bonos habeas: uirtutes erũt, ſi ad malos uitia dicentur. Ira igitꝫ ad cohertionem peccatorum. i. ad regendam ſubiectoꝝ diſciplinã data eſt a deo, ut metus licentiã comprimat & compeſcat audaciam. Et qui terminos eius ignorat, iraſcitur paribus aut fortioribus. Inde ad imania facinora proſilitur, inde ad cædes, inde ad bella cõſurgitur. Cupiditas ad deſideranda & cõquirenda uitæ neceſſaria tributa eſt. Sed qui neſciunt fines eius, inſatiabiliter opes cõgerere nitũtur. Hinc uenena hinc circũſcriptiones, hinc falſa teſtimonia, hinc oium fraudum genera erumpent. Libidinis autem affectus ad procreãdos filios inſitus & innatus eſt, ſed qui limites eius animo non tenent, utuntur eo ad ſolã uoluptatem. Inde illicitæ nuptiæ, inde adulteria & ſtupra, inde omnes corruptelæ oriunꝫ. Redigendi ergo ſunt iſti affectus intra fines ſuos & in uiam rectam redigendi, in qua & ſi ſunt uehementes, culpam tamen habere non poſſunt.

Affectus neq; boni neq; mali.

Ira cur hoi ingenita.

Cupiditas ad quid.

Libido cur hoi innata

Ohibenda eſt ira cum patimur iniuriam, & ut malũ cõprimatur quod ex certamine impender, & duas maximas uirtutes innocentiã, & patientiã teneamus. A natura frãgitur, cum habemus, quod ſatis eſt. Q uis enim furor eſt in his congerẽdis laborare, quæ aut latrocinio: aut furore: aut proſcriptiõe, aut morte ad alios facile ſit peruenire? Libido extra legitimũ torũ nõ euageꝫ, ſed creãdis liberis ſeruiat. Appetentia. n. nimia uoluptatis, & periculũ parit, & inſaniã generat. Et (quod eſt maxie cauendũ) mortẽ incurrit æternã. Nihil eſt. n. tã inuiſum deo, q̃ mens ĩcaſta & animus impurus. Nec hac ſola uoluptate abſtinẽdũ ſibi putet: quæ capitur ex fœminei corpis copulatiõe, ſed & cæteris uoluptatibus ſenſuũ reliquoꝝ, qa & ipæ ſunt uitioſæ, & eiuſdẽ uirtutis ẽ eas cõtẽnere. Oculoꝝ uoluptas p̃cipitꝫ ex rerꝝ pulchritudine. Auriũ de uocibus canoris & ſuaſionibus. Nariũ de odore iocũdo: ſaporis de cibis dulcioribus: qbus his oibus uirtus repugnare fortiter debet: ne his illecebris irrætitus aius a cæleſtibus ad terræna: ab æternis ad tpalia: a uita immortali ad perpetuã pœnã deprimaꝫ. In ſaporis & odoris uoluptate hoc periculũ ẽ: q̃ trahere ad luxuriã poterit. Q ui. n. fuerit his deditus: aut non habebit ullã rem familiarem: aut ſi habuerit, aſſumet & aget poſtmodũ uitã deteſtabilẽ. Q ui aũt rapitꝫ auditu, ut taceã de cãtibus, qui ſenſus ita ſæpe delniũt, ut etiam ſtatus mẽtis furore perturbẽtur cõpoſitis certis cantionibus, numeroſiſq; carminibus, aut argutis diſputationibus ad impios cultus facile traducũt. Inde eſt q̃ ſcriptis cæleſtibus quia uidẽtur incõpta, nõ facile crediꝫ, qa aut ipſi ſunt diſerti, aut diſerta legere uolunt, non q̃runt uera, ſed dubia, immo illis hæc uidenꝫ ueriſſima eẽ, quæ auribus blandiunꝫ, ita reſpuunt ueritatẽ, dũ ſermonis uarietate capiuntꝫ. Voluptas uero quæ ſpectat ad uiſum, multiformis eſt. Nã quæ percipitꝫ ex rerũ p̃tioſarũ pulchritudine, auaritiã concitat, quæ aliena eſſe debet a ſapiente atq; iuſto. Q uæ autem capitꝫ de ſpecie mulierũ in alterã rapit uoluptatem, de qua iam ſuperius locuti ſumus.

Opibus cõgerẽdis intenti legãt hæc.

Voluptatibus abſtinendum.

Gulæ uitium.

Muſicæ quãta uis.

Munerum editiões saturni.

Scæna liberi pris ẽ.

Circenses ludi Neptũno dicati.

Homicidium execrabile.

Gladiatorum ludi.

Comœdia.

Tragœdia.

Istrionum saltatio.

Mimi.

Circensis insania.

SVpereſt de ſpectaculis dicere, quæ qm̃ potẽtia ſunt ad corrũpendos aios: uitãda ſapiẽtibus & cauẽda ſunt aliter, q̃ ad celebrandos deoꝝ honores iuẽta memorant. Nã muneꝝ editiões Saturno factæ ſũt. Scæna liberi pris ẽ. Ludi uero circẽſes Neptũno dicati putant: ut iã qui ſpectat uel itereſt, relicto dei cultu, ad ꝑfanos ritus trãſiſſe uideat. Sed ego de re malo dicere, q̃ de origine. Quid tã horribile, tã tetrũ q̃ hoĩs trucidatio? Ideo ſeueriſſimis legibus uita nr̃a mulctat. Iõ bella execrabilia ſunt: inuẽta tm̃ cõſuetudo q̃tenus homicidiũ ſine bello ac ſine legib⁹ faciãt: & hoc ut ſcelus uindicẽt. Quod ſi itereſſe homicidio ſceleris cõſciẽtia eſt: & eodem faci nore ſpectator obſtrictus ẽ, quo & admiſſor. ergo & his gladiatoꝝ ſceleribus nõ minus cruore pfundit, qui ſpectat q̃ ille q̃ facit. nec põt eẽ imunis a ſanguine: qui uoluit effundi, aut uideri nõ iterfeciſſe, q̃ interfectori & fauet, & p̃miũ poſtulauit. Quid ſcæna? Num ſanctior? in qua comœdia de ſtupris & amoribus? Tragœdia de icæſtis & parricidiis fabulat. Iſtrionici etiã ipudici geſtus, qbus ifames fœminas imitant: libidines q̃s ſaltãdo exprimũt docẽt. an non mimus corruptela diſciplinaꝝ ẽ? in quo fiũt p imaginẽ, q̃ nõ ſũt, ut fiãt ſine pudore quę uera ſunt. Spectãt hæc adoleſcẽtes, quoꝝ lubrica ætas q̃ frænari ac regi debet, ad uitia & peccata his imaginibus erudit. Circus nõ innocẽtior æſtimat, ſed maior hic furor ẽ, ſi quidẽ mẽtes ſpectãtiũ tãta ferunt inſania, ut nõ mõ in cõuicia, ſed ẽt in rixas, nec nõ & in p̃lia & cõtẽtiões ſæpe cõſurgãt. Fugiẽda igit oĩa ſpectacula, ut trãqllum mẽtis ſtatũ tenere poſſimus. Renũciãdũ noxiis uoluptatibus, ne deliniti ſuauitate peſtifera, in mortis laqueos icidamus. Placet ſola uirtus, cuius merces imortalis ẽ: cũ uicerit uoluptatẽ. Suppoſitis aũt affectibus: & pdomitis uoluptatib⁹, facilis in cõprimẽdis cæteris labor eſt ei: qui ſit dei ueritatiſq; ſectator. non maledicet unq̃, qui expectabit a deo benedictionẽ. Hic iurabit ne deũ ludibrio hẽat: ſed ne iurabit q̃dẽ. nequãdo uel neceſſitate uel cõſuetudine in piuriũ cadat. Nihil ſubdole: nihil diſſimulãter loquet. neq; abnegabit qd̃ ſpopõderat. neq; ꝑmittet qd̃ facere nõ poſſit. nõ iuidebit cuiq̃ q̃ de ſuo cõtẽtus: nec detrahet, aut male alteri uolet, in quẽ forſitã beneficia dei ꝑniora ſunt. Nõ furabit, nec oĩno qcq̃ cõcupiſcet alienũ, nõ dabit in uſura pecuniã. Hoc ẽ. n. de alienis malis lucra captare, nec tm̃ negabit, ſiq̃dẽ neceſſitas cogit mutuari. Nõ erit aſper in filiũ, nec in ſeruũ. meminerit, q̃ ipſe patrẽ habeat ac dm̃. Ita cũ his aget quẽadmodũ ſecũ agi uellet. Munera ſupabũdãtia nõ recipiet a tenuiorib⁹, nec. n. iuſtũ ẽ augeri p̃imõia locupletũ p dãna miſeroꝝ. Vetus p̃ceptũ ẽ nõ occidere, qd̃ ſic accipi debet: nõ tãq̃ iubeamur ab homicidio tm̃. qd̃ ẽt legibus publicis iubet: manus abſtinere: nec iuſſiõe interpoſita, nec uerbo licebit piculũ iferre. nec ifantẽ necare, aut exponere, nec ſeipſum uolũtaria morte dãnare. Idẽ nõ adulterare, ſed hoc p̃cepto nõ ſolũ corrũpere alienũ matrimoniũ ꝑhibet: qd̃ ẽt cõi gẽtiũ iure dãnat: uerũ ẽt ꝑſtitutis corpibus abſtinere. Supra leges lex. n. dei eſt, ea quoq; q̃ pro licitis habent uetat, ut iuſtitiã cõſumet. Eiuſdẽ legis eſt falſum teſtimoniũ nõ dicere. qd̃ & ip̃m latius patet. ſi mẽdacium nocet ei: contra quẽm dicit, & fallit eum apud quem dicit. Nunq̃ igitur mentiendũ eſt, qa mẽdaciũ ſemp aut fallit, aut nocet. Non eſt uir iuſtus, qui non ſine noxa uitioſo

Iurãdũ nõ eſſe.

Munera nõ recipienda a tenuioribus

Mentiẽdũ non eſſe.

uitioſo ſermõe mẽtit. Huic uero nec adulari licet. pnitioſa eſt. n. ac deceptrix adulatio, ſed ubiq; cuſtodiat ueritatẽ, quæ licet ad p̃ſens ſit inſuauis, tm̃ cum fructus eius atq; utilitas apparuerit, non odium pariet (ut ait poeta) ſed gratiam.

Adulari non licet.

DIxi de his quæ uetant, dicã nunc breuiter quæ iubentur. Innocentiæ proxima eſt miſericordia. Illa. n. malũ non facit, & hæc bonũ operatur. Illa incohat iuſtitiã hæc cõplet. Nã cũ imbecillior ſit hominum natura q̃ cæterarũ aiantium, quas deus, & inſtructas ad inferendã, & munitas ad uim repellendã figurauit, affectũ nobis miſericordiæ dedit, ut omne p̃ſidiũ uitæ noſtræ in mutuis auxiliis poneremus. Si. n. facti ab uno deo, & orti ab uno homine cõſanguinitatis iure ſociamur. Omnem igit hominẽ diligere debemus. Itaq; non tãtum inferre iniuriã non oportet, ſed ne illatã quidẽ uindicare, ut ſit in nobis pfecta innocentia. Ideo iubet nos deus etiã pro inimicis precẽ facere ſemp. Ergo aial cõe atq; cõſors eẽ debemus, ut nos inuicẽ p̃ſtãdis recipiendiſq; auxiliis muniamus. In multis. n. caſib⁹ & icõmodis fragilitas nr̃a ſubiecta ẽ. Speres tibi accidere, q̃ alteri accidit. Ita demũ excitaberis ad opẽ ferendã, ſi ſumpſeris eius aium, qui opẽ tantũ in malis cõſtitutus implorat. Si quis uictu indiget: impartiamur. Si quis a potẽtiori iniuriã ſuſtinet, eruamus. Pateat domiciliũ noſtrũ, uel peregrinis, uel idigẽtibus tecto. Pupillis defẽſio, uiduis tutela nr̃a non deſit. Redimere ab hoſte captiuos magnanimi opus eſt. Ægros paupes uiſitare, atq; fouere. inopes, aut pauperes (ſi obierint) nõ patiamur inſepultos iacere. Hæc ſunt opera hæc officia miſericordiæ quæ ſi qs pfecerit: uerũ & acceptũ ſacrificiũ deo immolabit. Hæc lætabilior uictima eſt apud deũ. qui nõ pecudũ ſanguine, ſed hoĩs pietate placat. quem deus (quia deus eſt) ſua & ipſum lege ſua & cõditiõe perſequitur, miſeretur ei quem uiderit miſericordem, inexorabilis eſt ei: quẽ p̃catibus cernit immitẽ. Ergo ut hæc oĩa quæ deo placent: facere poſſimus: contẽnenda eſt pecunia, & ad cæleſtes trãſferenda theſauros, ubi fur nõ effodiet: nec rubigo conſumet, nec tyrãnus eripiet. Sed nobis ad æternã opulẽtiã deo cuſtode ſeruatur.

Miſericordiæ affectꝰ homini ꝑprius.

IIdes quoq; magna iuſtitiæ pars ẽ, q̃ maxie a nobis: qui nomẽ fidei gerimus: cõſeruãda ẽ p̃cipue i religiõe, qa deus prior eſt & potẽtior q̃ hõ. Et ſi ẽ glorioſũ pro amicis, pro parẽtib⁹ pro liberis. i. pro hoĩe ſuſcipe mortẽ & qui hoc fecerit, diuturnã memoriã laudẽq; cõſequit, quãto magis pro deo, qui põt æternã uitã ꝑ tpali morte præſtare? Itaq; cũ iciderit hmõi neceſſitas, ut diſcedere a deo, atq; ad ritus gẽtium trãſire cogamur, nullus nos metus, nullus terror iflectat, quo minus tradita nobis fidẽ cuſtodiamus. Deus ſit ante oculos, ſit in corde: cuius interno auxilio dolor uri ſcerũ, & adhibita corpi tormẽta ſupent. Nihil tũc aliqd q̃ uitæ imortalis p̃mia cogitemus. Ita facile & ſi diſſipãdi aut urẽdi artus fuerit tolerabimus: quæ in nos tyrãnicæ dãnatiõis amẽtia molit. Poſtremo ipſam mortẽ nõ inuiti aut timidi, ſed libenter & interriti ſubire nitamur, ut qui ſcimus quali apud deũ gloria ſumus futuri triũphato ſeculo ad ꝑmiſſa ueniẽtes. Quibus bonis quanta beatitudine breuia hæc pœnaꝝ mala, & huius uitæ dãna penſemus? Quod ſi facultas huius gloriæ deerit; habebit fides etiã in pace mercedem. Teneatur ergo in oĩbus uitæ officiis:

teneatur in matrimonio. Non enim satis est, si aut alieno toro, aut lupanari absti-
neas. Q ui habet coniugē, nihil quærat extrinsecus, sed contentus ea sola castiget.
In uiolati cubilis sacramēta custodiat. Adulter, n. deo est pro icæsto qui abiecto iu-
go uel in liberā uel in seruā peregria uoluptate luxuriat. Sed sicut fœmina castita-
tis uinculis obligata est, & ne aliud cōcupiscat, ita uir eadē lege teneat, quo deus
ex uiro uxorē unius corpis cōpage solidauit. Ideo præcepit non dimitti uxorē, ni-
si crimine adulterii deuictā & nunq̄ cōiugalis fœderis uinculum: ut si ruperit resol
uat. Illud quoq; ad consumandā pudicitiā iungit, ut non mō peccatum absit: ue-
rum etiā cogitatio. Pollui, n. mentē, q̄uis inani cupiditate manifestū est. Itaq; iustū
hominem qui scit se nec facere oportere, nec uelle. Purgāda est igitur cōscientia,
quā deus peruidet, qui falli non pōt. Euacuet omni labe pectus: ut tēplum dei es-
se possit quod non auri nec eboris nitor, sed fidei & castitatis fulgor illustrat. Sed
enim hæc oia difficilia sunt homini: nec patit cōditio fragilitatis naturæ esse: quēq̄
sine macula. Vltimum ergo remediū illud est, ut confugiamus ad pœnitentiam,
quæ non minimū locū inter uirtutem habet, quia sui correctio est: ut cū forte aut
re aut uerbo lapsi fuerimus, statim resipiscamus, ac nos deliquisse fateamur, ore-
musq; a deo ueniā, quā pro sua misericordia non negabit, nisi perseuerabimus in
errore. Magnū est pœnitētiæ auxiliū, magnū solatiū. Illa est uulnerū peccatorūq;
sanatio: illa spes, illa portus salutis, quā qui tollit: uiā utæ sibi amputat: quia nemo
esse tam iustus potest ut nunq̄ sit ei pœnitentia necessaria. Nos uero & si nullum
sit peccatum, confiteri tamen debemus: & prō debitis nostris identidem depreca
ri: gras agere etiā in malis. Hoc enim semper obsequium domino deferamus.

Castigate caste uiuere.

Matrimonio seruanda fides.

Pœnitētia uirtus ē: & magnū auxilium.

HV militas, n. tam cara & amabilis deo est, ut cū angelis suscipiat pec-
catorē cōfitentē, quē in regnis cælestibus faciat pro humilitate subli-
mari. Hæc sunt quæ debet cultor dei exhibere. Hæ sunt uictiæ, hoc
sacrificiū placabile. Hic uerus est cultus, cū hō mētis suæ pignora in
ará dei cōfert, summa illa maiestas hoc cultore lætat. Hūc ut filium suscipit sibi:
quia donū immortalitatis impartit. de qua nunc mihi differendū est. & arguēda est
persuasio eoꝝ qui extingui aias cū corporibus putauerūt. qui qa nec deū sciebāt,
nec arcanū mūdi perspicere poterant, ne hois quidē aiæq; rōnem cōprehenderit.
Q uomodo, n. possent sapiētia prouidere, qui scientiā nullo modo habebant? Ne-
gantes ergo prouidentiā utiq; deum qui fons & caput eius est, negauerūt. seque-
batur ut ea quæ sunt, aut semper fuisse diceret, aut sua spōte esse nata, aut minuto-
rum seminū cōglobatione cōcreta. semp fuisse dici non pōt: quia quicquid est: esse
sine aliquo initio nō pōt. sua sponte, aūt nihil nasci potest, quia nulla est sine ratio-
ne natura. Semina, n. principalia qūo esse potuerunt, cum & semina exordiis ori-
antur, & uicissim res ex seminibus? Nullū igit semen est quod originē non habe-
at. Sic factū est: ut cū putaret mundū nulla prouidētia factū ne hoiem qdē puta-
runt aliqua rōne generari. Q uod si nulla esset in fingēdo hoie ratio uersata, mor-
talem igitur aiam eē posse. Alii uero ex aduerso & deū esse unum, & ab eo mun-
dum, & hominem esse factum, & animas immortales existimauere. Sed cum ea
senserunt, ü tamen diuini operis atq; consilii, nec causas, nec rationes, nec exitus

Prouidentiā sustulit Epicurus.

Deus unꝰ. Mundus a deo factꝰ Homo a deo creatꝰ

perspexerunt

perspexerunt, ut omne ueritatis arcanum consumarent, atq; ueluti fine conclude-
rent. Sed quod illi facere nō potuerunt qa ueritatē perpetuo non tenebāt, nobis fa
cierdū est qui eā cognouimus, deo anunciāte. Cōsideremus igit quæ rō fuerit hu
ius tāti tāq; immēsi opis fabricādi. Fecit deus mundū sicut Plato existimauit, sed
cur fecit nō oñdit: qa bonus inqt, & inuidēs nulli fecit, quæ bona sunt. Atqui uide
mus in rer̄ natura & bona eē & mala. Potest ergo existere peruersus aliqs qualis
fuerit Atheos ille Theodorus & Platoni respōdere. immo qa malus est fecit quæ
mala sunt. Q ūo illum redarguet? si quæ bona sunt deus fecit unde igit mala eru-
perunt? quæ plærūq; etiā prævalēt. in materia inquit continebant. Bona igitur &
mala: aut nihil fecit deus, si bona tātū fecit, æterniora sunt mala: quæ facta nō sunt
q̄ bona quæ habuerūt exordiū. Finē igit habebunt quæ aliqñ cœperūt, & perma
nebunt quæ semp fuerunt. Mala igit potiora sunt. Si aūt potiora esse nō possunt,
ne æterniora quidē possunt. Ergo aut utraq; semper fuerunt: & deus ociosus: aut
utraq; ex uno fonte fluxerūt. Est, n. conueniens ut deus oia fecerit potius, qui nihil
ergo secundū sniam Platonis. Ideo deus & bonus est quia bona facit: & malus qa
mala. Q uod si fieri nō pōt, apparet non iō factū esse mundū, quia mundus bonus
est, qm̄ enim cōplexus & bona & mala, nec fecit ꝓpter se quicq̄ sed pp aliud. Do-
mus, n. ædificat non ad hoc solum ut sit domus, sed ut suscipiat & tueatur habi-
tantem. Itē nauis fabricat non ad hoc: ut nauis uideatur: sed ut in ea possint homi-
nes nauigare. Vasa aūt fiūt non ut uasa sint solum: sed ut capiāt quæ sunt usui ne-
cessaria. Sic & mundū deus ad usum aliquē fecerit necesse est. Stoici aiunt cā ho-
minum factū esse & recte. Hoies, n. fruunt his oibus bonis quæ mundus in se cō-
tinet. Sed ipsi hoies cur facti sint, aut quid in illis habeat illa fabricatrix prouidētia
non explicant? Immortales esse aias idē Plato affirmat, sed cur aut qñ aut qūo: aut
per quē imortalitatē assequant: aut tantū illud mysterium cur hi qui sunt imorta-
les futuri, prius mortales nascant: deinde decurso tpis uitæ spatio atq; abiectis fra
gilium corpoꝝ exuuiis: ad æternā illā beatitudinē trāsferant, non cōprehēdit. de-
niq; nec iudiciū dei, nec discrimen iusti & iniusti explicauit: sed aias quæ se sceleri
bus immiserint, hactenus cōdēnari putauit, ut in pecudibus renascātur & ita pec
catoꝝ suorum luere pœnas, donec rursus ad figuras hoium reuertantur. Et hoc
fieri semper nec circa finē. trāsmeādi ludum mihi nescio quem inducit somnio si-
milem, cui nec ratio ulla, nec dei gubernatio nec cōsilium aliquod inesse uideatur.

Mundum cur fecerit deus.

Deus bonus & nulli inuidēs.

Bona & mala unde

Mala & bona uñ.

DIcā nūc quæ sit illa snia, quā nec hi quidē qui uera dixerūt, collatis
in unū causis atq; fictionibus connectere potuerunt. Factus a deo
mundus, ut homines nascerent. Nascunt aūt hoies ut deū patrem
agnoscāt, ut colāt in quo iustitia est. Colūt ut mercedē immortali-
tatis accipiāt. Accipiunt immortalitatē, ut in æternū deo seruiāt. Vi
des ne quemadmodū sibi cōnexa sint, & prima cum mediis, & media cum extre-
mis? Inspiciantur singula & uideamus utrū ne illis ratio quoq; subsistat. Fecit er-
go deus mundū pp hominē. Hoc qui nō uidet, non multū distat a pecude? Q uis
cęlū suspicit nisi hō? Q uis solē? Q uis astra? Q uis opa dei mirat: nisi hō? Q uis
colit terrā? Q uis ex ea fructum capit? Q uis nauigat mare? Q uis pisces? Q uis

Mundus hoium cā factus.

Aiæ imortales.

Scelerum pœnæ post obitū

Aias in pecudibus renasci.

Mundus hoium cā factus.

uolatilia? Q uis quadrupedes habet in poteſtate, niſi homo? Cuncta igitur ꝓpter hoiem deus fecit, quia uſui hoium cuncta ceſſere. Recte ergo uiderũt philoſophi ſed illud quod ſequtur, non uiderũt: q ipm hoiem pp ſe fecerit. Erat. n. cõſequẽs & neceſſariũ, & piũ, ut cũ hois cã tantã operã molitus ſit: cum tantũ illi honoris tantum illi ptãtis tribuerit ut dñetur mũdo, hõ agnoſceret, dñm tãtoq; beneficiorum auctorẽ qui fecit mundũ pp ipſum: & ei cultũ & honorẽ debitũ redderet. Hic Plato aberrauit, hic pdidit, quãprimũ arripuerat, ueritatẽ, cũ de cultu eius dei quẽ cõditorem rerũ ac parentẽ fatebaꝰ, obticuit, nec intellexit hoiem deo poteſtatis uinculis eſſe religatũ, unde ipſa religio nominaꝰ. Et hoc eſt ſolũ: pp quid immortales aiæ fiant. Senſit tñ æternas eſſe, ſed nõ per gradus, ad eã ſniam deſcẽdit. Amputatis. n. mediis, incidit in totius ueritatẽ, quaſi per abruptũ aliquod pcipitiũ: nec ulterius progreſſus eſt, qm̃ caſu ad eã, non rõne peruenerat. Colẽdus eſt igitur deus, ut per religionẽ quæ eadem iuſtitia eſt accipiat homo adeo immortalitatẽ, nec eſt ullum aliud prẽmiũ pię mentis, quæ ſi eſt inuiſibilis nõ põt ab inuiſibili deo niſi inuiſibili mercede donari. Plurimis uero argumentis colligi poteſt æternas eſſe animas. Plato ait. Q uod per ſeipm mouetur neq; principium motus neq; finem poſ ſe habere. Animũ aũt hois per ſe ſemper moueri, quia ſit ad cogitãdũ mobilis, ad inueniendũ ſollers, ad percipiendũ facilis, ad diſcendũ capax, ut qui pterita teneat præſentia cõprehẽdat, futura proſpiciat, multarũq; rerũ & artiũ ſcientiã cõplecta tur: immortalẽ eſſe ſiquidẽ nihil habeat in ſe terræni põderis labe concretũ. Præterea ex uirtute an uoluptate intelligiꝰ æternitas animæ? uoluptas ois cõis aialibus: Virtus ſolius eſt hois. Illa uitioſa eſt, hæc honeſta. Illa ſecundũ naturã: hæc aduerſa naturæ: niſi aia immortalis eſt. uirtus. n. pro fide, pro iuſtitia, nec egeſtatẽ timet, nec exiliũ metuit, nec carcerẽ perhorreſcit: nec dolorẽ reformidat, nec mortem recuſat: Q uæ quia natura cõtraria ſunt, aut ſtultitia eſt uirtus, ſi & commoda impedit, & uitæ nocet. Aut ſi ſtultitia non eſt ergo aia immortalis eſt, & iõ præſentia bona contẽnit, quia ſunt alia potiora quæ poſt diſſolutionẽ ſui corpis aſſequaꝰ. Illud aũt maximũ argumentum immortalitatis: quo deum ſolus hõ agnoſcit. In mutis nulla ſuſpitio religionis, quia terræna ꝓſpiciunt. Homo ideo rectus cælũ aſpicit, ut deũ quærat. An põt ergo eẽ mortalis, qui imortalẽ deſiderat? Non põt eſſe ſolubilis, qui cũ deo & uultu, & mẽte cõis eſt. Deniq; cæleſti elemẽto qd̃ eſt ignis hõ ſolus utiꝰ. Si. n. lux per ignẽ, uita per lucẽ: apparet eũ qui uſum ignis habet nõ eẽ mortalẽ, qm̃ id illi ꝓximũ: id familiare eſt: ſine quo non põt nec lux nec uita cõſtare. Sed quid argumẽtis colligimus æternas eſſe aias, cũ habeamus teſtimonia diuina? Id. n. ſacræ lr̃æ ac uoces ꝓphetaꝝ docẽt. Q uod ſi cui parũ uideaꝰ, legat carmina Sibyllaꝝ. Apollinis quoq; Mileſii reſponſa cõſideret, ut intelligat deliraſſe Democritũ, & Epicurũ & Dicearchũ, qui ſoli oium mortaliũ, quod eſt euidẽs negauerũt. Confirmata imortalitate, ſupeſt dicere a quo ei tribuaꝰ. cũ certa & cõſtituta diuinitus tpa cõpleri cœperint, interitũ & cõſumationẽ reꝝ fieri neceſſe eſt ut innoueꝰ a deo mũdus. Id uero tempore in proximo eſt, quãtum de numero annoꝝ: deq; ſignis quæ prædicta ſunt a philoſophis colligi poteſt. Sed cũ ſint inumerabilia quæ de fine ſeculi & cõſumatiõe tẽpoꝝ dicta ſunt, ea ipſa quæ dicunt̃ nuda ponenda

Hõ cur a deo factus

Aias eẽ immortales ex Platõe.

nenda ſunt, qm̃ (ut teſtimoniis utamur) imẽſum eſt, ſi q̃s illa deſiderat, aut nobis minus credit: adeat ad ſacrariũ cæleſtiũ lr̃aꝝ, q̃rũ fide iſtructior erraſſe phos ſenti at q aut æternũ eẽ hũc mũdũ, aut ifinita eſſe annoꝝ milia putauerũt: ex quo fuerit inſtructus. Nondũ. n. ſex milia cõpleta ſunt, quo nũero cõſumato, tũ demũ malũ omne tolleꝰ, ut regnet ſola iuſtitia, qd̃ quatenus euenturũ ſit, paucis explicabo.

Mundi finis.

Æc a prophetis & a uatibus futura dicunt̃. cũ cœperit mundo finis ultimus ꝓpinquare, malitia inualeſcet, oia uitioꝝ & fraudũ genera crebreſcent. Iuſtitia interibit, fides, pax, miſericordia, pudor ueritas nõ erit. Vis & audacia ꝓualebit. Nemo qcq̃ habebit, niſi male partum, manuq; defenſum. Si qui erũt boni, prædæ ac ludibrio habebunt̃. Nemo pietatem parẽtibus exhibebit. Nemo infantis aut ſenis miſerebitur. Auaritia libido uniuerſa corrũpet. Erũt cædes & ſanguinis effuſiones. Erunt bella non mõ externa & finitima, uerũ etiã inteſtina. Ciuitates iter ſe belligerabũt. Omnis ſexus & ois ætas arma tractabũt. Non imperii dignitas cõſeruabiꝰ. Non militiæ diſciplina: ſed more latrocinii deprædatio & uaſtatio fiet. Regnũ multiplicabitur & decẽ uiri occupabunt orbẽ, & partient̃, & uorabũt: & exiſtet lõge potẽtior ac nequior: qui tribus deletis Aſiam poſſidebit, cæteris in ptãte ſua redactis & abſciſſis, uorabit oẽm terrã, leges nouas ſtatuet, ueteres abrogabit. Rẽpu. ſuã faciet, nomen imperii ſedẽq; mutabit. Tunc erit tps infandũ & execrabile, quo nemini libeat uiuere. Deniq; in eũ ſtatũ res cadet, ut oẽs uiuos lamẽtatio, mortuos gratulatio ſequaꝰ. Ciuitates & oppida interibũt, mõ ferro & igni, mõ terræmotibus crebris, mõ aquaꝝ inundatione, mõ pæſtilẽtia & fame. Terra nihil feret aut rigoribus nimiis, aut caloribus ſterilis. Aqua ois partim mutabiꝰ in cruorẽ: partim in amaritudine uitiabiꝰ: ut nihil ſit nec ad cibos utile: nec ad potum ſalubre. His malis accident ꝓdigia hoibus ad timorẽ. Cometæ crebro apparebũt. Sol perpetuo ſqualore fuſcabiꝰ. Lunã color ſanguinis obũbrabit, nec amiſſæ lucis dãna reparabit. Stellæ oẽs decidẽt, nec tpibus ſua rõ cõſtabit, hyeme ac æſtate cõfuſis. Tunc & annus, & mẽſis & dies breuiabiꝰ, & hanc eſſe mundi ſenectutẽ & defectionẽ Triſmegiſtus elocutus eſt, quæ cũ uenerit, adeſſe tẽpus ſciendũ eſt, quo deus ad cõmutandum ſeculũ reuertaꝰ. Inter aũt hæc mala ſurget rex impius non mõ generi hominũ, ſed etiã deo inimicus. Hic reliqas illius prioris tyrãni conteret: cruciabit: uexabit, interimet. Tũc etiã lachrymæ: luctus, & gemitus ꝓpotẽs: & ad eũ caſſæ ꝓces, nulla reqes ad formidinẽ, & ſomnus ad qetẽ. Dies cladẽ nox metus augebit ſemper. Sic orbis terrarũ penẽ ad ſolitudinẽ hoium rediget̃. Tunc ipius iuſtos hoies ac deditos deo duobus & quadraginta mẽſibus pſequeꝰ: & ſe coli iubebit ut deũ. Se. n. dicet eẽ deũ cũ ſit antichriſtus. qui ut aduerſari, & ut ei poſſit accipiet ptãtẽ mirabilia faciẽdi, ut ignis deſcẽdat de cælo ut ſol deſiſtat a curſu, ut imago quã poſuerit, loquatur. Q uibus prodigiis alliciet multos ut adorent eum ſignumq; eius in manu aut fronte ſuſcipiant. Et qui nõ adorauerit, ſignũq; ſuſceperit, exquiſitis cruciatibus morieꝰ. Ita ferẽ duas partes exterminabit, tertia in deſertas ſolitudines fugiet. Sed ille proteruia implacabili furens adducet exercitum & obſidebit montem: quo iuſti confugerint. Q ui cum ſe uiderint circunſeſſos, implorabunt au-

Antichriſtus qui.

xilium dei uoce magna, & audiet eos deus, & immittet eis liberatorem. Tunc cælũ intẽpesta nocte patefiet & descẽdet Christus in uirtute magna, & antecedet eũ claritas ignea, & uirtus ĩæstimabilis angelorũ, & extinguetur oĩs illa multitudo impiorũ, & torrẽtes sanguinis current, & ipse ductor effugiet, atq; exercitu sæpe reparato, quartũ prælĩũ faciet, quo captus cũ cæteris tyrannis tradet exustioni. Sed & ipse dæmonũ princeps auctor & machinator malorũ, cathenis igneis alligatus custodiæ dabit, ut pacẽ mundus accipiat, ut uexata seculis terra requiescat. Pace igitur parta, cõpressoq; omni malo, rex ille iustus & uictor, iudiciũ magnũ de uiuis & mortuis faciet super terrã, & uiuẽtibus quidẽ iustis tradet in seruitutẽ gẽtes uniuersas. Mortuos aũt ad æternã uitã suscitabit, & in terra cũ his ipse regnabit, & cõdet sanctã ciuitatẽ. Et erit regnũ iustorũ mille annis. Per idẽ tps stellæ cãdidiores erũt, & claritas solis augebit, & luna nõ patiet diminutionẽ. Tunc descendet a deo pluuia benedictiõis matutina & uespertina, & oẽm frugem terra sine labore hoium procreabit. Stillabũt mella de rupibus, lactis & uini fontes exuberabunt. Bestiæ deposita feritate mãsuescẽt. Lupus iter pecudes errabit innoxius. Vitulus cũ leone pascet. Colũba cũ accipitre cõgregabit. Serpẽs uirus nõ hẽbit. Nullum aĩal uiuet ex sanguine. Omnibus. n. deus copiosum atq; innocentem uictũ dabit. Peractis uero mille annis: ac resoluto dæmonũ principe, rebellabunt gẽtes aduersus iustos, & ueniet innumerabilis multitudo ad expugnãdã delẽdãq; sanctorum gentẽ. Cõcutiet. n. a fundamẽtis suis terrã, & corruẽt ciuitates & pluet sup impios ignẽ cũ sulfure & grãdine: & ardebũt, & se inuicẽ trucidabunt. Iusti uero pauliſp sub terra latebũt, donec pditio fiat gẽtiũ: & exibũt post diẽ tertiũ, & uidebũt campos cadaueribus optos. Tũc fiẽt terræmotus, & scindẽt se mõtes & subsidẽt in latitudine uallis ꝓfundæ: & cõgent in ea corpa mortuorũ, & uocabit nomẽ eius Poliãdriũ. Post hæc renouabit mundũ, & trãsformabit iustos in figurã angelorũ, ut immortalitatis ueste donati, seruiãt deo in sempiternũ. Tũc. n. impii resurgẽt non ad uitã, sed ad pœnã: eisq; secunda resurrectio facta deum excitabit, ut ad ꝑpetua tormẽta dãnet: æternis ignibus traditi merita pro sceleribus suis soluãt. Hæc oĩa uera, oĩum cõsona administratiõe ꝑdicta: cũ eadẽ Trismegistus, eadẽ Hydaspes: eadẽ Sibyllæ cõcinerit: dubitari non põt. Curæ spes oẽs uitæ, ac salutis in sola religione dei sit posita. Itaq; nisi hõ suscepit, quẽ deus ad liberationẽ misit, qui missus est, nisi summũ deũ ꝑ eũ cognouerit, mãdata eius legesq; seruauerit, in eas incidet pœnas de qbus locuti sumus. Proĩde fragilia cõtẽnẽda sunt, ut solida cõsequmur. Spernẽda terræna, ut cælestibus oneremur. Temporalia fugiẽda, ut ad æterna ueniamus. Eruditat se quisq; ad iustitiã: firmet ad cõtinẽtiã: ꝑparet ad agonẽ, instruat ad uirtutẽ, ut si forte aduersarius indixerit bellũ, nulla ui, nullo terrore: nullis cruciatibus a recto & bono diuellat. Nõ se substernat insensibilibus figmẽtis, sed uerũ & solũ deũ rectus cognoscat. Abiiciat uoluptates, quarum illecebris aĩa sublimis deprimit ad terrã. Teneat innocentiã: prosit q̃ plurimis. Incorruptibiles sibi thesauros bonis operibus acquirat, ut possit deo iudice pro uirtutis suæ meritis uel coronam fidei, uel præmium immortalitatis adipisci.

¶ L. Cœlii Lactantii Firmiani diuin. inst. Epitome finit.

L. Cœlii

¶ L. Cœlii Lactantii Firmiani de phœnice carmen.

Est locus ĩ prio felix oriẽte remot⁹
Qua patet æterni maxĩa põta poli
Nec tñ ęstiuos hyemisq; ꝓpiqu⁹ ad ortos
In quo sol uerno fũdit ab axe diẽ.
Illic planicies tractus diffundit apertos,
Nec tumulus crescit, nec caua uallis hiat.
Sed nros mõtes, quorũ iuga celsa putantur:
Per bis sex ulnas eminet ille locus.
Hic solis nemus ẽ, & cõsitus arbore multa
Lucus, perpetuæ frondis honore uiret.
Cũ phaethõtæis flagrasset ab ignibus axis,
Ille locus flãmis inuiolatus erat.
Et cum diluuiũ mersisset fluctibus orbem:
Deucalioneas exuperauit aquas.
Nõ hũc exãgues morbi, nõ ægra senectus:
Nec mors crudelis: nec metus asper adit.
Nec scelus ĩfandũ: nec opũ uesana cupido,
Aut mars, aut ardens cædis amore furor,
Luct⁹ acerb⁹ abest: & egestas obsita pãnis:
Et curæ insomnes, & uiolenta fames.
Nõ ibi tẽpestas: nec uis furit horrida uenti:
Nec gelido terram rore pruina tegit.
Nulla super cãpos tendit sua uellera nubes:
Nec cadit ex alto turbidus humor aquæ.
Sed fons in medio est: quẽ uiuũ noĩe dicũt:
Perspicuus, lucens, dulcibus uber aquis.
Qui semel erũpens p singula tpa mensum:
Duodecies undis irrigat omne nemus.
Hic genus arboreũ procero stipite surgens
Non lapsura solo mitia poma gerit.
Hoc nem⁹ hos lucos auis ĩcolit unica phœnix
Vnica sed uiuit morte refecta sua.
Paret & obseqt Phœbo memorãda satelles
Hoc natura parens munus habere dedit.
Lutea cum primũ surgens aurora rubescit,
Cum primum rosea sidera luce fugat.
Ter quater illa pias ĩmergit corpus ĩ undas
Ter quater e uiuo gurgite libat aquam.
Tollitur: ac summo consedit in arboris altæ
Vertice, quæ totum despicit una nemus.
Et cõuersa nouos Phœbi nascẽtis ad ortus
Exspectat radios: & iubar exoriens.
Ast ubi sol pepulit fulgentis limina portæ
Et primum emicuit luminis aura leuis.
Incipit illa sacri modulamina fundere cãtus
Et mira lucem uoce ciere nouam.
Quam nec iulææ uoces: nec tibia possit
Musica cyrrhæis assimilare modis.
Sed neq; olor moriens imitari posse putatur
Nec cyllenææ fila canora lyræ.
Postq̃ Phœbus equos ĩ apta refudit olympi
Atq; orbem totum protulit usq; meus.
Illa ter alarum repetito uerbere plaudit:
Non errabilibus nocte dieq; sonis.
Atq; eadem celeres ẽt descriminat horas:
Igniferũq; caput ter uenerata, silet.
Antistes nemorum luci uenerãda sacerdos
Et sola arcanis conscia phœbe tuis.
Quæ postq̃ uitæ iam mille peregerit annos
Ac se reddiderint tẽpora longa grauem.
Vt reparet lassum spatiis urgẽtibus æuum.
Assueti nemoris dulce cubile fugit.
Cũq; renascendi studio loca sancta reliquit:
Tũc petit hũc orbẽ: mors ubi regna tenet
Dirigit in Syriam celeres longæua uolatus:
Phœnicis nomen cui dedit ipsa uetus.
Secretosq; petit deserta per auia lucos.
Hic ubi per saltus sylua remota latet:
Tum legit aerio sublimem uertice palmam
Quæ gratũ phœnix ex aue nomẽ habet:
Quã nec dẽte nocens aĩal prumpere possit:
Lubricus aut serpens: aut auis ulla rapax.
Tũ uentos claudit pẽdentibus æolus antris
Ne uiolent flabris aera purpureum.
Neu concreta noto nubes per inania cæli.
Sumtnoueat radios solis, & obsit aui.
Cõstruit inde sibi seu nidũ, siue sepulchrũ
Nam perit: ut uiuat, se tamen ipsa creat.
Colligit hinc succos, & odores diuite sylua,
Quos legit assyrius: quos opulẽtus arabs
Quos aut Pygmææ gẽtes, aut india carpit:
Aut molli generat terra Sabæa sinu.

Cinãma dehic, aurãq; ꝓcul ſpirãtis amomi
Congerit, & mixto balſama cum folio.
Non caſiæ mitis, nec olentis uimen achanti:
Nec thuris lachrymæ guttaq; piguis abeſt
His addit teneras nardi pubentis ariſtas,
Et ſociat myrrhæ paſcua grata nimis.
Protinus in ſtrato corpus mutabile nido:
Vitaliq; toro membra quieta locat.
Ore dehinc ſuccos mẽbris circunq; ſupraq;
Iniicit exequiis imoritura ſuis.
Tunc inter uarios animã comendat odores:
Depoſiti tanti nec timet illa fidem.
Interea corpus genitali morte peremptum
Æſtuat, & flãmas parturit ipſe calor.
Aeriq; procul de lumine concipit ignem
Flagrat: & ambuſtum ſoluitur in cinerem
Hos uelut in maſſã cineres ĩ morte coactos
Conflat: & effectum ſeminis inſtar habet
Hinc aial primum ſine membris fertur oriri
Sed fertur uermis lacteus eſſe color.
Creuit in imenſum ſubito cum tpe certo:
Seq; oui teretis colligit in ſpeciem.
Inde reformatur qualis fuit ante figura:
Et phœnix ruptis pullulat exuuiis.
Ac uelut agreſtes, cũ filo ad ſaxa tenentur,
Mutari pẽnæ papilione ſolent,
Non illi cibus eſt noſtro conceſſus in orbe,
Nec cuiq̃ implumen paſcere cura ſubeſt.
Ambroſios libat cæleſti nectare rores,
Stellifero teneri qui cecidere polo.
Hos legit, his mediis aliẽ in odoribus ales.
Donec maturam proferat effigiem.
Aſt ubi primæua cœpit florere iuuenta:
Euolat ad primas iam reditura domos.
Ante tamẽ: proprio ꝙcqd de corpore reſtat:
Oſſaq;, uel cineres, exuuiaſq; ſuas:
Vnguĩe balſameo: myrrhaq; & thure ſoluto
Condit, & in formam conglobat ore pio.
Quã pedibus geſtãs contẽdit ſolis ad ortus
Inq; ara reſidens ponit in æde ſacra.
Mirandam ſeſe præſtat: præbetq; uehenti:
Tãtus ibi decor eſt, tãtus abundat honor.
Principio color eſt: qualis ſub fidere cæli:
Mitia quem croceo punica grana legunt.
Qualis ĩeſt foliis, quæ fert agreſte papauer
Cum pendens ueſtit ſole rubente polus.
Hoc hũeri pectuſq; decẽs uelamine fulgent
Hoc caput, hoc ceruix: ſũmaq; terga nitẽt
Caudaq; porrigitur fuluo diſtincta metallo:
In cuius maculis purpura mixta rubet:
Clarũ iter pẽnas inſigne eſt deſuper: iris
Pingere ceu nubem deſuper alta ſolet
Albicat inſignis mixto uiridante ſmaragdo:
Et puro cornu gemmea cuſpis hiat.
Ingẽtes oculos credas: gemioſq; hiacynthos
Quos; de medio lucida flamma micat.
Æquatur toto capiti radiata corona
Phœbei referens uerticis alta decus.
Crura tegũt ſquãmæ flauo diſtincta metallo
Aſt ungues roſeus pingit honore color.
Effigies inter pauonis mixta figuram:
Cernitur: & mixtam phaſidis inter auem.
Magniciẽ, terris arabum quæ gignitur ales,
Vix æquare poteſt, ſeu fera, ſeu ſit auis.
Nõ tñ ẽ tarda ut uolucres: q̃ corpore magno
Inceſſus pigros ꝑ graue pondus habent.
Sed leuis & uelox regali plena decore:
Talis in aſpectu ſe exhibet uſq; hominũ.
Conuenit Ægyptus tanti ad miracula uiſus
Et raram uolucrem turba ſalutat ouans.
Protinus iſculpũt ſacrato ĩ marmore formã
Et ſignant titulo remq;, diemq; nouo.
Contrahit in cœtũ ſeſe genus oẽ uolantum.
Nec prædæ memor ẽ ulla, nec ulla metus.
Alituum ſtipata choro uolat illa per altum:
Turbaq; proſequitur munere læta pio.
Sed poſtq̃ puri peruenit ad ætheris auras
Mox redit iſta: ſuis conditur ille locis.
Hæc fortunatæ ſortis fatiq; uolucris,
Cui de ſe naſci præſtitit ipſe deus.
Fœmĩa ſit, uel maſculus hæc ſeu forteq; neu
Felix q̃ Veneris fœdera nulla colit. (trũ
Mors illi Venus ẽ, ſola eſt ĩ morte uoluptas:

Vt poſſit

Vt poſſit naſci, hæc appetit ante mori.
Ipſa ſibi proles: ſuus eſt pater, & ſuus hęres
Nutrix ipſa ſui: ſemper alumna ſibi.
Ipſa quidẽ ſed nõ eadẽ: qa & ipſa: nec ipa ẽ
Æternam uitam mortis adepta bono.
Ouidius methamor. xv. de phœnice.

NEc tñ ex aliis gñis primordia ducit
Vna ẽ: q̃ repet: ſeq; ipa rſemiet aleſ
Aſſirii ph. uocãt ñ fruge nec herbiſ
Sed thuris lachrymis: & ſucco uiuit amomi
Hæc ubi quinq; ſuæ compleuit ſecula uitæ
Ilicis in ramis: tremulæq; cacumine palmæ
Vnguibus: ac puro nidum ſibi cõſtruit ore.
Quo ſimul ac caſias, & nardi lenis ariſtas
Quaſlaq; cũ fulua ſbſtrauit cinama myrrha
Se ſuper imponit, finitq; in odoribus æuũ.
Inde ferũt totidẽ quæ uiuere debeat annos
Corpe de primo uolucrem phœnica renaſci
Dantes.

COſſi per li gran ſaui ſe confeſſa
Che la phænice more e poi rinaſce
Q ñ alcinquecẽteno ãno ſe rapſſa
Herba ne biada in ſua uita non paſce:
Ma ſol de incenſo lachyme & amomo
E nardo: e myrrha ſon le ultime faſce.

¶ L. Cœ. Lactantii Firmiani de reſurrectionis dominicæ die.

SAluefeſta dieſ toto uenerabilis ęuo
Quã de⁹ifernũ uicit: & aſtra tenet
Tpa florigero rutilãt diſtincta ſerẽo
Et maiore poli lumine porta patet
Altius igniuomum ſolem cæli orbita ducit:
Qui uagus oceanas exit: & intrat aquas.
Armatus radiis elementa liquentia luſtrans
Hac in nocte breui tendit in orbe diem.
Splendida ſincero producunt æthera uultu:
Lætitiamq; ſuam ſydera clara probant.
Terra ferax uario fundit munuſcula cultu
Cum bene uernarit reddit & annus opes.
Mollia purpureũ pingunt uiolaria cãpũ:
Prata uirent herbis, & micat herba comis
Paulatim ſubeunt ſtellantia lumina florum,
Floribus arrident gramina cuncta ſuis.
Semine depoſito late ſeges exilit aruis
Spondẽs agricolæ uincere poſſe famem.
Caudice deſerto lachrymat ſua gaudia pal-
Vñ meꝝ tribuat, dat mõ uitis aquã (mes
Cortice de matris tenera lanugine ſurgens
Præparat ad partum turgida gẽma ſinum
Subq; hyemis tẽpus foliorum crine refuſo
Iam reparat uiridãs frondea tecta nemus
Mixta ſalix, abies, corylus, ſiler ulmus, acer:
Plaudit q̃q; ſuis arbor amœna cõis (nux
Cõſtructura fauos apis hic aluearia linquẽs
Floribus inſtrepitans poplite mella rapit.
Ad cãtus reuocatur auis: quæ carmie clauſo
Pigrior hyberno frigore muta fuit.
Hinc philomela ſuis attẽperat organa cãniſ
Fitq; repercuſſo dulcior aura melo.
Ecce renaſcentis teſtatur gratia mundi.
Omnia cum domino dona rediſſe ſuo.
Nãq; triũphanti poſt triſtia tartara Chriſto
Vndiq; frõde nemus, gramĩa flore fauẽt.
Legibus inferni oppreſſis, ſup aſtra meantẽ
Laudãt rite deum lux: polus, arua, fretũ.
Qui crucifixus erat deus ecce poĩa regnat:
Dantq; creatori cuncta creata precem:
Mobilitas anni: menſum: lux almã dierum
Horarũ ſplendor ſtridula, cuncta fauent.
Hic tibi ſylua comis, plaudit quoq; cãp⁹ ari-
Hic grates tacito palmite uitis agit (ſtis
Hinc tibi nũc auiũ reſonãt uirgulta ſuſurro
Has inter nimio paſſer amore canit.
Xp̃e ſalus reꝝ: bone conditor, atq; redẽptor:
Vnica progenies ex deitate patris.
Irrecitabiliter manans de corde parentis:
Verbum ſubſiſtens, & patris ore potens.
Æqualis concors, ſocius: cũ patre coæuus,
Quo ſumpſit mũdus principe principiũ.
Æthera ſuſpẽdis: ſola cõgeris ęquora fũdis:
Quæq; locis habitãt, q̃ moderata uigent.
Qui genus hũanũ cernẽs merſũ eẽ ꝑfũdo
Vt hominẽ eripes: es quoq; factus homo
Nec noſtro tantũ uoluiſti e corpore naſci:

Sed caro, quæ naſci pertulit, atq; mori.
Funeris exeqas pris nouus auctor, & orbis:
Intra mortis iter dando ſalutis opem.
Triſtia ceſſarunt infernæ uincula legis,
Expauitq; chaos luminis ore premi.
Depereũt tenebræ Chriſti fulgore fugatæ:
Æternæ noctis pallia craſſa cadunt.
Sollicitã ſed redde fidẽ p̃cor, alma poteſtas:
Tertia lux rediit, ſurge ſepulte meus.
Nõ decet ut uili tumulo tua mẽbra tegantur
Non pretium mundi uilia ſaxa premant.
Indignũ eſt cuius claudũtur cũcta pugillo:
Vt tegat incluſum rupe uetante lapis
Lintea tolle precor ſudaria linque ſepulchro
Tu ſatis es nobis: & ſine te nihil eſt.
Solue catenatas inferni carceris umbras:
Et reuoca ſurſum quicquid ad ima ruit.
Redde tuã faciem: uideant ut ſecula lumen:
Redde diẽ, qui nos: te moriente fugit
Sed plãe ipleſti remeãs pie uictor olympũ.
Tartara preſſa iacent, nec ſua iura tenent.
Inferus iſaturabiliter caua guttura pãdens.
Q ui raperet ſemper fit tua præda deus.
Eripis inumerũ populũ de carcere mortis:
Et ſequitur liber, quo ſuus auctor abis.
Euomit abſortã pauide fera belua plebem,
Et de fauce lupi ſubtrahit agnus oues.
Hic tumulũ repetẽs p᷑ tartara carne reſũpta
Belliger ad cælos ampla trophæa refers.
Q uos hũit pœnale chaos, iã reddidit iſte:
Et quos mors peteret, hos noua uita tenet.
Rex ſacer ecce tui radiat ps magna trophæi:
Cum puras animas ſacra lauacra beant.
Candidus egreditur nitidis exercitus undis:
Atq; uetus uitium purgat in amne nouo.
Fulgentes aĩas ueſtis quoq; cãdida ſignat:
Et grege de niueo gaudia paſtor habet.
Aditur hac felix cõcors mercede ſacerdos,
Q ui dare uult domino dupla talenta ſuo:
Ad meliora trahens gentili errore uagantes:
Beſtia ne raperet munit ouile dei.
Q uos prĩo eua nocẽs ifecerat, hos mõ reddit
Eccleſiæ paſtor ubere lacte ſinu.

FINIS.

¶ Ex prio re epiſtola diui Pauli ad corinthios. Cap. xi.

¶ Hoc autem præcipio non laudans quod nõ in melius, ſed in deterius cõuenitis. Primũ quidem conuenientibus uobis in eccleſiã, audio ſciſſuras eẽ inter uos: & ex pte credo: nam oportet & hæreſes eẽ: ut & q̃ ꝓbati ſunt manifeſti fiant i uobis. Cõueniẽtibus ergo uobis i unũ iã nõ ẽ dominicã cœnã mãducare. Vnuſqſq; enĩ ſuã cœnã p̃ſumit ad manducãdum. Et alius qdem eſurit: alius aũt ebrius ẽ: nunqd domos nõ habetis ad manducãdũ & bibendum? An eccleſiã dei contemnitis. & cõfunditis eos qui nõ hñt? Q uid dicã uobis? Laudo uos i hoc nõ laudo. Ego enim accepi a dño quod & tradidi uobis: qm̃ dominus Ieſus i qua nocte tradebatur accepit panẽ: & gratias agens fregit, & dixit. Accipite & mãducate. Hoc eſt corpus meũ quod ꝓ uobis tradetur. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Similiter & calicem: poſtq̃ cœnauit, dicẽs. Hic calix nouum teſtamẽtũ ẽ in meo ſanguie. Hoc facite quotieſcũq; bibetis in meam cõmemorationẽ. Q uotieſcũq; enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis mortem domini annũciabitis donec ueniat. Itaq; qcunq; manducauerit panem & biberit calicem domini indigne reus erit corporis & ſanguinis domini.

